UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

urn:nbn:de:hbz:466:1-67683

Visual Library

Th 5778.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
A
R. P. ALEXANDRO
A S. JOANNE DE CRUCE EX PROVINCIA BAVARICA CARMELITA DISCALCEATO, OLIM S. THEOLOGIÆ AC SS. CANONUM LECTORE CONTINUATA.

CONTINUATIONIS
TOMUS
QUINQUAGESIMUS NONUS,
SEU IN ORDINE
TOMUS LXXIV.
Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734.



Cum Approbatione Rmi Ordinariatus Augustani.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
IMPENSIS OFFICINÆ LIBRARIÆ JOSEPHI WOLFF.
MDCCLXXXV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSPECTUS LIBRORUM.

LIBER CCXXVII.

§. 1. *Quorumdam Parochorum oppositio contra Parisiensis Archiepiscopi decretum.* Pag. 1

§. 2. *Parlamenti sententia contra Ejusdem Archiepiscopi edictum.* 3

§. 3. *Ludovici XV. Galliarum Regis indignatio contra Pariſienſis Parlamenti auſus.* 5

§. 4. *Parlamentum a Regis alloquio excluſum.* 7

§. 5. *Plures Parlamenti Patres graviter mulctati.* 9

§. 6. *Regis mandatum contra Parlamenti Senatores.* 10

§. 7. *De reconciliando Parlamento actum.* 14

§. 8. *Parlamentum Regis juſſu exilii pœna coercitum.* 17

§. 9. *Varia Conſtitutionis* Unigenitus *fata.* 21

§. 10. *Oranum Mauris feliciter ab Hiſpanis ereptum.* 29

§. 11. *Res Polonicæ.* 37

§. 12. *Novi Proteſtantium motus in Hungaria & Tranſylvania.* 52

§. 13. *Prætenſa Religionis gravamina Ratisbonæ in comitiis ab Hungaris Proteſtantibus inſinuata.* 55

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 14. *Confirmatio Catechumenorum a Papenheimenſibus Lutheranis recens invecta.* 68

§. 15. *Funeſta Franciſci Belliſomi Marchionis fata.* 72

§. 16. *Acerbiora Fœderatorum Ordinum edicta contra Clerum & Catholicos.* 92

§. 17. *Clementis Papæ conſilium de revocanda Saxonia ad fidem Catholicam.* 100

§. 18. *Ejusdem Pontificis epiſtola ad Poloniæ Regem hac in cauſſa.* 105

§. 19. *Literæ Apoſtolicæ Clementis XII. Papæ circa bona Eccleſiaſtica in ditione Saxonica.* 106

§. 20. *Nova editio vitæ Agnetis & alterius opuſculi de miraculis B. V. M. proſcripta.* 114

§. 21. *Garelli reſponſum hac in cauſſa.* 121

§. 22. *Status Religionis Catholicæ in Sinarum Imperio.* 137

§. 23. *Duo Præſules Romana Purpura a Clemente XII. decorati.* 143

§. 24. *Proſper Mareſoſchus Cardinalis mortuus.* 144

§. 25. *Emerici Czackii Cardinalis obitus.* 146

§. 26. *Cornelii Bentivoglii Cardinalis deceſſus.* 153

§. 27. *Diverſæ Clementis XII. Papæ Conſtitutiones & decreta.* 159

§. 28. *Principes atque Illuſtres Perſonæ hoc anno defunctæ.* 166

§. 29. *Synodus Diœceſana Monaſterienſis Verna & Autumnalis, ejusque decreta.* 175

§. 30. *Scriptorum religione Catholicorum opera & obitus.* 177

§. 31. *Scriptores Acatholici hoc anno mortui, eorum lucubrationes.* 186

§. 32. *Erudita contentio circa novam methodum ſcribendi hebraice.* 190

§. 33.

§. 33. *V. Catharina de Riccis Beatarum Albo a Clemente XII. inserta.* 194

§. 34. *Continuus conflictus inter Franciæ Regem ejusque Parlamenta.* 195

§. 35. *Laudanensis Episcopi instructiones Pastorales, & contentio inde orta.* 198

§. 36. *Parlamenti Parisiensis querelæ contra nuperum Regis edictum.* 200

§. 37. *Sistaricensis Episcopi scriptum, ejusque fata.* 204

§. 38. *Quædam theses a Regio Senatu proscriptæ.* 210

§. 39. *Binæ propositiones ad Parisinam Facultatem delatæ & a Basselino* propugnatæ. 211

§. 40. *Basselini palinodia.* 217

§. 41. *Sacræ Facultatis Theologicæ Parisiensis censura contra aliam thesin de Anima.* 217

§. 42. *Augusti II. Polonorum Regis, ac Saxoniæ Electoris infirmitas, obitusque.* 226

§. 43. *Regni Ordines a Potockio Polono Primate convocati.* 228

§. 44. *Dissidia ob diversos Regni Competitores.* 230

§. 45. *Exterorum Principum copiæ Polonico Regno admotæ.* 232

§. 46. *Epistolare commercium inter Cæsarem & Primatem.* 234

§. 47. *Turbulenta* convocationis *comitia.* 241

§. 48. *Epistola Primatis ad Principem Lubomirskyum Palatinum Cracoviensem.* 250

§. 49. *Aliæ Ejusdem Primatis literæ ad Palatinum Cracoviensem, hujusque responsum.* 261

§. 50. *Cæsaris patrocinium pro futura electione a Primate exoratum.* 266

§. 51. *Cæsaris responsum ad has Primatis literas.* 270

§. 52. *Saxoniæ Legatus per publicam sententiam Polonicam graviter offensus.* 273

§. 53.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 53. *Stanislaus in Poloniæ Regem electus.* 276

§. 54. *Stanislaus Leſcinskyus a Clemente Papa pro Rege legitimo habitus.* 279

§. 55. *Fridericus Auguſtus III. Saxoniæ Elector in Poloniæ Regem ab aliis proclamatus.* 281

§. 56. *Anxiæ Pontificis curæ in hac rerum viciſſitudine.* 295

§. 57. *Aliæ controverſiæ Clementis XII. Pontifici motæ.* 300

§. 58. *Cadaver Benedicti XII. ſummi Pontificis translatum.* 309

§. 59. *Adverſa Miſſionariorum Sinenſium fata.* 310

§. 60. *Altera Hiſpanorum expeditio contra Mauros Oranenſes.* 313

§. 61. *Continuata Corſorum rebellio.* 317

§. 62. *Imperii Principis dignitas in Abbate ad S. Emmeramum reſuſcitata.* 322

§. 63. *Varii Proteſtantium motus contra Catholicos.* 326

§. 64. *Ridicula Logomachia inter Sutorem & Francofordienſem Prædicantem.* 333

§. 65. *Diverſæ velitationes inter Prædicantes Lutheranos.* 340

§. 66. *Clementis XII. Conſtitutiones.* 360

§. 67. *Binæ S. Auguſtini epiſtolæ a PP. Benedictinis recens inventæ ac editæ.* 390

§. 68. *Patris Kondigi liber a Regio Senatu Pariſiis proſcriptus.* 395

§. 69. *Allemanni Salviati Cardinalis obitus.* 397

§. 70. *Carolus Cardinalis Borgia mortuus.* 404

§. 71. *Antonii Banchierii Cardinalis deceſſus.* 409

§. 72. *Sinibaldi Cardinalis ab Auria obitus.* 413

§. 73. *Hieronymi Grimaldi Cardinalis extrema.* 416

§. 74.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 74. *Tres Præſules a Clemente XII. Pontifice Romana Purpura decorati.* 421

§. 75. *Principum atque Illuſtrium fata.* 423

§. 76. *Urbs Romana a Clemente XII. Papa magnifice exornata.* 429

§. 77. *Scriptorum Religione Catholicorum opera & obitus.* 432

§. 78. *Scriptores Acatholici hoc anno mortui, eorumque lucubrationes.* 440

LIBER

LIBER CCXXVIII.

§. 1. *Censura S. Facultatis Theologicæ Parisiensis in quemdam libellum Jansenisticum.* Pag. 444

§. 2. *Propositiones ex hoc libro excerptæ, earumque censuræ.* 446

§. 3. *Sistaricensis Episcopi lucubratio Regii Senatus jussu suppressa.* 471

§. 4. *Motus contra hoc Senatus decretum.* 472

§. 5. *Hujus oppositionis successus.* 474

§. 6. *Aliorum Franciæ Præsulum Zelus pro Constitutione* Unigenitus. 478

§. 7. *Plures ob Jansenismi suspicionem in Galliis relegati.* 480

§. 8. *Concertationes literariæ.* 483

§. 9. *Fata Petri Giannone seu Jannonii ob suam Historiam Neapolitanam.* 488

§. 10. *Jannonius ubique profugus.* 491

§. 11.

§. 11. *Spontanea errorum abjuratio a Jannonio Taurini facta.* 493

§. 12. *Jannonius ex juris præscripto interrogatus.* 504

§. 13. *Absolutionis sententia in ejusdem favorem pronuntiata.* 506

§. 14. *Solemnior abjuratio errorum a Jannonio facta.* 511

§. 15. *Novi Ultrajectensis Archiepiscopi electio.* 514

§. 16. *Pontificis curæ ob petitum Hispani exercitus transitum.* 515

§. 17. *Hispanorum querelæ ob denegatum Archiepiscopatum Toletanum.* 520

§. 18. *Dissidia inter Papam & Venetorum Rempublicam.* 523

§. 19. *Lucernensium contentio cum summo Pontifice.* 525

§. 20. *Continuata Protestantium oppositio contra clausulam Articuli V. Risvicensis pacis.* 527

§. 21.

§. 21. *Cæsarea belli declaratio per Italiam contra Gallos, eorumque Fœderatos.* 530

§. 22. *Caroli V. Imperatoris edictum ad Italiæ Principes ac Nobiles.* 557

§. 23. *Franciæ Regis edictum contra libellos in præsentibus controversiis editos.* 567

§. 24, *Liberorum Murariorum Societas dispersa ac proscripta.* 571

§. 25. *Hæ Societates a summis Pontificibus damnatæ.* 586

§. 26. *Controversia inter ipsos Prædicantes circa fidem justificantem sine operibus.* 600

§. 27. *Varia Clementis XII. summi Pontificis gesta.* 613

§. 28. *Jubilæum Lugdunense.* 617

§. 29. *Lutheranorum sollicitudo de sua secta in perpetuum firmanda.* 621

§. 30. *Varia Pietistarum fata.* 681

§. 31.

§. 31. *Instructio Pastoralis Episcopi Montpessulani a summo Pontifice proscripta.* 686

§. 32. *Diversæ summi Pontificis Constitutiones & decreta.* 688

§. 33. *Alexander de Falconeriis mortuus.* 690

§. 34. *Didaci Astorgas Cardinalis obitus.* 696

§. 35. *Michaelis Friderici de Althan Cardinalis extrema.* 699

§. 36. *Alexandri Aldobrandini Cardinalis fata.* 706

§. 37. *Francisci Pignatelli Cardinalis extrema.* 711

§. 38. *Quatuor Præsules Cardinalium Collegio a Clemente XII. Papa adlecti.* 721

§. 39. *Decreta ac decisiones ejusdem summi Pontificis.* 722

§. 40. *Principes atque Illustres tam Ecclesiastici quam sæculares hoc anno defuncti.* 725

§. 41.

§. 41. *Binæ Universitates recens erectæ.* 743

§. 42. *Scriptorum Religione Catholicorum opera & deceſſus.* 745

§. 43. *Scriptores Acatholici mortui, eorum lucubrationes.* 747

§. 44. *Lutheranorum motus ob diſſolutum matrimonium inter Catholicum & Calvinianam initum.* 755

§. 45. *Hildesheimenſis controverſia tandem deciſa.* 766

§. 46. *Ferrarienſis tumultus.* 768

§. 47. *Varii libri a S. Inquiſitione Romana proſcripti.* 770

HISTO-



Epistolæ S. Augustini a P. P. Benedictinis recens inventæ.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

LIBER CCXXVII.

CLEMENS XII. PONTIF. MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

Quorumdam Parochorum oppositio contra Parisiensis Archiepiscopi decretum.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Jam supra memoravimus, infames pagellas sub titulo *Nouvelles Ecclesiasti-* *Vid. Tom. 73. p. 468.*

Secc. XVIII. A. C. 1732. *ques* seu novellas Ecclesiasticas a Carolo Casparo de Vintimillia Parisiensi Archiepiscopo fuisse proscriptas. Hujus Præsulis Zelum imitabatur ipsum etiam Parisiense Parlamentum, quod die vigesima octava Aprilis circiter nongenta hujus scripti exempla a carnifice lacerata in publico Urbis foro comburi reosque severe castigari jussit: eoquod illarum Auctores, quo magis adhuc incogniti essent, eo majori petulantia in suis latebris tam Sacram quam profanam auctoritatem pudendis convitiis ac probris lacessere præsumerent; quippe non modo summum Pontificem, atque Episcopos velut conjurationis contra Religionem conflatæ Auctores & complices convitiabantur, sed Regii etiam solii Majestatem aggressi, Regem ceu vile Ministrorum suorum mancipium, ac veritatis hostem traducebant. Verum, quis credat, quantumvis hoc scriptum infamiæ stigma in fronte gereret, non deerant tamen, qui illud ore & calamo defendere non erubescerent, & quidem, quod magis propudiosum est, Ecclesiastici imo & Parochi dignitatis suæ characterem probroso ejusmodi studio contaminare non dubitabant, cum tamen hi potius status ac Ministerii sui officio adstricti, ceteris priores imperterrito animo, ac

Zelo

Zelo Apoſtolico ſeſe maledicis ejusmodi rapſodiis veritati, Religioni & charitati tantopere injurioſis opponere debuiſſent. Ex his circiter viginti ſeptem erant, qui auſu prorſus indigno non modo, uti ab Archiepiſcopo juſſi erant, ejusdem decretum ac cenſuras e ſuggeſtu promulgare detrectarunt, ſed aucta etiam temeritate remiſſo ad Paſtorem ſuum decreto palam adverſus illud proteſtati, ſuamque agendi rationem vindicare conati ſunt. Obſtupuit Archiepiſcopus ad horum audaciam; ſpe tamen fretus, Viros ſcientia & prudentia præditos facile rationum pondere & moderationis via ad officium redigi poſſe, ad petitionem ſui Promotoris aliud decretum ad eos transmiſit, vi cujus ipſis denuo injunctum, ut cenſuram ab Archiepiſcopo pronuntiatam promulgarent: Attamen hi in ſua pervicacia obſirmati, ut cenſurarum ſeveritatem declinarent, ipſum Præſulis ſui decretum apud Pariſienſe Parlamentum denuntiarunt. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

§. II.

Parlamenti ſententia contra Archiepiſcopi Pariſienſis edictum.

Horum Sacerdotum cauſſam ac protectionem a Pariſienſi Parlamento

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

fuscipi, non minus inexspectatum, quam ridiculum esse videbatur; postquam enim illud tanto Regiæ Majestatis Zelo, tam solemni publicæ severitatis apparatu tantoque justitiæ studio in has novellas paulo ante sævierat, quis sibi vel per somnium persuadere potuisset, quod illud ipsum Parlamentum eodem adhuc anno infamium harum pagellarum vindices esse vellet, easque contra legitimum suum Pastorem, qui illas unico die serius proscripsit, toto auctoritatis suæ pondere propugnare dignaretur: Nihilominus toto Regno spectatissimus hic Senatus vel contradicendi, vel suam jurisdictionem in Ecclesiasticos extendendi prurigine incitatus, non sine maximo factiosorum jubilo, & proborum offensione Archiepiscopi Parisiensis edictum ac censuras ceu nullas irritasque declaravit, ac suppressit: Utebatur hoc obtentu, I. tam Regis, quam Parlamenti statuta, quibus anno priori de Constitutionis negotio agi vetitum, Archiepiscopali decreto fuisse violata, perinde acsi ipsum Parlamentum impositam silentii legem non æque publico suo edicto prius violasset. II. Interminata anathematis pœna libertates Ecclesiæ Gallicanæ labefactatas fuisse. III. Archiepiscopum sibi in profanum

ac

ac civile Regimen potestatem arrogasse, eoquod edicti sui executionem Regiis Administris demandasset. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

§. III.

Ludovici XV. Galliarum Regis indignatio contra Parlamenti ausus.

Haud latuit Regem tam Sacerdotum rebellio contra suum Archiepiscopum, quam usurpata Parlamenti jurisdictio in res sacras; cum ergo suum quoque edictum, quo has novellas eodem tempore proscripserat, vilipendi, & Parlamentum, quod tamen ejus mandatis obtemperare, eaque fideliter exequi debuisset, in ipsa Regia jura involare cerneret, graviter inde commotus, primo Parlamenti Præsidi, aliisque duobus Præsidibus significari jussit, ut ad diem octavam Maij Compendium venirent, Regis jussa percepturi: Comparent illi præstituta die, & Rex per Aquessoum Cancellarium suum illis denuntiabat, se probe instructum esse de tumultibus, qui ob Parisiensis Archiepiscopi mandatum hucusque in totius Regni Metropoli concitati fuissent, facilius esse mala futura prævenire, quam præsentibus remedium afferre, hinc sibi firmum fixumque esse,

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

omnium controverſiarum circa Religionem exortarum cognitionem præcipue circa Conſtitutionem *Unigenitus* ſoli ſuo reſervare judicio, proin Parlamento ſevere inhibere, ne in haſce controverſias inquirere, aut quovis pacto deſuper deliberare, Congreſſus habere, vel acta in tabulas referre, aut has ob cauſſas ſive in Curia, ſive in Aula convenire præſumeret, ſi vero quis privatus libellum ſupplicem circa contentiones in Eccleſia Gallicana motas Parlamento porrexerit, illud obſtringi, ut quid hac in re agendum, prius Regis voluntatem & juſſa exploraret: de cetero autem, quæ nunc percepiſſet, mox ad acta referret &c. Altera die Præſes hæc Regis juſſa Parlamento expoſuit, petiitque, ut cuncta in Parlamenti tabulas referrentur, & Regiis mandatis ſine tergiverſatione omnes obtemperarent. Verum Senatorum potiſſimis longe alia inſederat opinio: quapropter die duodecima Maij habito conſeſſu declararunt, ſe potius Conſulatum abdicaturos, quam permiſſuros, ut hac ratione fundamentales Regni leges peſſumdarentur; Regis enim mandato abrogari appellationes *ab abuſu*, has vero unicum eſſe Gallicanarum libertatum fulcimentum, ac vetuſtiſſimum tam Nationis quam Parlamenti privilegium, id

id evertere Mazarinus nunquam fuisset ausus & Richelius nunquam voluisset, nunc vero Fleuryus everti præciperet: Audaciores quoque ipsi Præsidi insultabant, eumque, si suæ satisfacere vellet conscientiæ & officio, loco abire, sine fronte jusserunt, palam minitantes, in Parlamenti scribam, si Regis mandatum ad acta referre præsumeret, legum severitate actum iri. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

§. IV.

Parlamentum a Regis alloquio excluſum

Priusquam Parlamenti Patres, quid hac in re agendum, communi consilio decernerent, rursus primus Præses & cujuslibet Curiæ Decani die decima ejusdem Mensis comparere jubebantur, quibus paucis significatum, ut protinus Regiis jussis parerent, nec minimum quid de cautis Ecclesiasticis statuerent. Accepto hoc responso decrevere Patres, conficiendam esse orationem, in qua Præses causæ gravitatem, Regii mandati indignitatem, malaque inde oritura gravissimis verbis Regi exponeret. Suggerebat etiam Titonus Senator, sequendum esse hac in re Virodunensis Parlamenti exemplum, quo in pari causa Anno 1626.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

miram animi constantiam demonstrasset; agi enim de religione & Regis securitate, non ergo de inobedientia Parlamentum postulari posse, si mandato, quo utrumque everteretur, non obtemperaverit. Hæc vero Cancellarius Regi exponere adeo non dubitet, ut potius suorum Prædecessorum exempla imitaretur, qui sepositio Regiæ indignationis metu in tam gravi causa suum officium utiliter impendissent, plerumque postea ab ipsis Regibus amplo encomio ob fidelitatem honorati. Hæc suadebat Titonus: Dupreus vero censebat, si Rex semetipsum utilissimo obsequio, & Parlamentum præcipua sua prærogativa spoliare perrecturus esset, Regi humillime declarandum, Parlamentum, cum secus in re gravissima suo muneri & conscientiæ deesset, aliunde vero hac ratione, Regno haud ultra utile foret, deinceps suo officio fungi nec velle, nec posse. His addebant alii, consultissimum fore, ut omnia Regi exponenda chartæ mandarentur, Pucellio Abbati consignanda; Præsidis enim fidem esse suspectam: Rebus ita potius turbatis quam conclusis omnes Deputati die decima quarta Maij Compendium venere, cumque Præses suam orationem auspicari vellet, Rex illum tacere jussit, ac vultu ad gravitatem com-

compoſito dixit: *meam Vobis voluntatem ſignificabo, veſtrum erit, obedire, veſtros clamores non audiam, meæ indignationis reos vos quidem feciſtis, ſed obtemperate, & ad veſtra tribunalia revertimini.* Ad hæc, cum Portellius loqui pararet, Rex mox illum interpellans, dixit, *Tace & abi:* majore autem temeritate Abbas Pucellius Regi ſcriptam Præſidis orationem porrexit, quam tamen Rex illico Maurepaſio Comiti tradens, indignabundus reſpondit: *tolle ſcriptum hoc & confeſtim in fruſta dilacera.* Sæc. XVIII. A. C. 1732.

§. V.

Plures Parlamenti Patres graviter mulctati.

Abeuntibus hiſce Deputatis Rex ad ſuos Proceres converſus, *Faxit*, inquiebat, *ut Parlamentum obtemperet, ſecus me eſſe Regem & Dominum ſentiet.* Percepto fatali hujus alloquii ſucceſſu gravem ſibi tempeſtatem impendere, ominabantur omnes: nec vanus erat eorum timor; quippe ſequenti die Pucelius Abbas & ſuperioris Curiæ Decanus in exilium ad Corbignienſem Abbatiam ſuam deportatus eſt; Titonus vero noctu militum manu ſtipatus primo ad Vicennenſem arcem, poſtea Hamonam munitiſſimam Picardiæ Urbem

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

bem relegatus est. Quo comperto rursus Deputati Compendium, ubi Rex agebat, convolarunt, supplices, ut eorum Collegæ libertati restituerentur: Verum responsi loco etiam Ogierus Præses, & Vrevinus, Robertus & Fautrierus Consiliarii exilio mulctati sunt: Ea Res tanta animi ægritudine omnium Tribunalium Patres affecit, ut unanimi suffragio declararent, se haud ultra suo functuros officio: Clauduntur ergo altera die supremæ Curiæ fores, universale justitium indicitur, centum sexaginta sex Senatores officium suum demittunt, Advocati causas forenses agere desistunt, nulli habentur Judicum consessus, & soli centumviralis Senatus Patres jus dicere parant, sed plusquam trecenti de plebe toto impetu in Aulam irrumpunt, eisque incondito clamore exprobrant, quod ipsi soli suorum Sodalium causam negligerent.

§. VI.

Regis mandatum contra Parlamenti Patres.

Hic ipse populi tumultus haud obscurum erat futuræ seditionis prognosticon; quapropter Rex, ut majora præveniret mala, mitiora remedia tempestive opponere decrevit, suoque Can-

Sæc.XVIII. A.C. 1732.

Cancellario negotium dedit, ut Regis nomine datis ad Portellium Præſidem literis de Curiarum juſtitio, aliisque Parlamenti auſibus vehementer quereretur, ſimulque præciperet, ut rurſus ſuis fungerentur officiis, ipſe vero ac ceteri Præſides reliquis exemplo præluceret. Nec huic conatui omnis deerat ſucceſſus; ſupremus enim Præſes pejora veritus, nulli pepercit labori, ut Parlamenti Patres ad ſolitos ſuos congreſſus denuo inchoandos induceret: Die etiam vigeſima Maij præter Præſides, Regium Advocatum & Procuratorem nonnulli Senatores convenere, qui tamen, cum palam declararent, ſe nil habere, quod nomine ſuorum proponerent, nil aliud concluſerunt, niſi Regios Advocatos rurſus Compendium ad Regem eſſe decernendos: Hac agendi ratione Regi plane ſatisfactum non erat, qua de cauſſa Regia ſua auctoritate utendum ratus, die vigeſima tertia ejusdem Menſis ſummo mane ſingulis Senatoribus per milites, Præſidibus vero per Subcenturiones ſchedam tradi juſſit, hujus tenoris: *His literis tibi ſigniſico, ac præcipio, ut ſub pœna rebellibus ſtatuta die vigeſima tertia Maij feria ſexta, matutino tempore ad horam octavam in ea Parlamenti mei Curia, quæ Tibi aſſignata eſt, compareas, &*

tuo

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

tuo fungaris officio: datum Compendii die vigesima prima Maij. Hujus Regis mandato paruere quidem omnes; præstituta tamen & sequenti die Aulam ingressi, totum tempus non nisi deambulando, & colloquendo transegerunt. Hoc comperto Rex denuo mandavit, *ut sua quisque munia exerceret.* De hoc Regis mandato exultabant omnes; illud enim siniſtra interpretatione in rem suam vertebant, asserentes, sibi omnium eorum, quæ antea sibi arrogassent, administrationem, proin etiam in rebus Ecclesiasticis jus dicendi potestatem a Rege fuisse concessam: Eapropter sequenti mox die centum viginti Patres, reclamantibus nonnisi triginta quinque, concluſere, Regis jussa (excepta tamen in Religionis negotio judicandi inhibitione) ad acta esse referenda, & quidem sub hac forma: „Parlamentum „ consuetas suas Sessiones prosequetur, „ omnique occasione data immotum „ suum studium pro Regis obsequio, & „ bono publico testabitur, utque sa„ crata Regni jura conservarentur, om„ nia attentata, quibus vel Ecclesia vel „ Regnum turbari posset, præveniet, „ suoque muneri sibi impoſito & a Rege „ præscripto plene satisfaciet. Hoc facto Parlamenti Advocatis demandatum, ut tempus, quo pro suis Collegis depre-

deprecari, & contra Archiepiſcopi decretum utpote ſiniſtro ſenſu conceptum appellare permitterentur, ſibi aſſignari, a Rege efflagitarent. Verum ſuorum ſodalium liberationem bis incaſſum ſollicitabant, circa appellationem vero iterato repulſam ferebant: quocirca Parlamentum propria auctoritate adverſus Archiepiſcopi decretum ſequens divulgavit Statutum: „Archiepiſcopi „mandato in publico Curiarum Con„ſeſſu prælecto, auditis etiam Regio „Advocato & Procuratore, & re ma„turius penſata Parlamentum Procu„ratorem Generalem tanquam appel„lantem a præfato Archiepiſcopi de„creto recipit, eique permittit, ut „quemcunque voluerit, tanquam ſuæ „appellationis Adverſarium admittere „valeat, proxima autem die partes „litigantes audirentur.„ Hoc Parlamenti auſu Rex ad iracundiam provocatus, hoc ſtatutum tanquam nullum & irritum die decima ſexta Junii declaravit, eique, ſi parere renueret, inobedientiæ pœnam, Regiam indignationem & omnium officiorum privationem interminavit, prohibuitque, ne quicquam ſanctioris ſui Conſilii decreto, quo die 10. & decima quarta Maij circa Archiepiſcopi mandatum deliberare vetitum, contrarium ſtatuere præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII A C. 1732.

præsumeret. His minis territi Patres, Compendium Deputatos ablegarunt, qui cum Regiis Administris de reconciliationis modo agerent: Hi in primo colloquio durius habebantur, in altero tamen eorum propositiones æquioribus nonnihil auribus excipiebantur, quinimo ipsemet Fleuryus Cardinalis Regiæ clementiæ, & benevoli alloquii spem eis fecerat, dummodo obsequiosi denuo suis vacarent officiis. Nec in verbis stetit Cardinalis promissum; postquam enim primarius Parlamenti Præses cum ceteris Deputatis ad Regem admissus, præteritæ culpæ veniam precabatur, cum præ doloris vehementia sermonem suum prosequi vix posset, Rex benigne respondit, *ad preces vestras illis, quos suis officiis amovere decrevi, aliquot dierum spatium indulgebo, intra quos ad obsequium redire possent: secus sibi omnem spem veniæ interclusam sciant, justæ indignationis meæ molem toto vitæ suæ tempore experturi.*

§. VII.

De reconciliando Parlamento actum.

Accepto hoc Regis responso primarius Præses cum ceteris Curiarum Præsidibus de reconciliationis conditionibus conferre cæpit. Proponebantur autem

autem hæ I. Parlamento integrum sit, de gravioribus negotiis non solummodo cum Ministris, sed cum ipso Rege agere, cum tamen id jam per integrum biennium Parlamento esset denegatum. II. Ecclesiasticas controversias, remota appellatione ad Regem, dijudicandi potestatem nunc, uti antea, Parlamentum habeat. III. Parlamento concedatur, ut in Curiarum Conventibus sua quoque suffragia ferat, & Parlamento Regis voluntas per literas apertas, non autem sigillo occlusas intimetur. IV. Sodales in exilium detrusi revocentur. V. Cuncta, quæ adversus Parlamenti jura hucusque fuissent attentata, pro infectis habeantur. VI. Omnia denique privilegia Parlamento erepta reddantur: Cum autem hæ conditiones Regis menti atque auctoritati minus consonæ essent, Aquessous, qui Regi a sanctioribus commentariis erat, primario Præsidi Parisiis alias proposuit leges, & quidem I. Intactum remaneat Archiepiscopi Parisiensis mandatum, facta tamen Regis pollicitatione, ad illius normam res non esse decernendas. II. Parlamento salvum sit jus excipiendi appellationes *ab abusu*, & declaretur, quod Rex id juris eidem demere nunquam voluerit. III. Nuperum Regii Senatus decretum

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

cretum ad acta referatur, liceat tamen Parlamento ſuas contra illud rationes proponere, ita ut Regis reſponſum deſuper dandum mox Parlamento communicetur. IV. Exules revocentur, & Curiæ non prius, quam Rex has conditiones firmaverit, aperiantur. Ad has propoſitiones Rex propenſum animum exhibere videbatur, cumque circiter ſexaginta Præſules Conſtitutionis negotium contra Parlamentum promoturi, eodem tempore Pariſios veniſſent, eos ad ſuas Diæceſes reverti juſſit, ne per eorum præſentiam, ac motus fors proſpera concordiæ auſpicia eluderentur: Attamen blanda hæc ſpes vix non evanuit, poſtquam Parlamentum ex Boucheli *Bibliotheca juris Gallici* textum quemdam vulgavit, quo comprobatum, quod Ludovicus IX. Galliarum Rex ferme ſimilia a ſuo Parlamento poſtulaverit, illud vero egregie eidem reſtiterit, ac propterea a Rege non modo amplis encomiis fuiſſet honoratum, ſed & promiſſum, ſe nunquam ejusmodi edictum contra Parlamentum deinceps editurum. Tum vero pacificum inter Miniſtros & Præſides colloquium in mutuas criminationes degeneravit.

§. VIII.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

§. VIII.

Parlamentum Regis juſſu exilii pœna coercitum.

Serenior Parlamento aura adſpirare videbatur, dum die quarta Julii primarius Præſes, necnon Pelleterius & Mopous Præſides unacum Suleto Verſalias vocati perbenigne a Rege excipiebantur, pollicitatione eis facta, Regem die octava ejusdem Menſis ad porrecta rationum momenta ſententiam ſuam edicturum: Quid ea die actum fuerit, ignoratur, unice conſtat, Regem ſermonem ſuum his verbis abſolviſſe: *Pronior ſum ad veniam, quam ad pœnam, mea tamen non abutimini gratia*, quibus dictis literas, quibus Senatores ſuis officiis exuere decreverat, nullas fore declaravit. Ergo Parlamentum rurſus die decima Julii ſolitum ſuum habuit Conventum, in quo concluſum, Regi gravibus oppido rationibus exponendum, Parlamentum Sanctioris Senatus decreto die decima ſexta Junii edito ſumma æquitate reſtitiſſe, & revocatis exulibus ſuffragii libertatem poſtulare. His die quarta Auguſti propoſitis die decima nona ejusdem Menſis Rex mentem ſuam his articulis declaravit. 1. Ea, quæ vel ipſo Rege præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

sente denuntiantur, vel per Viros a lege nominatos exponuntur, Parlamentum juxta Statutum Anni 1663. dijudicet. II. Sine Regis permissu iteratæ exceptiones non opponantur. III. Regii Advocati, si quid in rebus Ecclesiasticis agendum occurrat, id in suprema Curia proponant. IV. Si quid fors contra hosce articulos proponendum esset, id duntaxat apud primarium Præsidem seorsim fiat. V. Inquisitionum, & libellorum supplicum Curiis vetitum sit, extra sui tribunalis locum deliberationes instituere, & suos Deputatos ad explorandam ceterarum Curiarum opinionem ablegare teneantur, interminata pœna in refractarios stabilita. VI. Nullus nisi a Rege jussus, a suo officio vacare præsumat, indicta indignationis Regiæ, & amotionis pœna ab officio. Quamvis Rex hanc suam declarationem sine tergiversatione ad acta referri præcepisset, Patres tamen parere recusabant: convenerant equidem in Parlamenti Aula, nullus tamen suo fungebatur officio. Hæc Parlamenti repugnantia Regem eo adegit, ut ipse pro tribunali sedere decerneret: Præfigitur ergo dies tertia Septembris, & ad præcavendos Parisiensis populi tumultus (quod hucusque auditum non fuit) Versaliæ seligun-

guntur: eo advocatur totum Parlamentum: Perorat ipſe Rex, & ſua mandata accurate adimpleri. moxque ad acta referri poſtulat: ad hæc ceterorum nomine reſpondit Pelleterius Præſes, *locum, circumſtantias, & cetera omnia hucusque acta nobis ſuffragandi libertatem adimunt, quid ergo ad Regis ſtatuta dicamus* &c. poſtea ea, quæ Parlamentum circa nuperam Regis declarationem ſanxiſſet, enarrans ſubjunxit, illam in acta reponi haud poſſe, hinc Rex eam revocare haud gravaretur: Verum Rex illam per ſuum Cancellarium prælegi, & in tabulas referri præcepit; quod etiam Gilbertus fecit, ſed non niſi effuſis ubertim lacrimis. Sæc. XVIII. A.C. 1732.

Altera mox die congregati Patres, adverſus nuper actitata reclamarunt, ac unanimi ſuffragio ſtatuerunt, omnia, quæ Verſaliis dicta & acta fuiſſent, eſſe deſcribenda, & in fine addendum, quod ob loci circumſtantiam, & propter ibidem acta, ac Parlamento prius non inſinuata, Patres ſuas deſuper ſententias proferre, nec poſſe, nec velle, nec teneri. Hoc comperto Rex ira efferveſcens, Parlamenti concluſum omnino irritum eſſe declaravit, omnesque Patres in exilium amandare ſtatuit: Die igitur ſeptima Septembris cuilibet per duos milites ſchedam tradi

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

juſſit, hoc tenore: *veſtra pertinacia commotus præcipio, ut hac adhuc die ex urbe Pariſina abeatis, & nulla mora ad aſſignatam vobis Urbem emigretis, nec inde pedem extrahatis.* Igitur ex Inquiſitionum & libellorum ſupplicum Curiis centum & quadraginta duo Senatores eadem die ad deſtinatum exilii locum deportabantur.

Vix dies effluxerat, qua non exulum Amici ſummis precibus Ludovici Regis aures fatigarent; incaſſum tamen omnia: tandem vero nonnullis major libertas, aliis proximior ad Urbem Pariſinam acceſſus, & denique die decima ſexta Novembris omnibus redeundi facultas data eſt: die vero tertia Decembris hi omnes Regem acceſſere, eorumque nomine primarius Parlamenti Præſes elegantem habuit orationem, qua debitas referens gratas, graviſſimum, quo ob promeritam Regis indignationem afficeretur, dolorem teſtabatur, immotamque deinceps fidem & obedientiam pollicitus perdemiſſe rogabat, ut deleta præteritorum memoria Rex Regiam declarationem nuper die decima octava Auguſti factam revocaret. Habita deſuper conſultatione Præſidis primarii votis & precibus non modo venia, ſed & declarationis revocatio præter omnem ſpem

data

data est. Aſt brevi Regem intempeſtivæ hujus indulgentiæ pœnitudo ſubiit, *uti poſtea* referemus. Sæc.XVIII. A.C. 1732.

§. IX.

Varia Conſtitutionis Unigenitus *fata.*

Inter alia, quibus Poloniæ Regnum ſcindebatur, diſſidia, haud infima erat Cleri contentio circa Conſtitutionem *Unigenitus*; hanc enim alii ab omnibus eſſe recipiendam, & tanquam fidei Regulam tenendam contendebant, alii vero eidem non aliam, quam cuilibet Conſtitutioni Pontificiæ debitam reverentiam eſſe deferendam cenſebant. Ex hac ipſa opinionum diverſitate nova indies jurgia, & animorum averſiones oriebantur; unde Regni Primas, & ceteri Archiepiſcopi ac Præſules pejora veriti, habito conventu declararunt, ſe quidem erga Pontificia decreta, quæ Regni legibus non adverſarentur, plenam ſubmiſſionem & obedientiam profiteri, graviſſimis tamen de cauſſis haud conſultum credere, ut Conſtitutio *Unigenitus* ſimpliciter & ſine unanimi omnium Ordinum conſenſu in Regno reciperetur, & in Regulam fidei adoptanda præſcriberetur: Hoc Cleri

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

decretum Primas tam Regi, quam Nuntio Apoſtolico ſignificabat.

Sub idem ferme tempus Leodienſis Princeps atque Epiſcopus die decima tertia Junii decretum in univerſa ſua Diæceſi promulgari juſſit, vi cujus omnes, qui Conſtitutionem hanc acceptare recuſaverint, anathematis pœnæ *ipſo facto* obnoxios eſſe declarabat. Vix hoc decretum Trajecti ad Moſam a quatuor Parochis promulgatum erat, cum illico Quesnelli fautores altum inclamarent. Anteſignanum habebant Eccleſiæ Cathedralis Decanum nomine Bonhomum, pertinacis judicii & turbidæ indolis virum, cui etiam pravitatis exemplo animati ex Canonicis nonnulli adhæſere: Hi ergo, cum ſuæ cauſſæ diffiderent, neglecta Paſtoris ſui voce ad Fœderatos Ordines Calvinianos confugerunt; & quamvis Leodienſis æqualem cum Ordinibus jurisdictionis partem in hac Urbe ejusque Magiſtratu haberet, hi tamen propria auctoritate Prætoribus ſibi ſubjectis præceperunt, ut omnes Parochos, qui Epiſcopi decretum publici juris feciſſent, coram adeſſe juberent, eosque vehementer objurgarent, eoquod illud ſine prævio Ordinum beneplacito & conſenſu his in terris uſitato promulgare præſumpſiſſent: dein præfatos Sacerdo-

cerdotes adegerunt, ut se talia de- Sæc. XVIII.
inceps non ausuros pollicerentur, & A.C. 1732.
hoc decretum ullo pacto in usum deduci prohiberent. Attamen Parochi, cum huic mandato sine Religionis & conscientiæ detrimento parere haud possent, Leodium concessere, quid hac in re agendum, a suo Episcopo expetituri. Hic vero indignitate facti commotus, die prima Augusti edito decreto Parochorum citationem, cunctaque hac in re attentata, omnino esse irrita & nulla declaravit, prohibuitque Parochis, ne illis, qui in eos circa res Ecclesiasticas nullam habent jurisdictionem, morem gererent &c. dein datis ad Fœderatos Ordines literis de eorum mandato, & Prætorum Trajectensium ausu graviter questus exposuit, quod sua agendi ratione Religionis Catholicæ exercitium ac libertatem tot solemnibus pactis promissam (*)

(*) Enimvero non ita pridem Protestantes in causa Salisburgensium rusticorum, quibus Lutheri dogmate infecti libri surripiebantur, palam querebantur, violatam fuisse Religionis suæ ac conscientiæ libertatem per pacem Westphalicam firmatam, eoquod hisce aggrestibus eripiendo suæ sectæ libros, ipso facto

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

violaſſent; nec enim pro Romano-Catholicis illos, „qui Eccleſiæ Romanæ „dogmaticis judiciis reſiſterent, haberi „nec in Eccleſiis Catholicis recipi „poſſe illos, qui ab eo ſeparati, atque „ab eorum Epiſcopis ejecti ſunt, & „quibuscum Eccleſiaſticam commu„nionem habere, non modo Parochis, „ſed & laicis vetitum eſſet: *Si ergo*, „proſequebatur Epiſcopus, *huic mandato obediendum foret, claudendæ eſſent Eccleſiæ; non enim permittere poteſt Epiſcopus, ut ab Eccleſia Romano-Catholica publice abſciſſi illas frequentent, & ibi ſacris fungantur officiis unacum veris Catholicis* &c. Regium vero, ut vocant, *Placet*, circa Bullas dogmaticas meram „eſſe novitatem, ac illud præterea „quoad Trajectenſem Urbem *privative* „non competere Fœderatis Ordinibus „eo-

---

facto ſubtrahantur media ad ſectæ cognitionem proin & ad animæ ſalutem conferentia. Fors in ſolis Catholicis non labefactatur liberum Religionis ſuæ exercitium, ſi ipſis tam ſupremi, quam immediati ſui Paſtoris inſtructio dogmatica ſubtrahitur? fors ejusmodi libri ad veræ doctrinæ cognitionem nihil conferunt? fors in Catholicorum favorem nihil valent jurata pacta, & inita Religionis pax?

„eoquod Leodienſis quoque Epiſcopus Sæc. XVIII.
„*unacum ipſis* ſupremus eſſet Princeps A. C. 1732.
„præfatæ Urbis; tam huic ergo quam
„illis ſupremi Dominatus partem ex
„æquo ac indiviſim competere &c. „
Ad haſce literas die ſexta Septembris
„Ordines reſpondebant, ſe nullatenus
„velle, Epiſcopo ſuum in Trajectenſem
„Urbem dominium abnegare, & ſi vero
„ipſi bene viſum fuerit, jure ſuo in hoc
„*Placet* (*) cedere, æquum tamen haud
„eſſe, ut ipſe Ordines adſtringeret ad
„hoc, ut ſuo huic juri pariter ipſi re-
„nuntiarent, Romana enim decreta,
„priusquam promulgari permitteren-
„tur, diſcutiendi jus Principibus com-
„petere, illudque non modo Braban-
„tiæ ſed in aliis Catholicis locis ſub
„nomine *Placet*, vel *viſa* &c. vigere,

 „dein

(*) Quid ſi autem Leodienſis Princeps & Epiſcopus contra Ordinum mandatum, qua *Princeps* & Con-Dominus *Placet Regio*, & qua Epiſcopus *Placet Eccleſiaſtico* adverſus inhibitionem ſuæ jurisdictioni & Eccleſiæ noxiam ac injurioſam uti, & nullatenus cedere voluiſſet? Cujus potior in jure pars fuiſſet? Ubi ſunt firmiora illa principia, in quibus jus *Placet Regii* firmius fundetur, quam *Placet Eccleſiaſticum* Eccleſiæ Rectoribus primaeviis competens?

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„dein Ordines nullatenus velle Religionis Catholicæ exercitium Trajecti „turbare, sed nec ampliora exigere, „quam Romano-Catholici Principes „in suis ditionibus feciſſent, hinc se „rogare Principem, ut ingentes perpendat motus tam in Eccleſia, quam „in Provincia ob Conſtitutionem *Unigenitus* pluribus abhinc annis in Romano-Catholicis regionibus ideo excitatos, eoquod creditum eſſet, hanc „Bullam complecti doctrinas abſolutæ „poteſtati civili contrarias.„ Accepta hac epiſtola Leodienſis Epiſcopus die vigeſima ſexta Septembris ad eosdem „hæc reſcripſit, „pro Conſtitutionum „dogmaticarum promulgatione conſenſum Principis exigi haud poſſe, quin „non eo ipſo Princeps in articulos fidei „arbiter conſtitueretur, & profanæ „manus in Sanctuarium immitterentur: Romano-Catholicarum Regionum Doctores etiam Brabantinos docere, quod Bullæ dogmaticæ non „ſint ſubjectæ Regio *Placet*, quoad exiſtimatas vero turbas per Conſtitutionem *Unigenitus* in aliis Statibus excitatas, has non ab ipſa Conſtitutione, nec a veris Catholicis, ſed ab „illis fuiſſe cauſſatas, quos Eccleſia pro „ſchismaticis & excommunicatis haberet, proin Epiſcopo non poſſe in-

„ter-

„terdici promulgationem sui decreti, Sæc. XVIII.
„quin semetipsum, & secum Trajectenses A. C. 1732.
„Catholicos schismatis reos efficeret.„

Attamen his rationibus Princeps ac Episcopus Leodiensis adeo nihil apud Calvinianos Ordines profecerat, ut hi etiam novum promulgarent edictum, hujus tenoris: „Notorium est, „quod in Brabantia proin & Trajecti, „aliisque in regionibus nullæ Consti„tutiones, Bullæ ac Pontificum de„creta . . . . absque Principis per„missu promulgari queant, hinc no„strum Statutum Anni 1732. die de„cima nona Decembris æquissimum „erat: Cum autem Princeps & Epi„scopus Leodiensis hoc nostro decreto „se læsum existimavit, eapropter Or„dines hac super re amicam eidem „obtulerunt compositionem, dummodo „interim male ordinata Episcopalis „mandati promulgatio circa Bullam „*Unigenitus* suspendatur: Hanc vero „conditionem acceptare, cum Prin„ceps præter nostram expectationem „recusaret, hinc nostrorum jurium „conservationi, & Trajectinæ Urbis „tranquillitati consulere obstricti, præ„fatæ Urbis Præfecto injungimus . . . „ut omnibus Parochis & Monasterio„rum Superioribus significaret, eam „esse Fœderatorum Ordinum declara„tionem,

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„tionem, quod Episcopalis mandati „promulgatio penitus sit *irregularis* & „*informis*, proin ea, sicut omnes effe„ctus inde secuturi pro infectis habendi „sint; omnibus quoque & singulis in„terdictum, ne in vim præfati man„dati quicquam moliri, vel deinceps „ullam ejusmodi promulgationem abs„que Superiorum consensu facere præ„sumerent, nisi Ordinum indignatio„nem incurrere, & tanquam jurium „suorum & supremæ auctoritatis ag„gressores, pacisque publicæ pertur„batores puniri malint. Præterea de„claramus, nos quidem, utpote cum „Episcopo Principe Leodiensi præfatæ „Urbis Con-Dominos, ut jura nostra „conservemus, omnesque ibi exoritu„ros tumultus præveniamus, unice in„tendere, procul autem a nobis ab„esse, ut Religionis Romano-Catho„licæ Trajecti stabilitum exercitium „labefactare (*), sed potius e contra„rio publicum hoc exercitium, prout „huc-

(*) En quam egregie Religionis gravamen Catholicis illatum verbis eluditur, & opere augetur: si Princeps Catholicus cuidam Prædicanti vel semel prohiberet, ne ad suos Concionem haberet, mox Religionis exercitium esse turbatum, inclamarent Protestantes, nec sufficiens crederetur Principis Catholici excusatio, si diceret, se non *intendisse*, exercitium Religionis turbare, sed potius tueri.

„hucusque fuiſſet habitum, tueri in- Sæc. XVIII.
„tendamus &c.„ Hoc edicto ad Urbis A. C. 1732.
Præfectum transmiſſo, hic omnes Parochos & Ordinum Superiores adeſſe juſſit, illudque eis prælegit, qui, cum totam hanc cauſſam Epiſcopi ſui judicio reliquiſſent, inter crebros cordis ſui gemitus taciti receſſerunt: Canonici vero ad S. Servatium hoc edictum die quinta Februarii ad Capituli ſui acta retulere: Horum ignavia, & turpe adulandi ſtudium male habuit Principem ac Epiſcopum Leodienſem, cum autem hoc Capitulum ab ejus jurisdictione exemptum Sedi Apoſtolicæ ſubjectum eſſet, hinc Epiſcopus illos Romæ promerita pæna caſtigari petiit, Ordinum autem uſurpationem ore & calamo conſtanter impugnavit.

§. X.

Oranum Mauris feliciter ereptum ab Hiſpanis.

Fluxerat hic annus ob glorioſam Hiſpanæ claſſis expeditionem valde memorandus: Victoriæ argumentum erat Oranum munitiſſima Africæ Civitas Orientem verſus ad barbaras Algeriæ oras ſita. Hanc Ximenius Cardinalis anno milleſimo quingenteſimo nono victricibus armis expugnatam Hi-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Hiſpaniæ Regno adjunxit; fervente autem bello de Hiſpanica ſucceſſione Mauri Anglorum conſilio & auxilio ſuffulti, eandem poſt ſemeſtrem obſidionem fame potius quam armis anno hujus ſæculi octavo ad deditionem compulerunt, non ſine exiguo Chriſtiani nominis dedecore, & ingenti Hiſpanæ gloriæ decremento: Accepto damni nuntio Philippus V. Hiſpaniarum Rex fidei Catholicæ propagandæ ſtudio incenſus, ſeſe voti Religione obſtrinxit extremas vires adhibiturum, ut hanc Urbem Mahometanis eriperet, eamque rurſus Eccleſiæ uniret. Eo conſilio Regium diploma publici juris fecit, cujus ſumma hæc eſt. „Firmum „fixumque habemus, nullum ex illis „locis, quæ Divina Providentia a pri„mis ſolii mei auſpiciis & Monarchiæ „hujus regimine nobis commiſit, a „ſanctæ Eccleſiæ gremio, & vera Re„ligione Catholica ſegregatum agno„ſcere, ſed ea, quæ olim numero & ho„ſtium meorum potentia, & doloſis ma„chinationibus per nefas erepta fuerunt „recuperare ſtatuimus, hinc primas ſem„per quidem curas eo intendimus, qua „ratione & auxilio abſciſſa membra „Regno rurſus unire poſſemus: Verum „funeſta rerum viciſſitudo obſtitit, quo „minus animi noſtri propoſitum ad opta„tum

„ tum exitum perducere, ac validas Sæc. XVIII.
„ armorum vires nobis a Deo conceſſas A. C. 1732.
„ hucusque eo impendere potuiſſemus.
„ Ceterum, quamvis necdum ab aliis,
„ iisque graviſſimis curis vacui ſimus,
„ nihilominus Orani munitiſſimæ Urbis
„ expugnationem haud ultra differre de-
„ crevimus, eo potiſſimum nomine, eo-
„ quod priſcis temporibus hæc eadem
„ Civitas glorioſus fuerit ſcopus, quo
„ verus Religionis Zelus, & Hiſpani
„ populi fortitudo collimabat: Arden-
„ tius adhuc nos ſtimulat mœror, quo
„ hanc urbem Barbarae gentis poteſtati
„ ſubjectam, proin Sacræ Religioni adi-
„ tum intercluſum, & Hiſpanæ oræ
„ incolas in duram ſeveritatem abigendi
„ occaſionem Infidelibus eſſe datam do-
„ lemus, ac haud immerito pertimeſci-
„ mus, ne Africani bellum terra mari-
„ que gerere ſemel edocti, hujus loci
„ opportunitatem & portum adjacen-
„ tem in rem ſuam vertant, vicinisque
„ Hiſpani Imperii Provinciis ingens
„ damnum ac præjudicium inferant,
„ præcipue eo tempore, quo finitimæ
„ hujus Regni oræ minus valide mu-
„ nitæ, ac negligentius cuſtoditæ fo-
„ rent. Implorato igitur Divini Nu-
„ minis auxilio, ad obtinendum tam ſa-
„ lutaris conſilii ſucceſſum prope Ali-
„ cantam triginta armatorum millium

„ exer-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„exercitum contrahere, & validam „classem instruere decrevimus: Hortamur insuper Toletanum Episcopum, „ut pro felici expeditione in omnibus „Ecclesiis publicas ad Deum preces „indiceret.„

Abrupta igitur omni mora Rex majoris molis naves, quam multas potuit, Francisco Cornejo rei maritimæ Præfecto comparandas, regendasque committit, triremium cura Ludovico Reggio relicta: peditum vero equitumque ad terrestre bellum Montemaro Comiti summum attribuit imperium. Vix unquam Hispani expeditionem apparatu majore, & spe victoriæ alacriore susceperunt: Constabat classis navibus bellicis quinquaginta tribus, partim triremibus, partim prædatoriis & myoparonibus, præter quingentas onerarias & vectorias naves, queis bellica tormenta, machinæ, commeatus, & terrestris exercitus imponebatur. Jam quinta decima Junii die classis Hispana velis non minus certa victoriæ fiducia, quam ventorum felicitate tumidis Alicantano portu solvit, coorta tamen horribili fædaque tempestate per septem omnino dies prope Chartagenam cum morte & fluctibus luctari compulsa. Tandem restituta maris tranquillitate die vigesima tertia ejusdem Mensis Afri-

Sæc.XVIII. A.C.1732.

Africanam oram prætervecta ſeſe Mauris ſpectandam dedit. Aderat illa biduo poſt in conſpectu Oranienſis propugnaculi, ubi copiæ terreſtres Maſalquiviro, quod una leuca Orano diſtabat, in terram exponebantur. Imperantur ad obſidionem neceſſaria, & Montemari, ceterorumque Ducum in confirmandis militum animis adverſus hoſtem intenta ſedulitas quaquaverſum diſcurrit, apte componuntur naves ad prælium, belli tormenta ad impreſſionem, & milites ad aſſultum: brevi tamen patuit, Hiſpanos non incidiſſe in hoſtes ignavos & ſomno ſtratos, ſed in pervigiles & ad ſtrenuam defenſionem paratos: Plurimum enim negotii faceſſerat jam primis auſpiciis agger littori incumbens, duodecim grandioribus belli tormentis munitus, quem exiguo intervallo excipiebant duo alii, tam ſcite ad belli leges erecti, ut non barbarum, ſed Europæum militarem Architectum proderent.

In ipſo etiam portu ad omnes caſus intentum hæſerat majoris molis navigium præter quinque alia promptam in opem expedita: Armamentarium quoque pluribus belli tormentis, quæ expugnato oppido olim Hiſpani reliquerant, & annona ſatis inſtructum, præterea præſidiarii plusquam quinquageſies

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

mille in urbe recenſebantur. His tamen omnibus ſuperior erat Hiſpana fortitudo; captis enim, quæ in portu erant, navibus, prima e tormento explosa pila hoſtilis prætoriæ vexillum, certe omine ſat bono, dejecit, & poſt acres, cruentasque velitationes multo Mauris iniquiores tandem totus exercitus exſcenſionem feliciter fecit. Nec ideo tamen abſterrentur hoſtes, qui collectis ſignis pedem quidem referunt, ſed eo conſilio, ut puteum quemdam Hiſpanis præriperent, inde tamen ab egregio Belliduce Patinho non modo rejecti fuere, ſed inſuper Hiſpani collem haud modice aſſurgentem occuparunt; non ſine magno exercitus emolumento; quippe hujus ſitus opportunitate a Maurorum telis ſiniſtra Catholici exercitus ala percommode tegebatur. Hoc bellicæ fortitudinis præludio animati Hiſpani, ut tutum ad mare a terra acceſſum haberent, propugnaculum exſtruere moliuntur, quo tamen comperto Mauri fabros & foſſores operam molientes perturbaturi confertim accurrunt: viciſſim Hiſpani, ubi majus periculum, majore pugnandi aviditate confluunt; nec tamen ſegniores Africani novis armatorum ſuppetiis nutantes erigunt, unde factum, ut tam Mauris, quam Hiſpanis ſubinde alios

&

& alios ſubmittentibus, decretorium iniretur prælium, quod utrinque animis ad vincendum obfirmatis integras quatuor horas tenuit: Tum vero confertis non uno pugnæ genere manibus, ſimul ſclopis, ſimul haſtis gladiisque, ſimul globorum & telorum jactu certatum: tandem vero Mauri irruentium impetum diutius ſuſtinendo impares, ſolutis ordinibus in fugam effu ſunt. Hiſpanorum tam acri, diuturnoque conflictu quadringenti circiter, nec plures cecidere, longe major erat hoſtium occiſorum ſtrages, de certo tamen numero conſtare non potuit, eoquod pro more hujus gentis trucidati & ſaucii mox ex acie in urbem delati fuiſſent. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Altera die Hiſpani continuato victoriæ curſu hoſtem inſequi decrevere; ſed præter omnem exſpectationem ne unicum quidem ex Mauris deprehendere poterant; tanta enim eorum erat trepidatio, ut non modo prælii campum, ſed & cunctas arces, ipſam adeo Oranum Urbem derelinquerent; incaſſum quippe promiſſas Barbarorum ſuppetias exſpectabant, & quamvis, tardius tamen, decem Arabum & ſex Turcarum millia advolarent, Bigotillus tamen Orani Gubernator potius conſervandis ſuis opibus, quam defen-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

dendæ Urbi intentus, cum ſuis Moſtaganum usque noctu aufugit: Eadem adhuc die Hiſpani a Gallis & Anglis Conſulibus pudendam Maurorum fugam edocti, Urbem, arces, & caſtra prope Maſalquivirum poſita nemine reſiſtente, occupant. Porro victoriæ complemento adhuc obſiſtere videbatur ipſum Maſalquivirum, munimentum arte & natura validiſſimum; aſt Gubernator metu perculſus, pacta præſidiariis vita & libertate, ultro deditionem fecit. Commiſſa dein plura cum Mauris prælia, variante quidem fortuna, ſæpius tamen Hiſpanis propitia: Unde hi vicinam Regionem victoriis emenſi, a Septa quoque, facta ſæpius eruptione proſpera, hoſtem depulerunt, trucidatis plusquam Maurorum tredecim millibus: tandem vero ob ſterilitatem terræ, crebrosque morbos ex nimio ſolis æſtu ingraveſcentes, præſidiariis Orano & Maſalquiviro impoſitis Victores in Hiſpaniam die trigeſima prima Julii receſſerunt, ubi Rex Montemarum & Patinhum Belliduces ob rem bene geſtam aureo vellere remuneravit. Ita nempe Religionis tutela ac patrocinium procurat amplum Regni incrementum. Pontifex vero per Regis Catholici literas de expugnato Orano certior factus,

Deo

Deo pro tanto favore grates repensurus supplicationes publicas decrevit, festivisque ignibus tantæ rei successum nunciari voluit. Sæc.XVIII. A.C. 1732.

§. XI.

Res Polonicæ.

De dissidio, quod inter Clementem XII. Papam & Polonos præcipue ob prætensum jus Patronatus in omnes Cathedrales & Collegiatas Regni Ecclesias exoriebatur, jam supra mentionem ingessimus: nunc vero de reddenda concordia actum; postquam enim Vincentius Santinius Sedis Apostolicæ Nuntius obierat, Camillus Paolutius novus summi Pontificis Nuntius, quamprimum Varsoviam advenerat, cum Comite de Tarlo Roma reverso de concordiæ conditionibus serio egit, remque eo adduxit, ut quædam pacta, *concordata* vocabant, Comiti proponeret, quibus ita Pontifici satisfactum, ut Regis ac Reipublicæ juribus nihil decederet: Sub idem tempus Grodnæ datum erat initium Regni comitiis, quibus tamen mox dissolutis Proceres privatum habebant conventum, de maximis Reipublicæ negotiis consultaturi. Ad hos ergo Comes totam rei cum Nuntio Apostolicæ gestæ se-

Vide supra pag. 21. Tom. 72.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

riem perſcripſit, & conditiones, de quibus cum illo conveniſſet, transmiſit: Tantopere hæc pacta probabantur Proceribus, ut die ſexta Septembris edito Senatus conſulto decernerent, quatenus Comes de Tarlo ſuas cum Pontificio Nuntio conſultationes proſequeretur, gratesque ſummo Pontifici ob propenſam ſuam concordata promovendi voluntatem redderet, eumque certiorem redderet, quod Respublica vel minimam Sedi Apoſtolicæ moleſtiam inferre adeo non intendat, ut potius ejusdem votis in proximis Regni comitiis plene ſatisfacere parata eſſet. Cum autem denuo comitia ad hunc annum indicta, priusquam initium acciperent, diſſolverentur, in Senatus Conſilio decretum fuit, ad annum ſequentem, inſuperhabitis reclamantium motibus, comitia Varſoviæ eſſe celebranda, interim vero declarationem Anno 1729 & ſequenti a Senatus Conſilio factam, eſſe examinandam, & controverſiæ deciſionem promiſſamque ſatisfactionem ob diſſoluta comitia dilatam apud ſummum Pontificem humili excuſatione purgandam eſſe. Attamen hæc pacificationis negotiatio rurſus interveniente Regis obitu interciſa fuit, & duntaxat anno hujus ſæculi trigeſimo ſeptimo die octava

octava Julii in Senatus Consilio statutum, ut Sandomirienſis Præfectus litem circa regium jus Patronatus cum Pontificis Nuntio componere ſatageret. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Majore clamore Diſſidentium cauſſa agitabatur; jam enim anno hujus ſæculi trigeſimo Posnanienſis Suffraganeus Franciſcus in Katnow Karnowskius Epiſcopus Domitiopolitanus, & Vicarius Generalis Calviniſtis & Lutheranis Prædicantibus ſua dogmata ſpargere inhibebat, ex Cancellaria officii Conſiſtorialis Posnanienſis die ſeptima Decembris præfati anni transmiſſo ad Clerum ſuum ſequenti decreto:

Admodum Reverendis, Venerabilibus, honorandisque Virls, Præpoſitis, Parochis, Commendariis, Vicariis, Altariſtis, aliisque legitimis Executoribus, tenore præſentium requirendis, Salutem in Domino.

„Mandamus vobis in virtute ſanctæ „obedientiæ & ſub excommunicationis „pœna, quatenus ad inſtantiam Vene„rabilis Inſtigatoris judicii & officii „noſtri actoris principalis perſonaliter „accedendo Honeſtandorum *Pſeudo„Miniſtrorum* quosvis Sectæ Lutheranæ „& Calvinianæ Scholiregos ac ejus„dem ſectæ promulgatores & Prædi-

Sæc. XVIII. A. C. 1732. „catores in Decanatu Zbaczrinenſi „exiſtentes, per nos a tergo nominan„dos ipſis auctoritate noſtra inhibeatis „ſerio, & diſtricte præcipiatis, quibus „etiam nos per præſentes ſerio inhibe„mus & diſtricte præcipimus, ne ipſi „quovis prætextu, quæſito colore vel „ingenio directe, indirecte, tacite vel „expreſſe per ſe vel per ſubordinatas „perſonas, falſa, noxia & peſtifera ſuæ „ſectæ dogmata cum ſummo fidei or„thodoxæ Romano-Catholicæ præju„dicio ſecundum Conſtitutiones regni „Synodales, quin & provinciales, in „libero Regno Poloniæ, in quo ſolum„modo hæretici tolerantur, non domi„nantur, in perditionem animarum „Chriſtifidelium promulgare, prædi„care, docere, idque ſub Pœna cen„tum Hungaricalium aureorum per ſu„pra ſcriptos inhibitos in eventu con„travenientionis ſolvendorum, & per „Nos piis locis applicandorum in ſub„ſidium Juriscaptivationis pœnam, au„deant & præſumant. Citantes ni„hilominus uno eodemque præſentium „literarum contextu dictos Prædican„tes, Scholiregos, tum quoque ſectæ „Lutheranæ & Calvinianæ promul„gatores ad Nos judiciumque noſtrum „Conſiſtoriale generale Posnanienſe, „pro die & termino infra ſcripto, ad

„Vi-

„videndam & audiendam noſtram hu- Sæc.XVIII.
„jusmodi inhibitionem in ſuo robore A.C. 1732.
„conſervari, pœnasque ſuperius com-
„minatas in eventu contraventionis
„inhibitionis noſtræ easdem ſuccu-
„buiſſe declarari, ac id quod juris &
„juſtitiæ fuerit, ſtatui, decerni & ſen-
„tentiari, cætera quoque terminum
„ipſis ſextam diem ab executione præ-
„ſentium computandam coram nobis
„judicioque noſtro, perſonaliter legi-
„time comparendique peremptorium
„aſſignamus.„

Hoc Epiſcopi decreto Calviniſtæ & Lutherani, qui in Polonia ob continua diſſidia, quibus Regnum in partes ſcindebant, diſſidia *Diſſidentes* vocantur, graviſſimam ſibi injuriam, ſuisque ſectis detrimentum fuiſſe illatum autumabant, eapropter querulis ſuis vocibus cælum terramque implebant, armatam Proteſtantium Principum opem implorabant, ipſasque Auguſti II. Poloniæ Regis aures tam importunis precibus ac lamentis verberabant, ut Rex querelarum tædio expugnatus, & neſcio, quæ mala veritus, ſequenti anno Varſavia ad eundem ſuffraganeum has daret literas: „Reverende in Chriſto Pa-
„ter, ſincere nobis dilecte: quemad-
„modum Reverendum in Chriſto Pa-
„trem Epiſcopum Posnanienſem ſeorſim

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„literis noſtris pro Diſſidentibus in Religione datis convenimus, ita & Sinceritatem veſtram conveniendam & requirendam eſſe duximus, ut eosdem Diſſidentes in religione, eorumque Prædicantes Venerabilibus Decanis & aliis Sacerdotibus in peragendis officiis antiquitus obſervari ſolitis ad Conſiſtorium Posnanienſe evocare, inhibitionibusque moleſtare pacemque & tranquillitatem Diſſidentium legibus & confœderationibus ac juramento noſtro cautam turbare non permittat, & in eo ſtatu, in quo fuerunt ante, exercitii ſuæ Religionis manere curet, cui de cætero bonam Valetudinem a Deo precamur.„

Attamen Decani, ac Posnanienſis Diæceſis Parochi juxta mandatum ſui Suffraganei die vigeſima nona Decembris anno priori promulgatum ſectæ libertati obicem ponebant, quocirca Diſſidentes ex Regiis Conſiliariis atque Aulicis ſibi addictis quosdam convenere, ſupplices, ut eorum cauſſam apud Regem tuendam in ſe ſuſciperent, eorumque nomine libellum ſupplicem ei porrigerent. Nec inanis horum erat deprecatio; quippe eodem adhuc anno Rex ad præfatum Suffraganeum hæc reſcripſit:

„Re-

„ Reverende in Christo Pater, sin- Sæc. XVIII.
„ cere nobis dilecte, cum ex relatione A. C. 1732.
„ ceterorum Consiliariorum nostrorum
„ & supplici libello nomine Dissiden-
„ tium in Religione in Diæcesi Posna-
„ nensi Sinceritatis vestræ habitantium
„ nobis porrecto intellexerimus, quo-
„ modo Venerabiles Decani & alii Sa-
„ cerdotes ejusdem Diæcesis Prædi-
„ cantes & Scholarum Rectores in admi-
„ nistrandis peragendisque eorum offi-
„ ciis antiquitus observari solitis cita-
„ tionibus & inhibitionibus præcipue
„ de data die vigesima nona Decembris
„ anni proxime præteriti & aliis tem-
„ poribus sub diversis actibus ad di-
„ versa loca cum inhibitione e Consi-
„ storio extraditis impediant, per id-
„ que pacem & tranquillitatem inter
„ eosdem Dissidentes in Religione a Se-
„ renissimis Antecessoribus nostris &
„ nobis ipsis cautam & juratam confœ-
„ derationibus regni præcustóditam in-
„ terturbent. Ideo ad Supplicationem
„ eorum Sinceritatem vestram præsen-
„ tibus conveniendam & requirendam
„ esse duximus, ut hæc & similia at-
„ tentata molestiasque ipsis inferri, pa-
„ cemque & tranquillitatem eandem
„ Dissidentium in religione turbari non
„ permittat, imo processus eosdem ul-
„ terius prosequi & continuare inhibeat,

„ ac

Sæc. XVIII. A. C. 1732. „ac in eo ſtatu & exercitio officiorum „ſuorum, in quo fuerunt, juxta præ„ſcriptum confœderationum publica„rum manere ipſos permittat & con„ſervet conſervarique curet. Cui de „cætero bonam valetudinem a Deo „precamur.„

Brevi tamen Regem nimiæ ſuæ indulgentiæ pœnituit; Diſſidentes enim ſe a prætenſis moleſtiis plene liberos eſſe, haud contenti, ampliores adhuc circa ſectam ſuam favores extorquere moliebantur: Eo fine iteratis literis Acatholicos Principes fatigabant, eisque querulis vocibus exponebant, ſe a Clero, & præcipue Posnanienſi Epiſcopo dire vexari, & tam Lutheri quam Calvini dogmata atris coloribus depingi &c. Horum igitur lamentis permoti Principes, ſuis in Aula Polonica Oratoribus negotium dedere, ut Regem urgerent, quatenus Diſſidentibus *plenam* Religionis ſuæ libertatem concedere velit. Ex his ergo Calvinianus Fœderatorum Ordinum Orator Carolus de Rumpf die vigeſima quarta Februarii anno hujus ſæculi trigeſimo primo Varſovia datis ad Regem literis pro Diſſidentibus, utpote fideliſſimis ſubditis deprecabatur, petens, ut in proximo Senatus conſilio, necnon in Equeſtris Ordinis comitiis Diſſidentium tran-

tranquillitati per media Regni legibus consona, & ab Angliæ Rege propoſita conſuleretur. Sub idem quoque tempus Hoffmannus Regis Boruſſiæ Legatus in eadem cauſſa ad Regem hæc perſcripſit: Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sereniſſime ac potentiſſime Rex, Domine Clementiſſime.

„Quam gravi afflictione Diſſiden„tes a Romana Catholica religione „Regni Poloniæ & M. D. Lutheranæ „incolæ, hucusque oppreſſi ſint & in „diem premantur, prolixis Sacræ Re„giæ Majeſtati veſtræ enarrare verbo„rum ambagibus & dolor prohibet, „ quo afficiuntur, qui male ſanati vul„neris ulcera aeris intemperiei ſæpius „exponunt, & evidentia rei toties ite„ratis vicibus ſacræ Regiæ Majeſtati „veſtræ & univerſæ Reipublicæ ob „oculos poſitæ. Sane criticus ille „dies, qui motus Reipublicæ inteſti„nos ſalubri ſedavit pacificatione, cum „feliciſſimus exiſteret parti Reipublicæ „uni, funeſtiſſimus evaſit alteri Alum„norum, qui quondam Sanguine, Pena„tibus, Patria, Nobilitate, legibus „& Privilegiis, cæteris æqualiter „juncti fuerant, diverſi reputati ſunt „& peregrini, ob cultum Divini Nu„minis

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„minis externe differentem & angu-
„ſtiores conſcientiæ terminos ſcrupu-
„losque.„

„Procul abeſt, Sereniſſime ac Po-
„tentiſſime Rex, ut Majeſtatem Veſtram
„in cauſſis habeam, unde tanta ma-
„lorum effluvies in miſeros promana-
„verit Diſſidentes, cum gratia &
„clementia Sacræ Regiæ Majeſtatis
„Veſtræ univerſo cognita terrarum
„orbi, ſpecialiter ſeſe exeruerit in de-
„claratione & explicatione favorabilis
„articuli, ex cujus abuſu tanta perſe-
„cutionum congeries vim & originem
„ſuam traxiſſe in aprico eſt. Nec eſt,
„quod prima Reipublicæ capita, inter
„quæ illuſtriſſimos & excellentiſſimos,
„Primatem Regni, Cracovienſem, Vil-
„nenſem, Samogitiæ cæterosque Epi-
„ſcopos referre lubet, cointelligentiæ
„arguam, & potius Diſſentientes, quo-
„rum cauſſam nomine & juſſu Sere-
„niſſimi Boruſſiæ Regis, Domini mei
„Clementiſſimi, hic ago, illorum fi-
„dei, favori & protectioni concedere
„minime dubitem; memores etenim,
„quid religioni quam profitentur, quid
„patriæ, quid concivibus debeant,
„cum de propugnandis fidei ſuæ dog-
„matibus & munere ſuo & officio ſo-
„liciti obligentur, violentiam quam-
„cumque Chriſtiano nomine indignam

„ab-

„abhorrere, hinc paſtores videas gre- Sæc. XVIII.
„gem ducentes, non cogentes, illinc A. C. 1732.
„immunitatum patriarum & diſpoſi-
„tionum antiquarum ardentiſſimos de-
„fenſores. Miſere diſcruciati Diſſen-
„tientes a mediocribus vexantur, qui
„vel ob judicii defectum ex perſuaſione
„malevolorum vel ex ignorantia legum
„patriarum, vel Zelo immoderato
„ducti, vel demum auri ſacra fame
„ſtimulati, collatis quaſi ſignis in diſ-
„ſentientes irruunt, ædes cultui di-
„vino ſacratas deſtruunt, verbi divini
„miniſtros expellunt, expulſos perſe-
„quuntur, ædium reparationem im-
„pediunt, & devotionem fere omnem
„interdicunt, uti ex innumeris fere
„aliis recentiora hic adjiciendo ſub li-
„teris A. & B. Sacræ Regiæ Majeſt.
„Veſtræ humillime offerre viſum eſt.
„Præprimis inhibitorium in Diæceſi
„Posnanienſi nuper 7. Sept. a. p. pu-
„blicatum, quamvis injurioſiſſimum,
„utrum indignatione vel commiſera-
„tione dignum, incertum eſt; illud
„ſuadet conſequentia ob effectum inde
„metuendum, hoc rationum allegata-
„rum tenuitas vel ipſorum Romano-
„Catholicorum recte ſentientium con-
„temptui explanata atque expoſita.
„Utrique ſatisfacturus. cum non eru-
„buerint, quibus animi ſui interiores

„affe-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„affectus prodere volupe fuit, vindi-
„cando characteris ſacri honorem &
„venerando dignitatem Eccleſiaſticam,
„ipſemet ego in vicem illorum erubeſco.
„In hos, Sereniſſime Rex, animad-
„vertendum, his fraenum imponen-
„dum, ne in contemptum Authorita-
„tis Regiæ & Reipublicæ, violentiæ
„indulgere præſumant. Horum licen-
„tiæ obex objiciendus, ne deſtruendo
„patria & ſanguine ſibi junctos in pro-
„pria cum damno cauſſæ communis
„ſæviant viſcera. Ejusmodi mandata
„ſunt abolenda, ne poteſtatem legis-
„latoriam privatis conceſſam, ali-
„quando doleat inclyta Poloniæ Res-
„publica.„

„Faveas ergo illis, Auguſtiſſime
„princeps, quos nulla rebellionis vel
„ſeditionis macula contaminatos fide-
„les ſemper tibi ſubditos expertus es.
„Faveas illis, qui ad umbram alarum
„tuarum confugiunt, inde non receſ-
„ſuri, niſi ſub præſidio tuo tuti & de
„protectione ſecuri. Tuearis, quos
„ſolemnia juramenti vincula curæ,
„gratiæ ac clementiæ tuæ æque ac
„reliquam prolem Polonicam concre-
„ditos habes.

„Faveatis Patres Reipublicæ con-
„ſcripti ovili licet diverſo ſeparatis,
„eodem tamen paſcuo vobiscum fruen-
„tibus

„fruentibus, ab eodem paſtore ductis. Sæc. XVIII.
„Recipiatis in ſinum paternæ veſtræ A. C. 1732.
„indulgentiæ, & foveatis, qui cum
„ſint ingenui filiorum adoptivorum
„nomine acquieſcunt. Præſidium eſtote
„miſere afflictis contra injurias inimi-
„corum, qui fulcra patriæ & reipu-
„blicæ vocari meremini. Hoc eſt,
„quod Sereniſſimus Boruſſiæ Rex, Do-
„minus meus Clementiſſimus, a juſti-
„tia & æquitate ſacræ Regiæ Majeſta-
„tis Veſtræ & inclytæ Reipublicæ ex-
„pectat, eodem favore, eadem clemen-
„tia in Romano Catholicos ſibi ſub-
„ditos acturus.„

„Hæc ſunt ardentiſſima vota mi-
„ſere hucusque oppreſſorum (Evan-
„gelicæ æque ac Græcæ Religioni ad-
„dictorum). Hoc demum eſt, quod
„ſupplicibus precibus a Sacra Regia
„Majeſtate Veſtra ante diſceſſum in
„Saxoniam (quem feliciſſimum, uti
„reditum feliciorem apprecor) juſſu
„Domini ſui clementiſſimi expetit,
„qui ſummo Devotionis cultu in ſem-
„piternum permanebit.„

Pariter Ruſſiæ Imperatrix per ſuum Oratorem Comitem de Löwenwolde die vigeſima quinta Februarii Polono Regi exponi curavit, quod tam in Polonia quam in Lithuania diſſidentes ſub prætextu quarti articuli in tractatu

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Varſovienſi Anno 1717. ſub Petro I. Cæſare erecti acerbe vexentur, & Græci ibidem graviter opprimantur, eapropter Imperatrix ſupplicaret, ut Mohilowicenſem Epiſcopum Barloum Regia ſua Majeſtas pro veteri more ſibi commendatum haberet, huncque Epiſcopum conſueto privilegio honoraret; inſuper & reſcriptum Pollovicenſi Archiepiſcopo conceſſum irritum nullumque declararet. Poſtea Orator querebatur, quod Ruſſiæ ſubditi fines Imperii excederent, ac ſeſe Polonorum protectioni ſubjicerent, & denique Poloniæ Proceres Ruſſiam infeſtis excurſionibus vexarent, Ruſſorum non paucis impune trucidatis. His ergo violentiis ac oppreſſionibus obicem poni efflagitabat Orator.

Cum autem Thorunenſes Calviniſtæ Regium decretum anno Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto contemnerent, & Gymnaſium ſuum, uti juſſi erant, extra urbem transferre negligerent, imo etiam Præcones ſuos in exilium detruſos, proprio arbitrio denuo in Civitatem inveherent, hinc Rex ineunte Menſe Auguſto eos coram Regio Tribunali comparere juſſit, ut ſuæ inobedientiæ rationem redderent. Hi vero culpam excogitatis ultro gravaminibus pro

more

more suo purgare intenti, Dantiſci nonaginta articulis ſuas querelas complexi ſunt, illas in proximis comitiis expoſituri. His vero diſſolutis, quod via juris obtinere deſperaverant, concitato Biſchovii & Junovii tumultu extorquere moliebantur, jactato obtentu, quod in primo loco Græcis, in altero ſua Lutheranis Templa fuiſſent erepta: Igitur Biſchovii ad arma convolant, vim adhibent, atque in obvios quosque Catholicos debacchantur, plurimos ſauciant, & non paucos interficiunt: Cruentam hanc injuriam reparari, efflictim petebant Catholici, mox autem pari furore Lutherani in Catholicos tumultuabantur, atque inter alios etiam Junovii Epiſcopi Officialem, Caminenſem Canonicum, duosque alios Catholicos vim ſacrilegam inhibere intentos, multis vulneribus afficiunt, & trucidant. Catholici, ubi petulans facinus inaudiere, vim vi repellere coacti, e vicinis pagis confluunt, in furioſos ultricibus armis irruunt, eos diſſipant, utque ſua ſana, tot tumultuum incentiva, ſolo æquarent, compellunt, necnon primores, unacum quodam Præcone præcipuo turbarum promotore ad Judicis Tribunal rapiunt, promeritis pœnis plectendos. Ita nempe *raro*, inquit Livius, *Dii*

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732. *ipſi admovent nocentibus manus, ſatis eſt, ſi occaſione ulciſcendi læſos in eos arment.*

§. XII.

Novi Proteſtantium motus in Hungaria.

Quamvis Carolus VI. Imperator anno priori die vigeſima prima Martii per ſuum decretum ad Proteſtantium in Hungaria querelas perbenigne reſpondiſſet, eisque amplam ſectæ ſuæ libertatem conceſſiſſet, his tamen nondum contenti Calviniſtæ, contra legitimum ſuum Principem exterorum & præprimis Helvetiorum opem imploraruntEo fine hoc anno die octava Julii Tigurini ad Fœderatos Ordines literas dederunt, in quibus expoſuere, ſibi certo conſtare, quod ſuæ Religionis rebus in Hungaria & Tranſylvania ingens immineret ruinæ periculum; Cæſarem enim ad nuperum decretum contra Proteſtantes edendum a Catholicis fuiſſe inductum, & per articulum tertium, quo *præſcriptio in poſſeſſione bonorum immobilium a Joannis Regis regimine nulla declararetur*, extremum Eccleſiis parari excidium, ſe quidem pro conſervanda Religionis ſuæ libertate, Cæſarem efflictim rogaſſe, nihil tamen proſeciſſe, nullum ergo eorum calamitatibus

tatibus magis efficax opponi posse re- Sæc. XVIII.
medium, quam potentissimorum Pro- A. C. 1732.
testantium Principum deprecationem, hos vero privatas ob causas Cæsaris solium accedere esse præpeditos, ea propter rogare se, ut suo in Aula Cæsarea Administro injungerent, quatenus gravibus rationum momentis rem eo inducere velit, ut Calvinistæ in Hungaria & Transylvania suis libertatibus juribusque frui permitterentur &c. His literis permoti Ordines Fœderati die vigesima quinta ejusdem Mensis Hamelio Bruynix Hollandico apud Cæsarem Oratori injunxere, ut cum reliquorum Principum Protestantium Ministris Viennæ ageret, qua ratione Hungaris & Transylvanis Calvinistis per Ordinum interces sionem succurri posset. Haud absimiles literas Tigurini etiam ad Fridericum Guilielmum Borussiæ Regem dedere, qui eis quoque die vigesima nona Julii rescripsit, sibi probari eorum sollicitudinem pro conservanda re Evangelica, se quoque jamjam decrevisse, non modo afflictas Hungarorum res Cæsari exponere, sed etiam cum ceteris Evangelicis Principibus desuper consilium inire, nec etiam dubitare se, quin Cæsaris animus aliunde ad miserationem & clementiam propensissimus oppressis

Sæc. XVIII A.C. 1732.

Religionis ſuæ ſociis validam opem præſtiturus eſſet.

Non minus ad Helvetiorum vota benigne annuit Georgius Angliæ Rex, qui ex Palatio ſuo Herrenhuſano die duodecima Auguſti ad illos has dedit literas: „*Illuſtres, atque ampliſſimi Do-*„*mini, Amici noſtri cariſſimi!* Accepi-„mus literas veſtras die menſis Julii „noviſſime præterlapſi communi veſtro „Nomine ſcriptas, ex iisque animad-„vertimus, quanta cum ſollicitudine „rebus *Eccleſiarum in Hungaria & Tranſil-*„*vania Reformatarum* invigiletis. Pie „tatem equidem veſtram & *afflictorum* „*Proteſtantium* Commiſerationem plu-„rimum laudamus. Et nos quoque „triſti dictarum Eccleſiarum ſtatu per-„moti, earumque juſtis querelis ſola-„tium, quantum in nobis eſt afferre „cupientes, Miniſtro noſtro plenipoten-„tiario in Aula Cæſarea degenti, in-„mandatis dedimus, ut operam con-„ferat enixiſſimam, quo Immunitates „& Privilegia antiqua hiſce Eccleſiis „ſine labe conſerventur. Speramus-„que, quod Majeſtas S. Cæſ. & Catho-„lica pro ſumma ſua æquitate & Cle-„mentia ſubditorum etiam *Proteſtantium* „ſine ulla ſua culpa male habitorum „Supplicationes benigne exaudiri haud „dedignabitur, de cætero autem vos „ve-

„ veſtraque omnia divini Nominis Tu- Sæc. XVIII.
„ telæ ex animo commendamus. „ A. C. 1732.

§. XIII.

Prætenſa Religionis gravamina Ratisbonæ in comitiis ab Hungaris Proteſtantibus inſinuata.

Horum Principum patrocinio audaciores facti Proteſtantes in Hungaria & Tranſylvania agentes, ut juſtam querulandi cauſſam habere viderentur, undecim Religionis gravamina excogitarunt, eaque in comitiis Ratisbonenſibus clam inſinuarunt. Querebantur ergo I. in Iſenacenſi Comitatu quadraginta quatuor (*) Templa eis fuiſſe erepta; nempe Catholici ſibi injuſte ablata repetebant. II. Die vigeſima quarta Maij hoc anno Voigtum Prædicantem Chemnitii defunctum *Vid. p. 28.* fuiſſe, nec tamen adhuc eidem alium fuiſſe ſubrogatum, fruſtra id Viennæ petentibus Calviniſtis. III. Leutſchaviæ Fahnſchmidtio & Antonio Chetrinio Superintendentibus interdicta eſſe officia Conſiſtorialia & ordinationes.

(*) Quidam Lutheranus in ſua demonſtratione contra Jablonsky Epiſtolam Apol. ait, quod Calviniſtæ Lutheranis bis mille Eccleſias ſubripuerint. Et tamen hi ſilent.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

IV. Caſſoviæ in Hungaria Superiore Eccleſiam ruinæ proximam reſtaurare inhibitum. V. Solam Grammaticam, non autem Philoſophiam & Theologiam in Scholis docere, licitum eſſe. VI. Univerſitates exteras frequentare Studioſis quidem ſeveriſſime inhibitum eſſe, eos tamen ſpreto hoc interdicto, ad illas excurrere, ſed occulte, & ſe opificum famulos eſſe mentiendo. VII. Parochos Catholicos Puerperis ingreſſum in Eccleſiam denegare, niſi Catholicam fidem amplecterentur. VIII. In matrimoniis mixtis, ſi Pater ſit Religione Catholicus, utriusque ſexus proles in eadem Religione educari, cum tamen antea Patri filios, & Matri Filias in ſua cuivis Religione inſtituendi facultas data fuiſſet. IX. Ad Catholicorum feſtivitates præcipue ad ſolemnem ſupplicationem in feſto Corporis Chriſti opificiorum Magiſtros compelli. X. Pagorum Parochos nolle, rudium matrimoniis bene precari, niſi ſponſa fidem Catholicam profiteretur. XI. Denique ad ægrotos prius vocari Parochum Catholicum, huncque eis Catholicæ Religionis motiva proponere, his demum nihil proficientibus, primum Prædicanti licitum eſſe, infirmum accedere. Poſtquam frivolæ hæ Proteſtantium Hungarorum querelæ

ad

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

ad plurium notitiam Ratisbonæ pervenerant, earum occasione eruditæ quædam Reflexiones in Religionis gravamina identidem Ratisbonæ in comitiis apud Corpus Evangelicorum delata contra *locales Commissiones* Cæsareas a Protestantibus petitas, nomine Statuum Catholicorum in publicum prodiere. In illis Author demonstrat, prætensa ejusmodi gravamina potissimum fundari in falsa persuasione, qua Protestantes *ob nudum possessionis factum* restitutioni locum esse contendunt, & perperam *localem Commissionem* extorquere nituntur. Harum reflexionum analysin facere, operæ pretium esse videtur. Præprimis ergo Auctor commendat Imperatoris studium, quo gravamina ab Anno 1719. a Protestantibus in comitiis proposita tollere studuit: Catholici quoque, inquit Auctor, debita submissione exequi parati erant, quicquid Sacra Cæsarea Majestas pro conservanda Imperii quiete, & concordia cum Acatholicis Imperii Statibus juxta pacem Westphalicam & leges fundamentales decretura esset: nec his contenti, insuper omnem, quantum in ipsis erat, operam promptissime contulerunt, ut æquissima Cæsaris consilia eo facilius citiusque in usum deducerentur; cum enim eadem Majestas

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

per *Commissionis*, ut vocant, decretum Anno 1720. die 12. Aprilis hæc gravamina per Imperii deputatos discuti, & juxta Imperii leges tolli præcepisset, Status Catholici hunc tractandi modum eo lubentius acceptarunt, quo firmius ipse a Religionis pace originem suam repetat, & jam Anno 1704. ab Augustanæ Confessionis Statibus ceu utilior fuerat deprædicatus, & in toto Romano Imperio unanimiter receptus: Cum autem Protestantes e contrario, quia hoc remedio amplam gravamina accumulandi, & per ea suam sectam ampliandi viam sibi vix non intercluſam credebant, illud unionis medium rejicerent: Status autem Catholici, ut sinceram seriamque suam concordiæ restituendæ voluntatem testatam redderent, illis cessere, permittentes, ut hoc negotium Ratisbonæ inter utriusque Religionis Oratores pertractaretur. Sperabant igitur Catholici, ut hac via omnes ejusmodi lites eo certius terminandæ essent, quo salubrius Cæsarea Majestas die 14. Novembris eodem anno decreto ad plures Catholicos Imperii Principes dato præceperat, ut omnes novitates contra pacem Badensem invectæ ad pristinum statum revocarentur. Attamen brevi patuit, Acatholicis nullatenus concordiam cum Catho-

Sæc.XVIII. A.C. 1732.

Catholicis cordi fuisse, sed duntaxat præfatum Cæsaris decretum interpretatione ipsis admodum propitia, & Catholicis summopere noxia eludere voluisse; ejus enim ope *restitutionem ad nudum factum possessionis* extorquebant, nullo facto discrimine inter ea, quæ vel solido jure vel per nefas acta, proin vel tollenda, vel approbanda essent. Ex adverso Status Catholici recto tramite incedentes, sibimetipsis viam ad juridicam, & amicabilem compositionem straverint, dum Protestantium, ut appellant, *votum commune* die decima quarta Martii 1721. editum die 30. Maij refellentes, luculenter distinxere inter casus, in quibus præfatum nudum factum possessionis, & in eo fundata restitutionis postulatio locum habere valeat, vel non. Hanc tamen declarationem Acatholici ratam habere detrectarint, ac in alio *voto* suo die duodecima Septembris declararint, se cum Catholicis hac super re non acturos, nisi prius *indistincte* omnia gravamina fuissent sublata, & Status Religionis tempore Pacis Badensis in Imperio existens restauratus. Ast adversus tam iniquam ac captiosam petitionem Status Catholici die tertia Octobris reclamarunt, ac rei decisionem æquissimo Cæsaris judicio reliquerunt. Nec eos sua

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

sua fefellit fiducia; quippe Carolus VI. die vigesima Martii anno hujus sæculi vigesimo secundo ad Catholicos Status rescripsit, *sibi firmum, fixumque esse, Protestantibus quidem nulla habita Religionis ratione jus dicere, nolle tamen permittere, ut hi aut sectæ sucæ socii vel minimum contra clarum pactorum publicorum, pacis concluforum, aliarumque fundamentalium legum, & observationum tenorem per artificiose detortas ejusmodi expositiones, (uti hucusque ferme in consuetudinem deduxissent) ablandiantur, aut minis extorqueant.* Ut vero Cæsarea Majestas immotam hanc voluntatem suam luculentius testaretur, præfata ejus mandata pro restitutione ad Statum pacis Badensis die septima Decembris anno hujus sæculi vigesimo secundo sub termino duorum Mensium ad omnes etiam immediatos utriusque Religionis Imperii Status extendit, præcepitque, ut per Cæsareos Commissarios in locis, ubi querelæ fuerunt motæ, nulla mora in caussæ merita inquiratur, & desuper, quod æquum & justum est, auctoritate Cæsarea decernatur. His mandatis promptissime obtemperarunt Catholici, spe freti, quod eo modo, quem Imperator die 30. Maij Anno 1721. præscripsit, pariter Protestantes junctis viribus ad promovendam restitutionem præ-

præfatam concurſuri, & facta iniqua a juſtis ſegregaturi eſſent; ad quod ſane opportuniſſimum fuiſſet remedium in Imperii Conventu Anno 1723. propoſitum, & die nona Septembris ſæpius inſinuatum, ſcilicet amicabilis ſuper dicta reſtitutione tractandi modus, quem ipſimet Proteſtantes in ſuo *conferentiali* concluſo die decima quarta Auguſti quodammodo approbaſſe videbantur. Sæc. XVIII. A.C. 1732.

Præter omnem tamen exſpectationem tam in præfatum concluſum animadverſiones, quam alia ſcripta publica, & noviſſime literæ ad Cæſarem Ratisbona die nona Julii anno hujus ſæculi vigeſimo ſexto datæ & vigeſima quarta ejusdem Menſis a Saxoniæ Legato dictatæ prodierunt, quibus patuit, Proteſtantes denuo a commendato hoc tractandi modo reſilire, & non modo Cæſareo - localem Commiſſionem extorquere, ſed & reſtitutioni *juxta nudum factum poſſeſſionis* ad Statum pacis Badenſis inſiſtere. Tum vero Catholicis illuſerunt, perinde ac ſi nil aliud pro ſe ſuisque peterent, quam illud, quod pacis tractatibus, publicisque pactis conſonum eſſet, proin ſtatutorum limites non transgreſſuri, minus vero ejusmodi fundamentales Imperii leges

Sæc. XVIII. A C. 1732.

leges pro suo arbitrio vel commodo interpretaturi forent.

Hoc supposito haud comprehendi potest, quo jure, qua fronte a Cæsare, qui tamen æquissimus ac supremus Judex, necnon Imperii legum Custos atque Executor est, præfatam restitutionem juxta nudum factum possessionis petere, & Cæsareo locales Commissarios tanquam ad hanc restitutionem perutiles decerni, exigere possint, nisi prius quocunque demum modo vel quacunque via prius discutiatur, quænam ex propositis gravaminum factis contra jus & æquum fuerint, proin restitutioni obnoxia sint? Certe Catholicis imputandum non erit, ut sine exceptione, & absque casuum distinctione exiguas illas exercitii sui reliquias ipsis ceterisque omnibus liberis ac immediatis Imperii Statibus relictas, & multo sanguine & ære coemptas ac in pace Westphalica stabilitas uno ictu sibi abscindi permittant, aut, quæ in suis ditionibus pleno jure & summa æquitate subinde decrevere, ac etiamnum salvo etiam P. W. Paragrapho XXXI. decernendi jure potiuntur, immutare, vel immutatum relinquere cogantur.

Enimvero immediate post pacem Westphalicam, ubi primordialis restitutio

tutio tam ex capite Amneſtiæ, quam ex capite gravaminum decernebatur, neceſſe erat, reſpicere ad nudum factum poſſeſſionis in annis vel 18. vel vigeſimo quarto tunc habitæ, abſtrahendo, an quis tum jure vel injuria poſſederit: Nihilominus tamen ipſa ſeparatio caſuum liquidorum a non liquidis jam tum in Norimbergenſi executionis receſſu §. 3. 4. & 5. pro neceſſaria habebatur, quo magis ergo neceſſaria erit eadem ſeparatio in gravaminibus nunc exortis, ac in petita reſtitutione, cum potiſſimam partem hæc reſtitutio talia reſpiciat objecta, quæ quoad quæſtionem primum dilucidanda ſunt, & ad pacis Religioſæ & Weſtphalicæ ſtatuta *de futuris mutationibus* ſpectant, proin præ ceteris *decidi*, neceſſe eſt, quænam reſpectu talium mutationum pro licito, vel illicito, & tunc pro caſſando vel non caſſando habenda ſint? id vero nullatenus Commiſſariis localibus, quos Acatholici petunt, competat juxta Pacem Weſtphalicam; in qua de iis Art. V. §. 51. ſtatutum eſt, *ut Commiſſarii Deputati nihil definiant, ſed referant*, & aliunde ex praxi Imperii & præcipue Cæſarea Capitulatione conſtet, quænam ad obtinendas Commiſſiones & mandata *vel inhibitoria, vel reſtitutoria* prævie

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

prævie in Impetrantibus requirantur: ac insuper in P. W. Art. V. §. 50. claris verbis statuatur: *Ut si quid dubii incidat, aut ex caussis pacem Religiosam, aut hanc transactionem tangentibus resultet, de eo* IN COMITIIS VEL ALIIS IMPERII CONVENTIBUS *inter utriusque Religionis proceres non nisi amicabili ratione transigatur.*

Præterea inter Restitutionem ad factum possessionis sub utroque anno normali, necnon inter decisionem gravaminum & querelarum de futuro, discrimen esse attendendum, prout patet ex Art. XVI. §. 1. usque ad 6. & Art. XVII. §. 5. 6. & 7. ubi hæc habentur: *læsus lædentem imprimis dehortetur a via facti, caussa ipsa vel amicabili compositioni vel juris decisioni submissa . . . Si controversia hoc modo intra tres annos non finiatur, tenentur pacis Consortes armis injuriam repellere,* A PASSO MONITI, *quod nec amicitia nec juris via locum invenerit . . . . si quid controversiæ sive jam exortum sit,* SIVE POST HAC *inciderit, unusquisque jure experiatur . . . .* Inde autem illatum est, quod *quæ Judicis sententia fuerint definita, sine discrimine statuum, executioni mandentur, prout leges Imperii de exequendis sententiis constituunt,* nempe non statim & promiscue ad executionem procedatur, sed prius amicabilis

cabilis vel judicialis cauſſarum diſceptatio fiat, cui etiam conſonat noviſſimus Imperii receſſus, in quo ſpecialiter ſancitum fuit. I. In caſibus illiquidis integrum eſſe partibus, an vel per ſe vel per ſuos Procuratores hinc inde porrectis documentis & ſcripturis coram Deputatis experiri velint. II. Prius probandum eſſe, quod adſint neceſſaria requiſita reſtitutionis, & quod *caſus* Inſtrumento pacis, executionis edicto, arctiori modo exequendi, Norimbergenſi receſſui, aut in caſibus per pacis inſtrumentum non mutatis, paci Religioſæ proin ad punctum reſtitutionis commenſuratus ſit. III. In caſibus dubiis, vel iis, qui primum ex inſtrumento pacis interpretationem capiunt, præ ceteris tentandam eſſe amicabilem transactionem. Et ſane, quomodo petitæ Executionis Commiſſarii in cauſſa procedere poterunt, niſi prius edoceantur, quid proprie *pro facto exequibili vel non exequibili* habendum ſit, vel quænam exceptiones fieri vel non fieri poſſent? præcipue cum in præfata primordiali reſtitutione duntaxat illæ, *quæ inſtrumento pacis adverſantur*, rejiciantur, illæ vero, quas Catholici in ſua declaratione die 30. Maij 1721. & in aliis eorum literis ad Cæſarem datis expoſuere, in præfato inſtrumento

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

omnino fundentur. Nec objiciendum Catholicis, quod ipſimet die decima ſexta Julii Anno 1699. Ryswicenſem pacem juxta executionis media in Inſtrumento P. W. *& in artiori modo exquendi* præſcripta adimpleri petierint; in ea enim cauſſa reſtitutiones, quæ vi pacis exigebantur, erant nonnisi *facta liquida:* Status autem Proteſtantes ipſimet ſæpiſſime in ſuis libellis intentur, quod facta ab eis propoſita potiſſimum dubia ſint, & propterea nequidem ipſi pro *Actoribus* haberi velint; proin cuilibet Statui Catholico graviſſimum foret, ſi ad nudas ejusmodi querelas in ſuis ditionibus *Commiſſiones* tolerare, ſubditos ſuos, qui nec querelas moverunt, nec querendi anſam præbuere, contra ſe ultro concitare, & ſexcentis haud promeritis moleſtiis, inconvenientiis, ne dicam publicæ proſtitutioni ſeſe exponere cogerentur, quin ſi vel calumnia vel innocentia eluceſcat, condignam ſatisfactionem vel injuriæ reparationem antea ſperare potuerint, minus vero de expenſis, & damno ſibi ſatis cautum fuerit. Denique non minus Catholici, quam Proteſtantes accuſari poſſent, velle ſe ejusmodi lites per prolixa ſcripta hinc inde porrecta protelare, & quamvis Catholici iteratas

Pro-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Proteſtantium criminationes pacis & concordiæ ſtudio, ſpecialiter refellere nolint, nihilominus frivola, nova, Religioſæ & Weſtphalicæ paci, aliisque pactis publicis & fundamentalibus Imperii legibus recte oppoſita principia in omnibus & per omnia confutare, & ſeſe illis opponere tenerentur, reſervatis ſibi juribus ſuis, & implorato Cæſareæ Majeſtatis ſuæ patrocinio: Deo enim & propria conſcientia teſtibus profitentur, quod nec in Religionis nec in aliis cauſſis quicquam aliud petant, niſi quod vi ejusmodi legum ſibi debetur, proin in præſentibus Religionis gravaminibus, annuente Cæſarea ſua Majeſtate, Proteſtantibus Conſtatibus ſuis liberam electionem relinquant, an Anno 1721. plenis in comitiis inchoatam gravaminum diſcuſſionem juxta modum in allegato Inſtrumento Pacis, & noviſſimo Imperii receſſu præſcriptam proſequi, vel totum hoc negotium Imperiali Deputationi plena agendi facultate inſtructæ, & ex utriusque Religionis Proceribus compoſitæ ac ſpecialiter ad hoc deſtinatæ relinquere velint, ut hoc vel illo modo præcipue Caſus liciti ab illicitis ſeparentur, & circa dubios transactio fiat, ac demum contra facta illicita ad reſtitutionem *ad nudum factum poſſeſſionis* (uti Proteſtantes

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

petunt) per Commissiones locales sum-
ptibus gravantium tam pro nunc quam
pro futuro procedatur &c.

§. XIV.

Confirmatio Catechumenorum a Papenheimensibus Lutheranis recens invecta.

Duorum jam sæculorum ætatem attigerat nova Lutheri secta, utpote cujus confessio a primis ejus Apostoli fabricata, Augustæ Cæsarea auctoritate Anno 1530. publice in mundo comparere permissa est: cum autem diversi opinantium æstus, & humani ingenii angustiæ haud permitterent, ut intra tam breve tempus omnia excogitari ac præscribi possent, quæ de Romana a qua sese separarunt, Ecclesiæ Sacris aut retinenda, aut immutanda vel penitus eliminanda censerent, hinc accidit, ut hujus sectæ embrio non nisi sensim per gradus cum ætate adolesceret, aliis & aliis subinde Magistris pro re nata & temporis opportunitate aliqua dementibus, alia addentibus. Inter hæc merito recensenda venit Lutheranorum confirmatio, cujus non-nisi obscurum vestigium Misniæ Anno 1539. deprehendebatur; posterioribus vero temporibus vix in tribus aut quatuor

tuor eorum Ecclesiis in usu erat, in aliis vero vel ignorabatur, vel omnino rejiciebatur: Hoc tamen anno Pappenheimensibus Prædicantibus hunc ritum, qui antea ibi nunquam vigebat, invehere bene visum erat, quocirca Fridericum Ferdinandum Comitem urgebant, ut hanc confirmationem tam in Urbe, quam in circumvicinis pagis introduci permitteret. Annuit ipse, & die vigesima tertia Martii certam illius formam præscripsit, statuitque, ut infantes nondum ad Cænam admissi in Palmarum Dominica hoc anno prima vice a suis Parentibus & Patrinis ad Ecclesiam deducerentur; ut vero infantibus odium in Catholicos ferme unacum lacte instillaretur, præceptum est, ut Præco illis exponeret, *abusum Confirmationis in Papatu adeo enormem esse, ut Catholici illam etiam ad Sacramentum eveherent, & hujus ritus excellentiam adjectis pluribus superstitiosis cæremoniis depravarent, quapropter in potissimis Lutheranorum ditionibus abrogata, in aliis vero retenta fuerit.* Absoluto pio hoc sermone præceptum est, ut Præco infantes his verbis alloqueretur: *Vultisne in confessione Evangelicæ fidei perseverare, pactum Baptismale innovare, abrenuntiare Diabolo, ejus operibus, & omnibus ejus actibus? creditisne in Deum Pa-*

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

trem, omnipotentem Creatorem cæli & terræ, in Jesum Christum, & Spiritum Sanctum . . . . respondete ita: Ergo Deus confirmet vos, & conservet semper usque in finem. His peractis Præco singulis infantibus manus imponat addita hac forma: *Consigno vos De trino & uno, Patri, Filio, & Spiritu Sancto, & confirmo vos in gratia Christi in charitate Patris cælestis & communio Spiritus Sancti, cujus participes facti es in Baptismo, & nunc denuo signaculo dei certi estis* &c. Quarto post ann idem ritus in Dania & Norwegia i vehebatur; reclamabant tamen no pauci, caussantes, hoc ritu declara Baptismum ab infantibus susceptu tanquam inefficacem & imperfectu ante hunc ritum fuisse, cunctosqu veluti de novo Baptizari; in hoc qu que ritu multa intervenire scandalos periculosa & dubia, ac Prædecessoribu omnino incognita, non utendum es verbo: *Confirmationis sed confessionis u professionis Baptismi* &c. Ne ergo ha novitate tumultus excitaretur, Chr stianus Willumson & Petrus Hersl bius Pseudo-Episcopi editis script docuere, ex sacris literis quidem no demonstrari, hunc ritum tempore Apo stolorum viguisse, fundari tamen hi verbis D. Pauli: *non rursum jacien fundo*

fundamentum . . . Baptismatum doctrinæ, impositionis manuum &c. Tertullianum quoque & Cyprianum hanc confirmationem ceu veterem ritum commendare, antiquiorem esse illum confirmatione Pontificia, utpote jam in sæculo quarto usitatum, & nunc in tremisse Lutheranæ Ecclesiæ jamjam vigere &c. Attamen hic ritus vel ex S. Literis eruitur vel non? si ita, quis non miretur, illum jam ab initio prætensæ Reformationis semper & ubique adeo præceptum non fuisse, ut etiam hodiedum Ulmæ, Halæ &c. rejiceretur, si autem in S. Literis diserte præceptus non est, sed duntaxat probabile illius vestigium in illis & SS. Patribus invenitur, inferri videtur, Lutheranos vel aliqua invexisse, quæ in S. Literis clare non habentur, vel eos immerito Catholicæ Ecclesiæ ritus exsibilare, eoquod ritus adhibeantur, qui haud obscure S. Paginæ, SS. Patribus, & antiquissimo Ecclesiæ usui & traditioni clare innituntur, v. g. aqua lustralis, abrenuntiatio Sathanæ in Baptismo, inunctio &c. Hac ratione devictus videtur Melanchton, qui teste Joanne Bilzingo *in suo monumento de consilio Dei*, Missam, & veteres Baptismi cæremonias, v. g. sal benedictum &c. abstinentiam a carnibus, ritus in lin-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

gua latina & confirmationem denuo invehere moliebatur, quia in Saxonia semper in usu fuissent, & in S. Literis fundamentum haberent.

Porro, ne hujus ritus a Catholica Ecclesia mutuati suspicio vel levis esset, ad confirmandos suorum animos necesse erat, ut Prædicantes editis libellis iterato inculcarent, novam hanc confirmationem plurimum differre ab illa, quæ apud Catholicos semper viguit, hosque a praxi Ecclesiæ Apostolicæ in suo confirmationis ritu plurimum aberrare. Glorioſum hunc laborem in se suscepere præsertim Chemnitius, Heilbrunnerus, Zaämannus, Kilianus, aliique recentis Ecclesiæ Patres. Forte hi longe melius fecissent, si saltem fuissent, quod ipsi Lutherani hunc ritum a Catholicis didicerint, quos S. Ambrosius jam in Sæculo IV. his verbis hortabatur, *Repete, quid interrogatus sis, recognosce, quid responderis. Renuntiasti diabolo & operibus ejus, mundo & luxuriæ ejus, ac voluptatibus: memor esto sermonis tui, & nunquam tibi excidat tuæ series cautionis.*

§. XV.

Funesta Francisci Bellisomi Marchionis fata.

Erat

Erat triſte luxuriantis ingenii ſpectaculum, & ludibrium variantis fortunæ Franciſcus Marchio Belliſomus Patritius Papienſis. Hic anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo tertio natus, Romæ & Papiæ, adeo eximios in Jurisprudentiæ ſtudio progreſſus fecerat, ut juvenis admodum in eadem Academia in Doctorum Juris Ordinem reponeretur: Paulopoſt ſacræ militiæ nomen dedit, ac tanta morum probitate, & eruditionis amplitudine enituit, ut Innocentius XI. P. illum Abbatem S. Mariæ ad Perticas diceret, & Innocentius XII. illum Romanorum Præſulum cætui adſcriptum, utriusque Signaturæ Referendarium renuntiaret, quo in munere innata affabilitate, necnon laboris aſſiduitate ſeſe tantopere commendabat, ut ab omnibus maximi haberetur, cunctique ſuave ipſius commercium ambirent: Attamen propter has ipſas blandientis fortunæ illecebras (humanæ felicitatis vitio, quæ ſemper ex proſperis luxuriat) nimia ſui opinione inſolentius inflari cæpit, atque intellectus ſui in obſequium captivandi impatiens, ipſas Religionis res effræni libertate dijudicare præſumpſit; pervicax enim ſuperbia, (felicitatis pediſſequa) neque veritatem ipſam amplecti, neque ut ab aliis reci-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

piatur, pati solet. Iniquissimo insuper fato accidit, ut Bellisomus cum Protestantibus occasione Jubilæi tunc Romam magno numero confluentibus arctiorem foveret amicitiam; ex horum enim frequenti colloquio sensim perversæ doctrinæ venenum incautus hausit, hausumque imprudenter evomuit; quapropter de erroneis opinionibus manifesto convictus, anno hujus sæculi primo ad Inquisitionis Romanæ Tribunal evocatur, ac ipsius causa mature discussa, Præsulis dignitate exuitur, & demum ad decennalem custodiam damnatur: Inde vero fuga elapsus, Viennam contendit, ubi tamen ad vomitum reversus, denuo in carceres conjicitur; evoluto autem Semestri liber dimissus, in Hollandiam, Angliam & Berolinum proficiscitur, nec inde reversus, donec Clemens XI. de vera ejus pœnitentia persuasus, illum ad amicorum preces ab omni noxa absolveret: obtenta hac gratia Bellisomus Papiam & Mediolanum concessit, ibidemque aliquamdiu quietus substitit; brevi tamen patuit, quod non tam periculosum sit malum rerum plurimarum ignorantia, quam male comparata multarum rerum notitia; quippe Bellisomus sibi soli sapere visus, quæ suo intellectu assequi non poterat, male-

suada

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

ſuada criſi vilipendit, irriſit, damnavit; quocirca tanquam de fide ſuſpectus apud Epiſcopum denuntiatus eſt; ultricem ergo S. Inquiſitionis ſeveritatem veritus, anno Salutis noſtræ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſecundo Viennam aufugit, ubi denuo mordaci, ac veneno hæreſis infecto calamo fidelium offenſionem & ipſius adeo ſummi Pontificis indignationem acrius in ſe concitabat; inter alia enim anno ſequenti Viennenſibus literis excudi curabat tractatum *de Cæſarum auctoritate in externo rerum Eccleſiaſticarum Regimine:* Sequenti autem anno edidit libellum, cui titulus: *Nullitas judicii nunc ab Inquiſitoribus uſitati, & corruptelas Inquiſitionis tollendi neceſſitas*: Hæc ubi inaudiit Pontifex, Belliſomi cauſſam S. Congregationi dijudicandam commiſit, nominatis ad hoc Cardinalium nonnullis, & quibusdam Theologis, quorum judicio decretum, ut Belliſomus Papiam reverteretur, ibidemque carceris loco remaneret, donec aliter a Sacra Sede ſtatueretur: Verum Hic pejora haud immerito pertimeſcens, hanc ſententium eludere, totis viribus adlaborabat, ac præprimis *facti ſpeciem*, ſeu verius libellum ſupplicem Carolo VI. Imperatori porrexit, cujus ſumma hæc erat:

Augu-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Auguſtiſſime Imperator!

Ad thronum tuum, optime & ſapien-
„tiſſime Imperator, humiliter pro-
„ſtratus accedit ſubditus tuus Belliſo-
„mus, & ſupplex implorat gratioſiſſi-
„mum tuum mandatum quo jubeas exa-
„minare ſententiam latam a Romanis
„judicibus contra eundem, qua decer-
„nitur, Belliſomum profecturum Pa-
„piam & ibidem remanſurum loco
„carceris, & quidem Te Domino po-
„tentiſſimo inſcio, & inconſulto.„

„Nota ſunt Majeſtati Veſtræ Im-
„peratorum exempla, qui querelas
„ſubditorum Clericorum mandarunt
„expendi, licet ipſi fuerint a Romanis
„judicibus in Conciliis preſſi.„

„Papæ ipſi confeſſi ſunt, ad Impe-
„ratorem pertinere examen injuria-
„rum, quas Romani paſſi fuerant a
„Miniſtris Pontificum. Leo IV. cap. 41.
„Can. 2. quæſt. 7. fatetur, ſe Imperiali
„judicio permittere, ſi quid contra
„ſubditos injuſte commiſit„

„Neque ſolum cauſſæ Laicorum
„judicatæ ſunt a Miniſtris Imperato-
„rum, ſed etiam Clericorum cauſſæ
„ſæpiſſime fuerunt expenſæ, ne vide-
„licet a Clericis potentioribus indigne
„vexarentur.„

„Pe-

„Petrus de Marca celeberrimus „Archiepiſcopus Pariſienſis, Lib. IV. „cap. 20. concordiæ ſacerdotii & Im- „perii quærit, an juſta ſit appellatio „propter abuſum a ſententiis etiam „Papæ? & oſtendit, non appellari a re- „ſcriptis Papæ, ſed ab eorum execu- „tione, atque cap. 20. §. 3. hæc ha- bet: *Duplex eſt cauſſa impediendi reſcripta Romani Pontificis: prima eſt, ſi periculum ſcandali, & offenſionis publicæ emergeret ob apertiſſimam canonum violationem: Altera, ſi contra omnem judiciorum ordinem per dolum, circumventionem & machinationem judicio eccleſiaſtico Epiſcopi, vel Clerici opprimerentur.* (V) *Suarez Lib. IV. contra Regem Angliæ. Simanca, de Catholicis inſtitutionibus cap.* 45. §. 35. *Convaruvias practicarum quæſtionum cap.* 39. *Cajetanus, Gerſon, Victoria & alii.* Sæc. XVIII. A.C. 1732.

Si eamdem viam inſiſtant hodie Principes, hoc nullam eis poteſt invidiam creare &c. quia ſuperiorum Principum exemplo, ſapientiſſimorum quoque hujus ævi theologorum ſententia nituntur. Qui licet amoveant omnem a Principibus in res mere eccleſiaſticas jurisdictionem, tamen neceſſitate cogente, jure defenſionis licere Principibus ajunt injuſtorum mandatorum executionem impedire.

„Plura

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ Plura poſſent ex eodem Petro de „Marca exempla produci, quæ brevitatis „cauſſa omittuntur. Si quæ eſt cauſſa „mere eccleſiaſtica, ea eſt excommu„nicatio, ex cujus abuſu plurima e„merſerunt ſcandala. Hunc tamen „abuſum coercere non dubitarunt ſum„mi Principes. Sic & in Hungaria „decretis Anno 1651. vetantur Eccle„ſiaſtici *contra nobiles Regni, ſententiam* „*excommunicationis promulgare abſque* „*ſcitu & notitia Regiæ Majeſtatis.* Et „in veteri Anglorum lege eſt; *ne quis* „*Dominicorum Miniſtrorum excommuni*„*cetur, niſi prius Rex conveniatur.*

„Quod etiam Principes Holandiæ „imitatos video. Idem etiam *edictum* „Caroli V. Cæſaris continetur, quod „Anno 1540. promulgatum eſt. „

„Contra vero, Clavium uſum divino „juri congruum, & pœnarum injun„ctionem canonibus & legibus conſen„taneam ſummæ Poteſtates ſolent ap„probare: Atque hoc eſt imperiale „*Anathema*, quod non una Juſtiniani „lege comprehenſum eſt. *Quum recte* *l. cum Salvatorem l. cognoſcere Cod. de ſum. Trinit. Nov.* 42. *Vid. & Concil. Tol.* 3. Nihil ergo novi faciunt Chri„ſtianæ Poteſtates, quæ ad excom„municationem, quippe cum publica „nominis tractatione conjunctam, no„lunt

„lunt veniri, nisi probatis sibi caussis; Sæc.XVIII.
„& quæ censuras manifeste iniquas A.C. 1732.
„imperio suo inhibent. Ipsarum enim
„est muneris & injuriam a singulis &
„ab Ecclesia tyrannidem arcere.„

Cum autem religiosissimus Imperator de noxia Bellisomi doctrina atque intemperanti ejus calamo probe instructus esset, patrocinium suum eidem impendere recusavit, voluitque, ut hic promeritæ suæ pœnæ sese subjiceret, & præfixo tempore Vienna discederet. Bellisomus huic mandato obluctari, haud consultum ratus, se mox Papiam abiturum simulabat: priusquam vero sese itineri accingeret, infamem librum *de ortu & progressu Papatus* tumultuario labore consarcinavit, & cum inauspicato hoc fœtu Lipsiam contendit, ibidem infaustum hunc partum publici juris facturus. Attamen perverso ejus consilio tempestive patefacto, Jesuitarum Dresdæ agentium Zelo factum est, ut die secunda Aprilis anno hujus sæculi vigesimo sexto eidem omnia ejus Manuscripta eriperentur, quæ postea ad Varsavienſem Nuntium Apostolicum fuere transmissa. His mature discussis deprehensum est, multas in illis contineri propositiones palam hæreticas, & alias hæresi affines. Hinc Nuntius tantum apud

Au-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Auguſtum Poloniæ Regem effecit, ut Belliſomus ad Lipſienſem arcem Menſe Auguſto captivus abduceretur; Datum erat negotium Patri Phoctio Jeſuitæ, ut infelicem Marchionem ad ſaniora reduceret, eumque ad ejurandos errores ſuos, facta ſpe veniæ, impellere adlaboraret: Haud cunctanter monitis ceſſit captivus, ac tertio poſt Menſe ejusdem anni in Sacello Lipſienſi retractatis propoſitionibus erroneis publice fidei profeſſionem emiſit, propterea die vigeſima quarta Novembris anni ſequentis a Poloniæ Rege libertati redditus: Ejus vero palinodiam nonniſi ſimulatam fuiſſe, patuit; mox enim ad pejora prolapſus, palam pernicioſos errores in populos diffudit quocirca petente Pontificis Nuntio Varſaviam abductus fuit, ubi integro triennio in carcere hæſit, tandem vero impetrata errati venia in libertatem aſſertus eſt, ea tamen lege, ut protinus Papiam contenderet, ibidem, quæ decernenda eſſent, expectaturus; ipſe vero ſibi male conſcius anno hujus ſæculi vigeſimo octavo recta Jenam petiit. Referunt Scriptorum nonnulli, ipſum ibi Lutheri dogmata palam fuiſſe profeſſum, Mazzuchellius tamen, qui hujus miſeri vitam & fata deſcripſit, de ejus apoſtaſia, & inquiſitionis ſententia

tentia nil omnino memorat. Utut autem sit, id certissimum est, quod Marchio ad abstergendam infamiæ maculam plures ediderit apologias, & quidem anno hujus sæculi trigesimo libellum vulgarit, in quo Inquisitorum sententiam adversus ipsum pronuntiatam fuisse nullam, demonstrare moliebatur. Juvat illius summam adducere, ut inde pateat, quam infirma sit illorum excusatio, quos culpæ evidentia condemnat: Sic ergo orditur: Sæc. XVIII. A. C. 1732.

I. „Judices Romani nullum servaverunt ordinem in causſa Bellisomi „detenti in carcere Lipsiensi, a die „2. Aprilis 1726. usque ad diem 24. „Novembris 1727. Toto tempore suæ „captivitatis ipse neminem potuit al„loqui, ad neminem scribere, solum „permissum fuit Patri Phoct Jesuitæ „accedere ad captivum, cujus manu„scripta omnia atque libri cuncti sur„repti fuerunt & ad Nuntium Varso„viensem transmissi, ut spolio libro„rum ablatorum suam amplificaret „Bibliothecam; hoc spolium commis„sum fuit a milite transmisso ex Var„sovia, atque eodem momento ipse „Bellisomus captivus ductus est in Ca„strum Lipsiense, suaque manuscripta „& libri sublati.„

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

II. „Post duos Menses prædictus „P. Phoct accedebat ad captivum, qui „nomine Nuntii Varsovienſis hoc cri„men referebat, quod nimirum pluries „ex carcere ipſi aſſignato aufugiſſet „Belliſomus.„

III. „Idem P. Phoct nomine ejus„dem Nuntii Varſovienſis propoſuit „circa finem Auguſti Anno 1726. quod „Belliſomus reus eſſet judicatus a tri„bunali Inquiſitionis propter decem & „ſeptem propoſitiones aſſertas & tam „quam hæreticas recognitas, & eidem „ſignificabatur, optimum fore, ſi „veniæ ipſi oblata, modo ut propoſi„tiones illas abſolute retractaret, at„que deinde profeſſionem fidei Catho„licæ emitteret in ſacello Lipſienſi „præſente populo. Utrumque mandatum adimpletum fuit ab eodem ca„ptivo. Notandum autem, quod ſpes „libertatis fuit inanis; manſit enim „Belliſomus captivus a menſe Auguſto „1726. usque ad 24. Diem Novembris „1727. neque captivus unquam liberatus fuiſſet a Romanis Inquiſitori„bus, niſi Potentiſſimus & Clemen„tiſſimus Rex Poloniæ ſignificaſſet Nun„tio Varſovienſi, quod Belliſomus e„carcere & Caſtro Lipſienſi eſſet di„mittendus.„

„Quæ-

„Quæritur nunc, utrum talis pro- Sæc. XVIII.
„cedendi modus sit conformis juri Ca- A. C. 1732.
„nonico, atque legibus Imperatorum
„nec ne?

IV. „Contra absentem a judicibus, „qui causam instruere volunt, nullus „libellus præsentandus est, quoniam „*reo absente libellus accusationis frustra* „*offertur* C. 33. quæst. 9. cap. 18. 19. 21. „Item Caus. III. quæst. 8. *legitur de ab-* „*sentibus non judicandis.* Innocentius III. „cap. un 10. ut Ecclesiastica beneficia „sine diminutione conferantur, hæc „verba habet: *Proponebas, quod cum nullus debeat sine accusatione damnari, nec aliquid circa negotium illud sit factum in forma judicii, ideo is, qui convenitur etiam si nihil præstiterit, debeat absolvi.* „Præterea captivus non fuit vocatus „in jus, quia aberat, cum tamen ci- „tatio sit omnium judiciorum funda- „mentum, utpote sine qua omnia, „quæ in negotio aut loco adver- „sus absentes aguntur, viribus careant. „Nam neque civilis neque naturalis „ratio quemquam indefensum judicari „permittit, Glossa pen. C. X. Eccles. „S. Mariæ 10. de Constitutionibus, „Tit. 2. Lib. 1. unde nullo modo tolli „possunt nullitates. Item Clementina „*pastoralis* de sententia & re judicata „docet in rubrica, quod sententia lata

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„contra citatum extra citantis territo„rium exiſtentem, nulla eſt ipſo jure. „Hiſce canonibus addi poſſunt alii ad„ducti. C. III. quæſt. 9. cap. 2. C. XIII. „cap. 4. C. V. quæſt. 2. cap. 3. ex Da„maſo Ep. 6. ad Epiſcopos Italiæ. Im„peratores etiam edixerunt: *Abſentem „in criminibus damnari non oportere;* & „poſtea: *ſatius enim eſſe impunitum relin„qui facinus nocentis, quam damnare in„nocentem. Digeſt.* Lib. XI. tit. 19. de „pœnis. Huic legi relatæ ab Vlpia„no lib. 8. de officio Proconſulis addi „debet decretum Severi & Antonini „Magni, *nequis abſens puniatur, & hoc „jure utimur, ne abſentes damnentur, nequa„enim inaudita cauſſa quemquam damnari „æquitatis ratio patitur*, ibidemque tit. „17. de requirendis vel abſentibus dam„nandis; item de requirend. abſentibus „& non damnandis: Vide Codicem „Lib. 19. tit. 11. de quæſtionibus.„

V. Evictum eſt itaque, proceſſum „fuiſſe nullum, detentionem injuſtam, „ſententiam latam ad retinendum Bel„liſomum captivum juribus non eſſe „conformem. Si admittamus Decreta „Romanorum Pontificum, hoc eſt Cle„mentis III. Anno 1090. & Innoc. III. „Anno 1212. Lib. 2. de ſententia & re„judicata, cujus ſunt verba Cap. 10. „*ſententia contra abſentem non contumacem*

„*lata*

„*lata non valet*; dicendum erit, sen- Sæc. XVIII.
„tentiam ipsam, cum sit contra juris A.C. 1732.
„ordinem lata, retractandam venire
„& non nisi tanquam subreptitiam ad-
„mittendam. Ipsimet Romani Pon-
„tifices tota C. XXXV. quæst. 9. c. 3.
„tradunt idipsum. Item Hilarius Papa
„Anno 465. decernit, corrigendum esse,
„quod illicite admittitur, aut a præ-
„decessoribus admissum invenitur:
„Item cap. 4. fatetur Gregorius Anno
„867. secundum suæ conditionis te-
„norem Apostolicam posse mutari sen-
„tentiam. In eundem sensum loqui-
„tur Nicolaus Papa cap. 17. sententiam
„Romanæ Sedis in melius commutari
„licere. Bernardus in Ep. 180. hoc
„encomium tribuit Apostolicæ Sedi
„his verbis: hoc solet habere præci-
„puum Apostolica Sedes, ut non pi-
„geat revocare, quod a se forte de-
„prehenderit fraude elicitum non ve-
„ritate promeritum. Credi nec debet
„nec potest, justissimum Pontificem
„Benedictum XIII. voluisse violare Ca-
„nones, quorum sese vindicem esse,
„ostendit exemplo prædecessorum Ge-
„lasii, Hilarii, Zosimi, Damasi, Gre-
„gorii, Leonis IV. quorum quidem De-
„creta referuntur C. 25. qu. 1. cap. 1.
„4. 7. 9. 12. Alia etiam ratio &
„quidem gravissima, propter quam

 „sub-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ subreptum esse summo Pontifici evi„ dentissime apparet: Bellisomus et„ enim per multos annos in carcere „ Romano detentus fuit, & quidem „ propter easdem propositiones hæreti„ cas licet retractatas Romæ An. 1716. „ absolutus fuit; quid autem magis „ iniquum, quam hominem retineri „ captivum propter idem crimen, cum „ alias satisfecerit? repugnat enim re„ iteratio pœnæ canonicæ auctoritate „ & legibus, siquidem tunc pœna tan„ tum est repetenda, quoties crimen „ renascitur, tit. 41. de pœnis, cap. 1. „ item 51. aliter de crimine satisfactum „ ibidem cap. 3.

VI. „ Multo major est iniquitas in „ renovato Decreto arresti contra eun„ dem Bellisomum Papiæ remansurum „ loco carceris: siquidem constat In„ quisitoribus, a quocumque seu cri„ mine seu pœna eum fuisse ex mandato „ Clementis XI. absolutum, uti patet „ ex literis Cardinalis Bentivoglii:„ Harum tenor est.

Præsentibus hisce notum facimus, quod ex facultate Nobis a Sanctissimo D. N. Clemente Papa XI. præcipue per literas die vigesima quinta Julii Anno 1716. *ad Nos datas facta Franciscum Bellisomum hodie vigesima quinta Octobris ejusdem anni tam in foro interno quam externo solemni-*

ter

ter absolvimus. In quorum fidem præsentes propria nostra manu & sigillo firmavimus. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Bentivoglius Archiepiscopus
Chartaginensis Nuntius
Apostolicus in Francia.

VII. „Dubitari autem non potest, „Benedictum XIII. imitari, & exequi „Gregorii Magni Decreta, C. 25. qu. 1. „cap. 15. hæc enim docent his verbis: „Justitia ac rationis ordo suadet, „ut qui sua a successoribus desiderat „mandata servari, prædecessoris sui „proculdubio voluntatem & statuta „custodiat. Itaque si jure petitur ob„servatio decreti Clementis XI. absol„ventis Bellisomum in utroque foro, „mirandum est, quomodo pro eadem „caussa propositionum retractatarum ite„rum debeat Papiam proficisci Belli„somus, ibique remansurus loco car„ceris.„

VIII. „Est etiam alia caussa gravis„sima, qua jure absolvitur Bellisomus, „ne se constituat Papiæ loco carceris; „locus enim, ad quem ipse vocatur, „ut ibidem maneat, non est ipsi tutus, „& propterea non tenetur illuc se con„ferre juxta Clementinam *Pastoralis* „cap. 2. qua decernitur sententiam la„tam contra citatum, ut sese præsen-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„tet loco non tuto, nullam esse, lo-
„cus autem tuto adiri non potest:
„causas autem adducit Bellisomus,
„propter quas Papia non potest esse
„tutus locus, quoniam cum agatur de
„causa pertinente ad Inquisitionem &
„ibidem resideant Inquisitores, qui
„sese declarant adversarios ipsius pro-
„pter libellum editum de abusibus In-
„quisitionis Italicæ atque eidem Belli-
„somo attributum, non potest ipsorum
„judicio sese submittere, siquidem qui
„inimici sunt aut suspecti, non pos-
„sunt esse judices, atque adeo jure
„possunt recusari, C. 3. qu. 5. cap. 15
„item cap. *quod suspecti*. Cap. *suspensio-*
„*nis* de officio delegatorum. Multo
„magis etiam iidem Inquisitores tan-
„quam suspecti de inimicitia recusandi
„sunt propter alium libellum ipsi im-
„putatum, quo exponitur Imperato-
„rum potestas circa disciplinam Eccle-
„siæ. Itaque Papia, quæ ipsi loco
„carceris est assignata, nullo modo est
„locus tutus. Alia etiam est causa
„urgentissima, quare non potest Bel-
„lisomus se constituere captivum Pa-
„piæ ad arbitrium suæ Sanctitatis,
„quia cum eadem Sanctitas Literis
„sub die 5. Julii 2727. hæc dicat:

Sanctissimus Dominus Noster ex consi-
lio S. Congregationis S. Officii, volens ad-
implere

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

implere Regiæ Majeſtatis ſuæ Poloniæ Regis deſiderium, conceſſit, ut Abbas Franciſcus Belliſomus ex arce Lipſienſi ad Papienſem Civitatem pergeret, ita tamen, ut breviore itinere, quin ſe (excepto neceſſitatis caſu) aliorſum detineat, eo contendere, ibidemque loco carceris remanere teneatur, Marchio autem Belliſomus ejus Nepos ea omnia plene obſervare cogatur, ſub pœna duorum ſcutorum millium monetæ Romanæ incurrenda, ſi vel in minimo deficiſſe deprehenſus fuerit; mulcta autem ad ſummi Pontificis arbitrium ad cauſſas pias applicanda ſit. Id Nuntius Apoſtolicus poterit Regiæ ſuæ Majeſtati inſinuare, executio tamen hujus ſententiæ differatur, donec ſufficiens cautio de ſecuritate a præfato Marchione præſtanda habeatur, quem in finem ad eundem Marchionem eadem occaſione perſcribendum eſt, ut de ejus voluntate certo conſtet.

IX. „Originalis hæc Epiſtola ex„tat in manibus Belliſomi transmiſſa „ad ipſum a Domino Acoramboni ex „Dresda ſecretario ſuæ Majeſtatis Po„lonicæ.„

„Alia nunc eſt Epiſtola exhibenda, „cujus exemplar originale extat quo„que in manibus Belliſomi, hæc au„tem Epiſtola transmiſſa eſt ad Belli„ſomum a Domino Santini demortuo „Archiepiſcopo & Nuntio ex Varſovia

Sæc. XVIII. A. C. 1732. „ 5. Novembr. Anno 1727. hæc autem „ ſunt verba epiſtolæ ſequentia. „

Singulari lætitia Dominationi veſtra ſignificare poſſum, inter alias literas, quas modo Roma recepi, mihi ab Eminentiſſimo Lercario demandatum eſſe, ut Eidem intimarem, Sanctitatem ſuam conſenſiſſe, ut ab huiate arce Dominatio veſtra liberaretur: Concedit inſuper, ut Papiam ad patriam ſuam ſeſe conferre queat, ita tamen, ut breviorem viam ſuſcipiat, & nullibi, niſi urgente neceſſitate, ſeſe detineat. In præfata Urbe de mente Sanctitatis ſuæ certior fiet, nec dubito, quin ſua Dominatio ſeſe ejus voluntati plene conformatura ſit.

X. „ Quis non recognoſcit in hac „ poſtrema epiſtola gravamina nova „ Belliſomo inferenda & quidem gra„ viſſima? Hæc certe gravamina ea „ referuntur, ut Belliſomus palam li„ bellos de abuſibus Inquiſitionis Ita„ licæ & de auctoritate Imperatorum „ circa diſciplinam Eccleſiæ revocet „ & deteſtetur, tanquam continentes „ errores maximos contra fidem & Ma„ jeſtatem ſummi Pontificis. Hinc „ ergo deducitur, quod novus erat in„ ſtruendus proceſſus contra Belliſo„ mum tanquam fugitivum & relapſum „ in hæreſin, atque ad minus perpetuo „ & arcto carcere puniendum; cum „ au-

„ autem decretum novum sit gravius Sæc. XVIII.
„ arresto ipso Lipsiensi & Papiensi & A. C. 1732.
„ relaxatio a carcere Lipsiensi per prio-
„ res litteras sub die 5. Julii 1727. sit
„ concessa a Papa absque conditione
„ novorum præceptorum, non potuit
„ neque debuit absque nova stipula-
„ tione Bellisomus talibus jussionibus
„ subjici, cum potuisset præferre car-
„ cerem Lipsiensem & illum præponere
„ arresto Papiensi propter nova hæc
„ præcepta maxime gravia Bellisomo.
„ Propter hanc ergo variationem de-
„ cretorum etiam fideijussor Abbatis
„ Bellisomi Marchio Cajetanus Hanni-
„ bal Bellisomus, ejus ex fratre Nepos
„ est absolvendus ab onere fidei jussionis
„ in scut. summa 2000. monetæ Roma-
„ næ Pontifici solvendæ, cum tamen fi-
„ deijussor non fuerit stipulatus cum
„ eodem Romano Pontifice, nisi ut
„ Abbas Bellisomus veniret Papiam &
„ ibi maneret loco carceris; & certe
„ non consensisset in prædictam fidei
„ jussionem, si nova hæc gravamina
„ contra patruum fuissent prædicto ex
„ fratre Nepoti propositа.„

„ Postremo efficacissima ratio, ob
„ quam Bellisomus tanquam contumax
„ non potest puniri, neque summa con-
„ venta ab ipsius Nepote fidei jussore
„ exigi, ea est, quod in jus vocatus,

„ &

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ & non comparens multis ex cauſſi
„ abſolvitur ab Innocentio III. X. tit.
„ ut lite non conteſtata. Decidit enim
„ Papa his verbis: *Qui ſine culpa*
„ *abſens, ut ſi ægritudine, aut alio juſ*
impedimento forſitan teneatur, aut etiam
propria ſed non malitioſa voluntate in
motis partibus moram faciat, ut de ſ
cili vel in brevi citari non poſſit, ei qu
dem præjudicari non debet, cum habe
forſan exceptiones legitimas ad intentionem
contrariam elidendam. Hac eadem r
tione excuſandus eſt fidejuſſor a ſ
„ lutione fidei juſſionis. „

Lex, quæ probari non vult, meri
ſuſpecta eſt, & ſi non diſcuſſa & proba
dominetur, improba eſt, ita Tertullian
„ in *Apologetico:* manet ergo Petri p
„ vilegium ubicumque ex ipſius ferv
„ æquitate, judicium, Cauſſa XXI
„ qu. 1. cap. 5.

§. XVI.

Acerbiora Fœderatorum Ordinum edicta contra Clerum & Catholicos.

Vide ſupra tom. 73. p. 415. & hoc tomo pag. 23. Æne. Sylv.

Enimvero Clerus & Catholici in Bel
gio graviſſime in conſcientiæ liber
tate & Religionis ſuæ exercitio læde
bantur edicto illo, quod Fœderati Or
dines anno priori promulgabant: Ni
hilo

hilominus Principes Catholici has vexationes Christiana patientia tolerabant, & Catholicus Clerus sibi persuasum habebat, *tolerandum esse, si quid Princeps etiam inique præcipit, & expectandam esse vel Successoris emendationem, vel supremi Judicis, qui violentias & injurias non sinit esse diuturnas, vindicationem.* Inde vero Fœderati Ordines animosiores effecti, hoc anno varios suæ sectæ addictos Deputatos in diversas Provincias ablegarunt, qui in Catholicos severius inquirerent. Hi ergo de pluribus prætensis eorum excessibus, & licentiis, nescio quæ referebant, in quorum fidem, etsi relata nec testibus adversæ (*) partis, nec præsentibus nec auditis accusatis, minus vero jurata fide comprobatis fulcirentur, denuo acerba, & prioribus longe magis rei Catholicæ pernicioſa statuta condiderunt: Præprimis igitur decretum illud anno priori die decima nona Julii

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

(*) Observandum, quod hæ ipsæ fuerint rationes, ob quas Legati Protestantes Ratisbonæ juratas illas depositiones Salisburgensium crimina attestantium pro illegitimis, nullisque habuere: Fors hæ rationes duntaxat contra Catholicos Sacerdotes, non autem contra rusticos Lutheranos valent.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Julii editum declarantes, ſtatuerunt I. Ea, quæ circa facultatis literas nu per fuiſſent decreta, duntaxat pro fu turo eſſe intelligenda, & duntaxat ex tendenda ad Sacerdotes, qui nuper abhinc decreto advenerunt, vel poſte adventuri eſſent: illos vero, qui ant hoc decretum vi ejusmodi literarum admiſſi fuiſſent, omnino teneri, jur mentum fidei ac obedientiæ præſtan & juramenti formulæ ſua nomina co ram Senatu Acatholico inſcribere, i tamen, ut hi Sacerdotes duntaxat t lerandi eſſent, donec aliter decer retur. II. Hucusque Sacerdotes, q ad Miſſiones Bercizomæ, Bergæ, Bredæ obeundas ab Antverpienſi, Gr davenſi, & Ruremundano Epiſcop quidem nominati fuiſſent, etiamnu ab iisdem Epiſcopis haſce Miſſione reſervata Ordinibus deſuper delibe tione, *proviſorio modo* eſſe procuranda a nullo tamen alio, etſi foret Pontif cis Nuntius, aut alius a Papa deleg tus. III. Quoniam jam a tempore me moriam hominum excedente Canoni Abbatiæ Paſtellenſis, Everbodana S. Bernardi, Fonbergenſis, & Bern næ ſuos Miſſionarios ad diverſa loc emiſerunt, ideo hos & non alios alie nigenas vel his Abbatiis non adſcr ptos, *connivendo* eſſe admittendos, qui

num

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

nunc decideretur, an hi Canonici inter initiatos Sacerdotes essent computandi, necne, ac insuper ejusmodi Missionarios duntaxat ad illa loca esse decernendos, quorum possessionem etiamnum tenerent, & id quidem ea lege, ut circa requisita decreto Ordinum plene satisfacerent, & præscripto modo suas Missiones exhiberent. IV. Omnes, qui apud Parochos tanquam Capellani admitti petierunt, vel adhuc petituri forent, rejiciendos esse, ac unice permittendum, ut Parocho infirmitate presso, alius ex viciniori loco Ordinibus subjecto supplere posset, cumque relatum esset, quamplurimos Parochos & Capellanos in Ordinum Status irrepsisse, hinc V. in nulla Ecclesia plures, quam unicum Sacerdotem esse tolerandum & ubi plures Capellani forent, unicum duntaxat esse admittendum: demum VI. decem illas Romano-Catholicas Ecclesias Sylvaduci existentes, demortuis Parochis ad quinque (*) restringendas esse, initium vero faciendum ab Ecclesia in platea crucis, cujus Parochus esset demortuus, proin hanc Eccle-

(*) Quid si etiam Catholici apud Principes suos de hoc Religionis gravamine altum inclamassent, sicut Protestantes in Hungaria & Servia, aut Dissidentes in Polonia?

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Eccleſiam a Præfecto eſſe claudendam. Bredæ vero, cum ibi præter Aſceterium Monialium ejusque Sacellum, adhuc aliæ tres Eccleſiæ exiſterent, demortuis Parochis ad duas eſſe reducendas, & Aſceterium demortuis Monialibus ſupprimendum eſſe, illis autem, quæ adhuc in Monaſterio hoc degerent, remanere permiſſum, quin tamen aliæ ſubrogarentur: Bredanum vero Prætorem teneri, omnium harum Virginum nomina, ætatem, patriam & tempus, quo Monaſterium ingreſſæ ſunt, annuatim denotare, hancque notam a tribus ſenioribus Monialibus ſubſcriptam Deputatis conſignare, & ſi fors dolus interveniret, illico omnes Moniales eſſe expellendas & Monaſterium plus offerenti vendendum: Moniales quoque in Conventu S. Mariæ ad ſepulcrum ad dies vitæ tolerandas, poſtea Aſceterium ſupprimendum eſſe: Rerum Civilium Adminiſtris, qui ſua officia titulo onerofo obtinuiſſent, & a Catholicis Eccleſiis vel Communitatibus ſalaria accepiſſent, ea deinceps retinere permiſſum, ſi ea jure petere poſſunt: illos vero, qui alio titulo ea obtinuiſſent, ſalariis ſuis eſſe privandos.

Quamvis vix ulla Proteſtantium Communitas unquam tam enormia Reli-

Religionis gravamina sit perpessa, his tamen Ordines Fœderati haud contenti rursus die decima sexta, alia adhuc acerbiora statuta contra Clerum Catholicum promulgarunt & quidem. I. Cum Catholici Sylvaducenses humillime supplicassent, ut eis Ecclesia in platea Crucis redderetur, eaque rursus aperiretur, simulque Vicario Ostnockio injungi peterent, ut præter Parochum Beckium adhuc Simonem Weydoffium, vel alium Sacerdotem sæcularem Sylvaducensem huic Ecclesiæ præficeret, Ordines huic petitioni deferre recusarunt, eoquod præter præfatam Ecclesiam adhuc tres aliæ, in quibus Sacerdotes sæculares deservirent, adhuc supereſſent, proin nec Clero nec Catholicis Sylvaducensibus querendi ratio foret, dein præcipue observabant, quod Jesuitis Anno 1720. expulsis præfatæ hæ tres Ecclesiæ, quæ antea Jesuitis erant, a tribus Sacerdotibus sæcularibus scilicet De Jong, Donckertsio, & Bona fuerint occupatæ, & unicuique suus Capellanus assignatus, & tamen nunc Sylvaducenses Cives & Catholici in suo libello supplici exponerent, omnes Catholicas Ecclesias in Urbe Sylvaducensi a Regularibus, Jesuitis & Monachis fuisse administratas, ex hoc autem inferebant

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Calviniſtæ, quod ſi id verum fuiſſet, ſequeretur, Jeſuitas poſt ejectionem eorum tria hæc templa ſibi reſervaſſe, & hauſto inde peculio illarum curam quibusdam mercenariis Capellanis ſæcularibus in fraudem edicti demandaſſe, retento adhuc Eccleſiarum dominio, & ſuprema directione. Ea de cauſſa Fœderati Ordines Sylvaducenſ Prætori injunxere, ut hos Capellanos urgeret, quatenus interminata etiam exilii pœna faterentur, an ipſi revera *Principales* harum Eccleſiarum Parochi ac Directores, vel duntaxat Jeſuitarum Vicarii & Deputati eſſent, & a Emolumenta & Eccleſiarum proventus vel ipſi vel Jeſuitæ percepiſſent &c. Ab hæc quæſita die vigeſima nona Januarii hoc anno Prætor retulit, unam e his tribus Eccleſiis etiamnum directio cujusdam Jeſuitæ nomine *Donquers* ſub eſſe, eumque dato leviſſimo ſalario Capellanos conſtituere, huncque Jeſuitam cum ceteris exulare die ſeptima Maij quidem juſſum fuiſſe, infirmitate tamen prætenſa ſupplicaſſe, ut in Urbe remanere poſſet tanquam privatus civis, pollicitus etiam eſſe quod nec publice nec privatim Sacerdotis ac Parochi munere functurus eſſet ſed recuperata valetudine Ordinum mandato obtemperaturus; Nihilomi-

nus

nus hunc Jesuitam infirmos visitasse, confessiones excepisse &c. Insuper Calvinianus hic Prætor retulit, Joannem Campium præfatæ Ecclesiæ Capellanum ex hac Urbe ad exiguum pagum nomine *Wönsel* fuisse promotum; inde autem patere, hunc nonnisi præfati Jesuitæ mercenarium, non autem proprium extitisse Parochum, Joannem quoque Antonium Paymannum alterum Sacellanum fassum fuisse, quod jam per quadraginta annos præfatæ Ecclesiæ deserviisset, demandatæ autem Pastoralis curæ literæ fuissent deperditæ; exinde ergo Prætor temere inferebat, hunc, cum Jesuitæ primum Anno 1720. fuissent ejecti, non fuisse Parochum, sed duntaxat a Patre Donquers conductum Sacerdotem, & illos Capellanos, qui post exilium PP. Bouqueti & De Jong Jesuitarum ceteras duas Urbis Ecclesias rexerunt, pariter non habuisse speciales vocationes ad has Ecclesias, sed esse meros Missionarios, qui quaquaversum in Sylvaducensi tractu sacras suas functiones exercuisse it, proin Ecclesias a discessu horum Jesuitarum vacasse: Nova plane ars Catholicis suas Ecclesias velut derelictas eripiendi! Ne tamen *legitimis* Parochis damnum intulisse viderentur Calviniſtæ, Kepellio

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Prætori injunxere, ut Donquerso Je- suitæ significaret, ut ante primam Aprilis diem ex universa Ordinum di- tione excederet, secus severissimæ sub- jaceret pœnæ: Paymannus vero ab omni Sacerdotali functione abstineret, nisi pœnis in eos, qui sine Senatu Calviniani facultate Ecclesiastica ob- eunt munia, latis mulctari velit: Prætori insuper præceptum, ut præfatam Ecclesiam utpote *vacantem* clauderet & a ceterarum Ecclesiarum Minist- concessæ facultatis literas exposcere; præterea sedulo inquireret, quinam Patribus Bouqueto & De Jong in Pa- rochiali cura successissent, & quand Bouquetus e Belgio Fœderato exce- sisset. Habita demum horum notit- ad Ordines cuncta desuper referret, u- pro rei conditione decerni posset. Ad hæc decreta nullam addo Reflexionem ne Lectorem æqui bonique amantem & a partium studio alienum præveniam.

§. XVII.

Clementis Papæ consilium de revo- canda Saxonia ad fidem Catholicam.

Interim Clemens XIII. Papa inter gra- vissimas, quibus agitabatur curas, nil prius, antiquiusque habuit, nil ut

Sæc.XVIII. A.C. 1732.

ut damna Ecclesiæ a Sectariis illata pro viribus repararet: Ingemuit præcipue, in florentissima Saxonum ditione tot Ecclesias, tot bona Catholicis erepta, & quidem non alia ex caussa, quam quia ea, quæ a multis ante Lutherum sæculis pleno jure Deo & Catholicis ritibus sacrata & donata fuissent, antiquis Dominis, ac Possessoribus auferre, & novæ doctrinæ (quæ tamen, si Evangelica est, dominia evertere, aliena rapere &c. non docet) assectis vindicare placuit. Hæc serio perpendens Pontifex, solertius in caussas inquirere cæpit, ob quas tot cultioris ingenii homines in Saxonia ad Ecclesiæ Catholicæ gremium redire pertinacius detrectarent: nec difficile erat, quod rei caput esset, detegere; noverat enim, eorum potissimos temporalium bonorum aucupio velut hamo aureo incautius captos ab Ecclesia Romana recessisse, inde ergo inferebat, bona, quæ occupassent, si eis relinquerentur, facillime ad Ecclesiam redituros: His accesserat communis ferme persuasio, quod præcipue Nobiles in sua pervicacia detineret timor, ne ad veram fidem reversi, dictante jure naturali bona aliena non sine magno familiæ suæ detrimento dimittere cogerentur: His rite perpensis Clemens

Sæc. XVIII. A. C. 1732. Papa animi sui propositum die vigesima prima Julii Cardinalibus in secreto ut vocant Consistorio manifestavit, habita ad eos hac oratione:

Venerabiles Fratres!

„Charitas Christi, quæ apostoli
„ministerii studia omnia regere debe
„& officia curasque dispensare, urg
„nos, ut, quidquid ad animarum s
„lutem, quas pretioso sanguine red
„mit, conducibile censuerimus, ce
„ris rationibus anteferamus; pro
„nimirum intelligentes ad optati
„mum hunc fructum creditam no
„esse Apostolatus auctoritatem. Po
„inter eas regiones, quarum no
„vera & æterna felicitas maxime co
„est, paternam animi nostri sollici
„dinem potissimum exercet *Saxon*
„*ditio*, in qua novissimis temporib
„*hæresis exorta* in alias subinde Prov
„cias & regna misere influxit, &
„quam revocandam atque in sanc
„Ecclesiæ sinum reducendam tot la
„res, & vigilias Prædecessores no
„Romani Pontifices impenderu
„Quum autem diu multumque ap
„animum nostrum cogitaverimus, qu
„potuerint difficultates occursare, q
„minus eorum consilia prosperum op
„tu

„tumque ſucceſſum haberent, præci- Sæc.XVIII.
„puum divini operis impedimentum A.C. 1732.
„inde provenire putavimus, quod ple-
„rique ægre admodum in animum
„poſſent inducere, ut ea *Bona* dimitte-
„rent, *quæ olim ad Eccleſias pertinebant,*
„*iisque vitæ* commodis, quibus conſue-
„verant & ipſi carerent, & eorum li-
„beri deſtituerentur, nec ſuppeterent,
„unde alíter ea fortunarum detrimenta
„reique familiaris diſpendia reſarcirent.
„Nos propterea, quos plane immeritos
„conſtituit Dominus ſuper familiam
„ſuam, ut, tanquam fideles & pru-
„dentes Sacri Patrimonii diſpenſato-
„res, eam difficultatem ſubmoveremus,
„nonnullis venerabilibus fratribus no-
„ſtris, Collegis veſtris, in conſilium
„adhibitis, Prædeceſſorum exempla
„recolentes mentem etiam voluntatem-
„que ſatis compertam habentes Cle-
„mentis fel. record. Papæ XI. Præde-
„ceſſoris itidem noſtri, eam ſententiam
„ſuſcepimus, ut iis, qui in præſens
„poſſident, *modo ad Catholicam Eccle-*
„*ſiam redeant*, eorumque Orthodoxis
„ſucceſſoribus condonaremus univerſa
„bona illa, quæ in ditione chariſſimi
„in Chriſto Filii, Friderici Auguſti,
„Regis Poloniæ, tanquam Electoris
„Saxoniæ, ſita ſunt, quemadmodum
„re ipſa remittimus & condonamus,

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ita, ut neque nos ipsi, neque succes-
„sores nostri, multoque minus ali-
„quævis Ecclesia aut persona quidquam
„juris in ea bona sibi eo nomine vin-
„dicare possit. Ad cujus rei solemni-
„tatem & authenticam actorum fidem
„literas apostolicas dedimus. Fore
„autem confidimus, ut, quos calum-
„niatorum licentia a via veritatis ab-
„duxit, hoc nostræ Charitatis studio
„intelligant, a nobis cuncta conferri,
„ut reportemus finem fidei nostræ, sa-
„lutem animarum. Interea Patrem
„misericordiarum supplices oramus,
„ac fraternitatum vestrarum preces
„supplicationibus nostris cupimus con-
„sociari, ut hoc voluntatis ac provi-
„dentiæ nostræ judicium cælesti bene-
„dictione secundet & abundantia pie-
„tatis suæ aliquando perficiat, ut non
„modo Saxonia, sed ceteræ quoque
„Provinciæ, quæ a nobis recesserunt,
„& pro quibus animam ponere parati
„sumus, erroribus suis abjectis, veram
„& legitimam suam matrem, Eccle-
„siam Catholicam, Apostolicam, Ro-
„manam filiali observantia agnoscant
„& prosequantur.„

§. XVIII.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

§. XVIII.

Ejusdem Pontificis epistola ad Poloniæ Regem hac in caussa.

Hoc Pontificis propositum omnibus ferme Cardinalibus probabatur, quare ex eorum consilio sequenti mox die Papa ad Augustum Saxoniæ Electorem ac Poloniæ Regem literas dedit hujus tenoris:

Charissime in Christo Fili noster, Salutem &c.

„Ut nostri Apostolatus studiis ad „procurandam animarum salutem ju„giter intentis paterna Charitate ac „pari sollicitudine obsecundaremus, „quid providentia nostra susceperit ac „decreverit, intelliget Majestas Tua „tam ex Actis Consistorialibus, quam „ex Apostolicis, quas dedimus, lite„ris, quarum exempla ad Te curanda „mandavimus. Porro ad eam rem „alacrius capessendam, magnum mo„mentum accessit ex singulari fiducia, „quæ proculdubio persuasit, ut, quo „divina benignitas revocandis ad sinum „Catholicæ Ecclesiæ subditis tuis feli„cius curas nostras cælestibus bene„dictionibus provexerit; eo studiosius

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„tam Majestas tua, quam dilectissimu
„in Christo Filius noster, regius Prin
„ceps, natus tuus, satagerent, ne ull
„restituendæ alendæque religioni ne
„cessaria subsidia deessent. Age ig
„tur Charissime in Christo Fili noste
„divinum opus ad Dei honorem, v
„ramque Saxonicæ ditionis tuæ fel
„citatem, tua auctoritate, pietate
„sapientia, pro virili parte urgere
„promovere ne dubites, operamq
„magnitudine animi ac virtutis tu
„dignissimam studiis nostris consoc
„Interea omnipotentem Deum supp
„ces poscimus, ut Majestatem tuam
„regiamque familiam bonis omnib
„augeat & cumulet, futurum sper
„tes, ut ex ea ditione, unde cath
„licæ ecclesiæ superiori tempore luc
„& vulnera illata sunt, inde præcip
„profectura sint gaudia. Ac tibi, C
„rissime in Christo Fili noster, Ap
„stolicam benedictionem amantissi
„impertimur.„

§. XIX.

Literæ Apostolicæ Clementis Pap circa bona Ecclesiastica in ditione Saxonica.

Pon

Pontifex de ſummo, quo Auguſtus Rex ac Saxoniæ Elector fervebat, Religionis ſtudio plurimum confiſus, ad eundem Regem ſuas literas Apoſtolicas jam die nona Julii confectas & a triginta quatuor Cardinalibus ſubſcriptas die prima Auguſti transmiſit, hujus tenoris: Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„Sedes Apoſtolica, pia mater, „probe agnoſcens aſſidueque recogi„tans, potiſſimam curam & ſollicitu„dinem ſuam in fidei Catholicæ, ſine „qua impoſſibile eſt placere Deo, uni„tate ac integritate retinenda, & ani„marum pretioſo Chriſti Domini ſan„guine redemptarum æterna ſalute „procuranda ſitam eſſe, nihil præter„mittit, aut intentatum relinquit, „quod ad eandem fidem, ubi illæſa „viget, ſartam tectam tuendam, ubi „vero collapſa eſt, reſtituendam, ipſas„que fidelium animas in viam ſalutis „dirigendas judicat pertinere; ac pro„pterea ab Orthodoxa religione recta„que via deviis & errantibus filiis, „quos nunquam obliviſcitur, nedum „maternum ſinum jugiter aperit, ſed „etiam iter ſternit planum, per quod „ſublatis quibusdam impedimentis, „ad Chriſti ovile atque ad cor facilius „redire valeant, prout in Domino con„ſpicit, ſalubriter expedire. Quum

„ita

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ itaque nos, qui militantis Eccleſiæ
„ atque univerſi Dominici gregis regi-
„ men in beatiſſimo Petro Apoſtolorum
„ principe divinitus accepimus, ac iis
„ Chriſtiani orbis Provinciis paſtoralis
„ vigilantiæ noſtræ ſtudium præcipue
„ impendere debemus, quæ opem &
„ operam noſtram magis expoſcere vi-
„ deantur, peculiarem atque ab ipſius
„ Pontificatus noſtri primordiis paternæ
„ conſiderationis noſtræ intuitum dire-
„ xerimus ad *Ducatum Saxoniæ*, ubi
„ *ſcilicet hæreſis poſtremis hiſce temporibus*
„ *originem & incrementum ſumpſiſſe digno-*
„ *ſcitur*, ac pro cujus reductione ad
„ priſcam & Catholicam fidem plures
„ ex Romanis Pontificibus Prædeceſ-
„ foribus noſtris præclara cum eorum
„ nominis laude ſtrenue multumque
„ allaborarunt, diuque nobiscum ani-
„ mo reputantes, unde factum ſit, quod
„ tot eorundem Prædeceſſorum labores,
„ ac collata eum in finem egregia ſtu-
„ dia nondum optatos fructus conſe-
„ cuta fuerint, neque impleta ampla
„ illa ſpes, quam ſancta Dei Eccleſia
„ collocaverat in reverſione ad ejus
„ gremium Chariſſimi in Chriſto Filii
„ noſtri Auguſti, Poloniæ Regis illu-
„ ſtris, ipſius Saxoniæ Ducis ac ſacri
„ Romani imperii Principis Electoris,
„ tum dilectiſſimi in Chriſto pariter Filii
„ Fride-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„Friderici Auguſti, regii Poloniæ & „Electoralis Saxoniæ Principis, nati „ſui, qua ſibi pollicebatur, futurum, „ut reliqui inclytæ ſtirpis Saxonicæ „Principes ac populi ipſius Ducatus „monſtratam ab iis viam feliciter ini„rent, ac ſicuti Saxonicam domum in „hæreſi amplectenda & fovenda olim „ſecuti fuerant errantem, ita ſeque„rentur reſipiſcentem, re accurate „perpenſa, merito dubitaverimus, id „exinde præſertim provenire, quod „plerique ægre adduci valeant, ad di„mittenda & relinquenda bona Ec„cleſiaſtica, quæ præteritorum tem„porum injuria ac confuſione, dum „hæreſis in eo Ducatu omnia miſceret, „occupata ab illis detinentur, utpote „qui ſine iis bonis, vitæ humanæ ſub„ſidiis vel commoditatibus, quibus „aſſueti ſunt, exuerentur, eorumque „filii & familiæ neceſſaria ſuſtentatio„ne, cui aliunde ſubvenire nequirent, „carere cogerentur, & ad duram pau„pertatem redigerentur. Hinc eſt, „quod nos, quos conſtituit Dominus „ſuper familiam ſuam, ut tanquam fi„delis ſervus & prudens Chriſti patri„monium adminiſtraremus, *reductio„nem Ducatus dicti ad Catholicæ & uni„verſalis Eccleſiæ unionem*, totque ani„marum ſalutem nullis terrenarum re„rum

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„rum reſpectibus impediri ac retar-
„dari debere exiſtimantes, ac proin-
„de, quæ gentem Saxonicam a vera
„Religionis propoſito, amittendarum
„facultatum metu incurrendæque mi-
„ſeræ egeſtatis horrore, retrahere pot-
„ſent, ſubmovere volentes, nobisque
„perſuadentes, opus reductionis hujus-
„modi eo majores progreſſus habitu-
„rum fore, quo amplior uberiorque
„bonis Eccleſiaſticis remittendis noſtr
„& hujus ſanctæ Sedis perſpecta fuer
„benignitas & indulgentia, poſt mat
„ram, quam cum aliquot ex venerabi
„libus Fratribus noſtris ſanctæ Rom
„næ Eccleſiæ Cardinalibus, deſup
„habuimus, deliberationem nonnu
„lorumque Romanorum Pontificum
„Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis
„necnon menti felicis recordation
„Clementis PP. XI. Prædeceſſoris i
„dem noſtri nobis apprime not
„inſiſtentes, de eorumdem venerabi
„lium Fratrum noſtrorum Conſilio
„aſſenſu, ac etiam motu proprio & e
„certa ſcientia noſtra, deque Apoſto
„licæ poteſtatis plenitudine, *omnia*
„*ſingula bona Eccleſiaſtica, cujuscumq*
„*quantitatis, qualitatis & valoris,*
„*Ducatu Saxoniæ aliisque ditionibu*
„memorato Auguſto regi, uti Saxoni
„Duci, ſubjectis *conſiſtentia, præterito-*
„*rum*

„*rum temporum confusione occupata*, sic- Sæc. XVIII.
„ut præmittitur, *modernis eorum pos-* A. C. 1732.
„*sessoribus seu detentoribus* cujusvis sta-
„tus, gradus, ordinis, dignitatis,
„conditionis & præeminentiæ fuerint,
„*qui ad Catholicæ Ecclesiæ unitatem jam*
„*redierunt, vel in posterum redierint eo-*
„*rumque successoribus quibuscumque Catho-*
„*licis &* in sinceritate Orthodoxæ fidei
„perseverantibus unacum fructibus
„perceptis harum serie de specialis
„dono gratiæ *plenarie remittimus, con-*
„*donamus, cedimus* & relaxamus, dictis-
„que possessoribus seu detentoribus,
„eorumque successoribus, ut ipsi de
„bonis præfatis, tanquam suis pro-
„priis, tam inter vivos, quam ex caus-
„sis mortis, aut alias quomodolibet,
„disponere possint, plenam & liberam
„tenore præsentium tribuimus facul-
„tatem & potestatem, neque illos pro
„parte Sedis Apostolicæ Ecclesiarum,
„ad quas & quæ bona prædicta olim
„pertinebant, aut aliorum quorumvis
„in eis seu ad ea jus vel interesse ha-
„bentium, seu habere prætendentium,
„ratione & occasione præmissorum de-
„super molestari, inquietari, aut per-
„turbari posse, motu, scientia & po-
„testatis plenitudine prioribus statui-
„mus, decernimus & declaramus. Non
„obstantibus de jure quæsito non tol-
„lendo,

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„lendo, aliisque noſtris & Cancellaria
„Apoſtolicæ regulis, nec non reco
„lendæ memoriæ Symmachi, quæin
„cipit: *Non licet &c.* ac Pauli ſecundi
„prædeceſſorum quoque noſtrorum
„*de rebus Eccleſiæ non alienandis*, & qui
„busvis aliis Apoſtolicis ac univerſa
„libus provincialibusque & Synodal
„bus Conciliis editis, generalibus ve
„ſpecialibus Conſtitutionibus & ordi
„nationibus ac quarumcumque eccle
„ſiarum, monaſteriorum & locorum
„piorum fundationibus, ac etiam ju
„ramento, confirmatione apoſtolica
„vel quavis firmitate alia roboratis, ſtа
„tutis & conſuetudinibus, privilegi
„quoque indultis & literis apoſtolic
„in contrarium præmiſſorum, quom
„dolibet conceſſis, confirmatis & in
„novatis, ceterisque contrariis qu
„buscumque. Ceterum ſperamus, eo
„dem, Auguſtum Regem & Fride
„cum principem Ducatu præfato a
„verum Dei cultum ac orthodoxam
„fidem, favente & benedicente Do
„mino, redacto, pro eorum ſingular
„in Deum ipſum pietate, eccleſiarum
„prædicti Ducatus rationes & com
„moda ſemper curæ cordique habitu
„ros, & quantum in eis erit, pro
„moturos.„

„Volu

„ Volumus autem, ut præsentium „transumptis, etiam impressis, manu „alicujus Notarii Publici subscriptis „& sigillo personæ, in dignitate Ec„clesiastica constitutæ, munitis, ea„dem prorsus fides in judicio & extra „adhibeatur, quæ ipsis præsentibus „adhiberetur, si forent exhibitæ vel „ ostensæ. „ Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ Nulli ergo omnino hominum li„ceat hanc paginam nostræ remissio„nis, condonationis, cessionis, de„creti, statuti, ac declarationis in„fringere, vel ei ausu temerario con„traire; si quis autem hoc attentare „præsumpserit, indignationem omnipo„tentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli „ Apostolorum ejus se noverit incur„surum. „

Verum piis hisce Papæ conatibus non respondit speratæ rei successus; Saxones enim retentis Catholicorum bonis Catholicorum fidem amplecti noluerunt: Hujus pertinaciæ origo erat, quod saltem potissimi de hujus fidei veritate, & vera Christi Ecclesia convicti non essent, vel convinci noluerint. Hanc enim, si in Religione Catholica semper exstitisse, & usque ad consummationem sæculi immote ac illibate exstituram credidissent, utique cum D. Petro dixissent: *Ecce nos reli-*

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

quimus omnia &c. & haud ſolliciti retinendis, ſponte ad pedes Chri omnia hæc bona non minus prompt quam olim Apoſtoli ſua retia, nav & telonia abjeciſſent. Ex hoc defec proveniſſe videtur, quod aliqui ric culum eſſe cenſerent, a Papa dona quæ ipſius non eſſent, alii propud ſum exiſtimabant, ſuam conſcientia & religionem bonorum temporali pretio vendere &c.

§. XX.

Nova editio vitæ Agnetis, & al rius opuſculi de miraculis B.V.M proſcripta.

Jam tertio decimo poſt Chriſtum tum Sæculo prodierat libellus vita & revelationibus Sororis Agn Blanbeck Ord. S. Claræ, quem c dulo nimis ac incauto calamo conſc pſerat quidam Religioſus ex Ordi FF. Minorum: Inſuper typi ætate me æqualis erat libellus, quem Pot Presbyter ac Monachus *de mirac S. Dei Genitricis Mariæ* publici ju fecerat. Utrumque hoc opuſculu utpote ob vetuſtatem blattis ac tine pene exeſum ſolertiſſimus antiquorum Codicum reſtaurator P. D. Bern dus Pez in Abbatia Mellicienſi Pro feſſu

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

fessus Ord. S. Benedicti e suis tenebris eruit, ac nova editione publicæ luci commisit. Inciderant ambo hi libelli Viennæ in manus Comitis de Sinzendorff, qui non pauca in utroque reperit, quæ, etsi verà forent, promiscue legentium oculis objici, haud consultum censebat, præcipue vero Eidem offensioni erat id, quod de Præputio Salvatoris in vita Agnetis referebatur: Præter alia etiam in Pothonis libro potius ludibrio quam legentium ædificationi inservire judicabat fabulam, qua narratum, quod quædam Abbatissa a suo Dapifero imprægnata, per B. V. ab infamia, ventrisque onere liberata fuerit: Hæc ubi non sine stomacho legerat Comes, Nicolaum Pium Garellium supremum Vindobonensis Bibliothecæ Præfectum accersivit, eique aliisque Viris gravissimis juxta ac doctissimis utrumque libellum perlustrandum tradidit, ut suum desuper judicium ferrent. His autem omnibus hosce libellos omnino supprimendos esse judicantibus, Comes rem ad Cæsarem detulit, cujus jussu inaugurati hi partus primo ferme in ortu per Cæsareum decretum suffocati sunt. Hoc comperto celeberrimus Vir Bernardus Pezius ea, quæ aliis duriora videbantur, excusare, rectamque suam

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

mentem in adornanda hac editio
vindicare nitebatur, data die quar
Junii anno priori ad ipſum Garelli
epiſtola ſequente.

„Dudum jam eſt, Perilluſtris D
„mine, quod literæ ad Te dandæ p
„veteri inſtituto meo videbantur, tu
„ut quid rerum hic in ſtudio noſt
„literario ageretur, ex aſſe tenere
„tum ut perennem meum inclyti n
„minis Tui cultum obſervantiamq
„amplius Tibi probarem. Verum co
„ad eam epiſtolam, qua codice
„meum Diplomatico-Hiſtoricum T
„ceu Patronorum meorum Princip
„auſus ſum offerre & commenda
„nullas penitus literas a Te acce
„ſem, verebar vehementer, ne qua
„re imprudens Te offendiſſem, a
„mumque Tuum a me infeliciter al
„naſſem: Itaque officium illud meu
„epiſtolare tantiſper diſtuli, dum
„num Tuum ſuaviſſimum per comm
„nes amicos explorarem, & cul
„meæ fontem detegerem. Sed di
„in his verſor, percommode accid
„ut Monaſterii noſtri actor nuper
„me, Viennæ pauculis diebus co
„morantem, veniret, ſignificaretqu
„Te mirari, cur ad Te, ampliſſim
„Vir, pro more non inviſerem. Re
„vixi illico ad hunc amorem erga m

„Tuum

„Tuum, & veluti ad Labyrinthi exi- Sæc. XVIII.
„tum jam consistens uberiores veter- A. C. 1732.
„rimæ amicitiæ & patrocinii Tui fru-
„ctus animo prægustabam; porro, cum
„de singulari isthoc in me animo Tuo
„non nisi pridie discessus mei mihi con-
„stitisset, magnopere indolui tempore
„excluſum me non posse ex hac Tua
„benevolentia, uti optabam, profi-
„cere; Spopondi tamen illico me lite-
„ris præstiturum, quod coram amplius
„haud liceret; id quod & nunc exse-
„quor. Te, Perillustris Domine, per
„totius amicitiæ Numen deprecans, ut
„in tuorum me licet immeritum, nu-
„mero deinceps conservare ne dedi-
„gneris: Experieris semper, qualem
„hucusque expertus es, Tui scilicet
„illustris nominis commeritæque glo-
„riæ studiosissimum, Tuisque nutibus
„obsequentissimum.„

Cæterum qualis nunc hic nostra-
„rum musarum status sit, mihi expli-
„catu & difficillimum & luctuosissimum
„est. In extremum discrimen nos ad-
„ducit editio vitæ vener. Agnetis &
„libelli Pothonis Presbyteri de mira-
„culis sanctæ Dei genetricis Mariæ,
„quod utrumque opusculum Viennæ
„confixum esse nosti. Ibidem nuper
„dum essem, veluti inter fulmina mihi
„incedere videbar, adeo tristia &

Sæc. XVIII. A. C. 1732

„formidoloſa meis auribus ingereba
„tur. Erant nonnulli qui hiſtoria
„ Abatiſſæ lapſæ ex Pothonis cap. 3
„cum Agnetis cap. 37. de præput
„Domini commiſcerent, indeque
„neceſſum erat, neſcio quod abom
„nandum monſtrum conflarent; dedo
„ tandem errorem, opuſculum meu
„nunquam ſe legiſſe affirmabant;
„ſane obſtupui, cum intellexi tant
„lam opellam adeo ſtudioſe a ſæcul
„ribus viris utut piis ac doctis leg
„quam religioſis hujusmodi rebus
„ſuetis in pietatis fomentum deſti
„veram. Duriora videntur aliqui
„ etiam præſtantibus viris in vita Ag
„tis c. 37. & apud Pothonem c.
„quocirca Te obteſtor ac enixiſſ
„rogo, ut Tomum I. Actor. Sanctor
„celeberrimorum Bollandianorum
„ctio. I. ad diem 1. Januar, conſul
„ubi eruditiſſimi hi Theologi Feſt
„commemorationis Sacroſancti Pr
„putii D. N. Jeſu Chriſti Antverpiæ
„alibi prolixe recenſent, ſimulque a
„runt illuſtriora omnia, quæ de ſac
„ſancta hac corporis Dominici p
„ejusque publico in Eccleſia cultu
„religione ex ſummis Theologis
„Bullis Epiſcoporum ac Rom. Pon
„ficum magnus ille Rosweidus co
„geſſit; ubi ſimul obſerva, Perilluſt
„D

„Domine ac eruditiſſime, ea, quæ Bol- Sæc.XVIII.
„landiani ex S. R. E. Cardinale Fran- A.C. 1732.
„ciſco Toleto, celebri illo e Soc. Jeſu
„Theologo referunt, recuſa fuiſſe ſæ-
„pius in vulgari lingua Italica in cen-
„turiis Menochii S. J. quod opus tan-
„dem etiam germanice prodiit cum
„Auguſtiſſimi Imperatoris Cæſaris
„Leopoldi privilegio Auguſtæ Vindel.
„circa Anno 1691. Stupebis ad iſta,
„ſcio, & eo liberius deinceps Agnetem
„meam apud amicos abſolves, quod
„nonniſi caſtiſſimum ſignum caſtiſſimi
„& ſanctiſſimi ſanctuarii in lingua ſen-
„ſerit, id quod ipſum vitæ ſcriptor
„diſciplinatiſſimis verbis deſcribit: non
„ſenſit Agnes ipſum verum Sacroſan-
„ctum Domini noſtri præputium in
„lingua, ſed ejus ſymbolum duntaxat
„modo quodam ineffabili & ſanctis pu-
„risque animabus familiari, nam de
„vera ſacroſancta ejus Dominici cor-
„poris parte diſerte additur, reſurre-
„xiſſe cum Domino, quod & graviſ-
„ſimi Theologi docent; nec in vexato
„vitæ Agnetis capite ſermo eſt de præ-
„putio Domini, quod nunc eſt, ſed
„quod in circumciſione pro ſalute ge-
„neris humani præfectum fuit, cujus-
„que cultum, ſi alicubi adhuc vere
„exſtet, nullus Catholicorum recuſet.
„Miror quosdam ita delicatis auribus

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„esse, ut ne nomen quidem præputi
„audire sustineant, cum tamen Paulu
„adeo ampliter de præputio Abrahæ
„in Epist. act Rom. cap. 2. 3. &
„differat, nosque Catholici omne
„certi simus in divinissima Eucharistia
„nos non solum Sacrosanctum Jes
„Christi præputium, sed & omnes e
„jusdem corporis partes sanctissima
„vere ac reapse percipere. Ad Ab
„batissam lapsam apud Pothonem quo
„attinet, ea historia in celeberrim
„Germaniæ, Italiæ & Belgii urbibu
„minimum sexies cusa publicis typi
„& recusa fuit sine ullius mortalium
„scandalo, exstatque apud Vincen
„Bellovacensem Lib 6. cap. 87. speci
„Historiar. apud Bagatam Tom. II. d
„admirandis orbis Christiani, & no
„vissime apud piissimum & doctissimum
„virum Michaelem a sancta Catharin
„in Trino perfecto; quod opus fere in
„omnibus religiosorum conventibu
„publice privatimque legitur, solem
„nibusque Theologorum approbation
„bus munitum est. Sed quorsum ist
„apud Te, Decus Eruditorum, scil
„cet, ut amicos moneas & cum licue
„rit, ipsi etiam Augustissimo & castis
„simo nostro monarchæ suggeras, n
„me nihil sine præstantissimorum Theo
„logorum exemplo editum fuisse. Quo
„sane

„ſane amantiſſimo facto Tuo & afflictiſ- Sæc. XVIII.
„ſimas muſulas noſtras eriges, effi- A. C. 1732.
„ciesque, ut recuperata maximi Prin-
„cipis gratia, ſine qua nihil ſumus,
„tanto alacrius ea perſequamur, quæ
„in ejusdem gloriam ſempiternam du-
„dum inchoavimus. Vale Patrono-
„rum maxime & qua poteſ ope ma-
„xima nos Tibi devotiſſimos in iſta pro-
„cella ſane improviſa tuere. Mellicii
„4. Junii 1731.

P. S. De reſponſione P. Hanſizii „proxime, nihil egit vir eruditus: vetu-„ſtiſſimum Hiſtoriæ Habspurgico-Au-„ſtriacæ monumentum ex recentiori-„bus ſcriptoribus convellens, ſubinde „ne me quidem cepit.„

§. XXI.

Garellii reſponſum hac in cauſſa.

Ad has literas Garellius die decima tertia ejusdem Menſis & anni hoc dedit reſponſum:

„An poſtremis literis Tuis, quas „inſtitor Monaſterii noſtri nuper mihi „tradidit, vir Clariſſime atque ad-„modum reverende, quidquam re-„ſponſi darem, diu, ut candide fatear, „dubius hæſi, non privatis modo ra-„tionibus meis, ſed & amicorum con-„ſilio, ne dicam authoritate permotus,

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„Absque hoc fuisset, citius honesti viri
„officio (ut mei moris est, cum per
„occupationes licet) feciſſem satis.
„Namque pronum non erat ex integro
„prolixæ Epistolæ Tuæ contextu in-
„telligere, quo animo ad me scripsis-
„ses; cum ignorare solus videreris,
„quæ acta sunt Viennæ, & ipso quidem
„Excellentissimo comite Sinzendorffio,
„amplissimo Mæcenante Tuo, occasio-
„nem præbente. Vicit tamen animi
„mei candor, qui Te sententiam meam
„vel diutius latere non sustinuit, vel
„etiam scire (ut liberum hominem de-
„cet) nec veretur nec detrectat. Hoc
„ut percipis, modo affectus, sepositis-
„que omnibus epistolaribus quamquam
„officiosis mendaciis calamum ad re-
„spondendum arripui, sed ante om-
„nia purgandus Tibi sum a crimine,
„quod nisi mollissima humanissimaque
„exprobatione commemorasses, opti-
„ma sane fide adhuc ignorarem: Con-
„quereris nempe, ad eam epistolam
„tuam, qua codicem diplomatico-
„historicum mihi perhumaniter obtu-
„leras, te nullas penitus literas a me
„accepisse; quod cum asseras factum,
„negare mihi religio est, sed quid ante
„duos ferme annos mihi assidue & va-
„riis modis, ut non ignoras, occupa-
„tissimo accidisse eo temporis potuerit,
„quod

„quod neglecti officii apud Te veniam Sæc.XVIII.
„pro singulari humanitate Tua forte A. C. 1732.
„non difficulter impetrasset, memoria
„nunc non suggerit, malo igitur igno-
„ratam quamvis hucusque culpam ro-
„tunde fateri veniamque deprecari,
„quam per ambages effugium quærere.
„Quod vero ais, Te tantillam ob rem
„veritum, ne animum a te alienassem,
„itaque officium Epistolare tantisper
„distulisse, dum sinum meum per com-
„munes amicos explorares, hoc de-
„mum est, quod me afficit, & de quo
„si vicissim conquerar, id optimo meo
„jure fecero; norunt enim omnes,
„qui me bene noruut, quam explo-
„ratu facilis sit sinus meus, in quo
„nullæ latebræ, nullum in simulatione
„præsidium, quo minus totus pateat
„adeuntibus; & si quid est, de quo
„in toto alias obscuræ vitæ meæ insti-
„tuto jure aliquo gloriari possim, id
„sane totum in candida animi atque
„sincera libertate positum est, qua sine
„fuco cognitam a me veritatem profi-
„teor, & ubi opus est, pro viribus e-
„tiam tueor; nec puto solidæ atque
„cordatæ amicitiæ vinculum inter
„probos arctari unquam validius posse.
„Si igitur me ut solebas, amica liber-
„tate adiisses, neque segnibus illis ex-
„ploratoribus tuis tam arduum explo-
„randi

Sæc. XVIII. A.C. 1732

„randi ſinus mei negotium commiſſi-
„ſes, quo nec duorum annorum in-
„tervallo functi ſunt, antiquam in me
„erga Te voluntatem, quam olim tuis
„rebus non omnino inutilem fuiſſe,
„pro Tua humanitate profiteris, ex-
„pertus eſſes; nec putaſſem amicitiæ
„noſtræ quidquam deceſſurum, ſi li-
„beros animi mei ſenſus circa bonæ
„Agnetis tuæ vitam & revelationes,
„necnon Pothonis Presbyteri & Mo-
„nachi libellum de miraculis ſanctæ
„Dei genitricis Mariæ a meipſo exce-
„piſſes, & quomodo res acta ſit Vien-
„næ enucleatius & non per incertos
„rumores edoctus fuiſſes.

„Utque tandem, ni fallor, ad ve-
„ram Epiſtolæ tuæ cauſſam rationem
„que devenimus, qua permotus (cum
„veram facti hiſtoriam, quod tamen
„ſatis mirari non poſſum, ignorare
„videaris) ad me demum poſt duorum
„ferme annorum ſilentium confugere,
„miſſa quaſi apologetica epiſtola, ut
„afflictis tuis rebus conſuleres, decre-
„viſti, hoc idem nempe eſt, quod me
„a ſcribendo non ſine ratione dehorta-
„batur, cujus conſilii adprobatores
„habui amicos omnes & prudentes &
„doctos viros; petis enim a me, ut
„amicos moneam, &, cum licuerit,
„ipſi etiam Auguſtiſſimo, Caſtiſſimo
„noſtro

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„noſtro Monarchæ ſuggeram, a Te „nihil ſine præſtantiſſimorum Theolo„gorum exemplo editum fuiſſe, quæ „tamen cum ſæpius atque ſcrupuloſius „animo verſarem, probe exactis utrin„que rationibus, a propoſito mihi re„cedendum eſſe tandem decrevi: ti„mebam enim, ſi hac quoque vice „Tuis literis humaniſſimis non reſpon„derem, vel te in ſuſpicione, quam „de alienatione animi mei nimis levi„ter (parce verbo.) conceperas, ul„tro confirmatum iri, vel exiſtimatu„rum, me forte ſuperfluo quodam „pudore veritum eſſe Tibi palam de e„ditis opuſculis judicium meum can„dide profiteri, ſi quando id aliunde „reſciviſſes, utrumque vero, ut ſum „a natura informatus, ægerrime tu„liſſem. Mea igitur æque ac Tua refert, „te ſcire, poſt Excellentiſſimum Co„mitem Sinzendorfium me forte pri„mum horum duorum opuſculorum ex „veteribus membranis editionem no„ſtris præſertim temporibus factam im„probaſſe; quibus temporibus magno „Dei favore ſoliſſæ nimis ac pernicioſæ „cum ignorantiæ tum ſuperſtitionis „nebulæ a viris tam ſolide doctis quam „vera pietate ac religione imbutis, ſunt „diſſipatæ, hinc abſterſo feliciter fuco, „quo miſere utraque fœdabatur, na-

„tivum

Sæc. XVIII A. C. 1732.

„tivum decus ac ſplendor rediere. De
„ſiderabam nempe in horum opuſcu
„lorum editione judicium ad ſeverioris
„criticæ non humanæ dicam ſed
„Chriſtianæ regulas paulo adcuratius
„exactum; quam Cenſuram ut decli
„nes, mea quidem ſententia declama
„torium illud tuum epiphonema de
„carnali ſapientia ſtolide ferocient
„non ſufficit. Longe lateque vagabo
„tur libellus tuus, me vel titulum ve
„quod exſtaret, ignorante, cum Excel
„lentiſſimus Comes Sinzendorffius, a
„quem negotii cujusdam procurandi
„cauſſa acceſſeram, libellum protuli
„mihi legendum tradidit, mandavi
„que, ut meum de eo judicium fi
„libere dicerem: Vix aliquot pagellas
„primi opuſculi unacum præfatio
„domi meæ abſolveram, redii ad Co
„mitem, & cur mihi ſimilia legend
„& excutienda dediſſet, quæ minim
„ad me pertinent, amice congeſtu
„ſum, promiſi tamen, cum ita velle
„me opus abſoluturum; annuit Comes
„& me ſuadente aliis quoque legen
„dum dedit graviſſimis doctiſſimisqu
„viris, in quibus carnalis ſapientia
„(quæ ſane multa eſt) clariſſimo quo
„que religionis lumine & ſobria mo
„rum gravitate temperatur, & dirigitur,
„a quorum nominibus, etſi magnum
„mihi

„mihi in iisdem præsidium foret, Sæc. XVIII.
„temperandum tamen esse judicavi; A. C. 1732.
„horum omnium idem judicium fuit,
„quo consensu factum est, ut meum
„mihi, cui alias non multum tribuo,
„minus displicuerit. Quam vellem,
„mi Bernarde? ut argumenta, quæ
„in tuæ editionis defensionem produ-
„cis, id roboris haberent, ut me in
„sententiam trahere valerent; darem
„hoc libenter amicitiæ, darem & cla-
„rissimo nomini tuo: Sed rude & forte
„carnale nimis ingenium meum, hanc
„vim non sentit; contra mentem vero
„loqui, cum ad loquendum sum pro-
„vocatus, non didici. Præsidium
„primo tibi nullum est in clarissimis re-
„ligiosissimisque viris actorum Sancto-
„rum celeberrimis collectoribus, quæ
„acta Bollandiana dicuntur, siquidem
„illis, ut fidis historicis, incumbit, ea
„omnino incorrupte proferre in lucem,
„quæ, sive in vetustis Sanctorum actis,
„sive in Ecclesiarum monasteriorumve
„tabulariis non apocrypha, non fraude
„corrupta, non interpolata pro sæculi
„genio invenerunt, relicta legentibus
„libera judicandi atque eligendi facul-
„tate: Te vero quæ demum dura ne-
„cessitas coegit, neglectum per qua-
„dringentos & ultra solidos annos opu-
„sculum blattis ac pulveri a divina

„provi-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„providentia deſtinatum publico judi-
„cio in tanta literarum luce exponere
„cum vel invitus ipſe in præfatione
„fatearis, bonam (ne quid acerbius
„dicam) Agnetem tuam, quam t
„repente venerabilem feciſti, adeoc
„ſcuri nominis fœminam fuiſſe, u
„quamquam nullam non operam de
„deris, ut non nihil amplius de reb
„quis virginis rebus a Patribus Mino-
„ritis Conventus ſanctæ Crucis, ub
„meliorem vitæ partem exegit, re
„ſcires, fruſtra tamen laboraveri
„nullo penitus ejus veſtigio vel memo
„ria ſuperſtite, nec plus opis ac luc
„adeptus ſis ex ampliſſimo veteri e
„rumdem RR. PP. Minoritarum ne
„rologio a R. Fratre tuo inter Scripto
„res rerum Auſtriacarum vulgat
„quod dubium non eſt, quin totu
„excuſſeris, præterea ſancti illius (
„Diis placet) fratris minoris, qui v
„tam & revelationes Agnetis, ub
„rudi ac ferreo ſtilo in literas retuli
„quod unice doles, nomen excid
„Nam etſi id in prologo quondam
„ferte legeretnr, in eo tamen codi
„quo uſus es, neſcis quo facto aut q
„manu nunc ita raſum conſpicitur,
„ne unius literæ veſtigium quavis ac
„hibita ſagacitate deprehendi poſſi
„Unde igitur opuſculo tuo tam pro
„ſperi

„ſperis avibus detecto vel modicam „auctoritatem conciliabis? quam nec „rerum narratarum gravitas nec ignoti „auctoris nomen eraſum, nec levis „ſaltem rumor, ne dicam fama vicino„rum temporum commendat: Inci„diſti nempe in vetuſtas membranas: „ſed quantum hæ ſine critico judicio „valeant, non ego te, ſed graviſſimus „Theologus, idemque criticus ſuo tem„pore perſpicaciſſimus Melchior Canus, „Dominicanæ familiæ alumnus Cana„rienſis Epiſcopus, & Concilii Triden„tini venerandus aſſeſſor, docebit, „cujus Operum Libri XI. qui de hu„manæ Hiſtoriæ auctoritate inſcribitur, „caput 6. ferme integrum mihi exſcri„bendum eſſet, ſi ea omnia, quæ in „hanc rem luculentiſſime differit, hic „congerere animus eſſet, cum is gra„viſſimis verbis ingenii ſeveritatem „prudentia conjunctam in eligendis „hiſtoricis maxime commendaſſet; hoc „ſane lepidum habet, quod unicum „propriis auctoris verbis hic afferre „libet, reliqua apud auctorem non ſine „fructu & voluptate videbis; verba „Cani ſunt: Nam & ætas noſtra Sa„cerdotem vidit, cui, perſuaſiſſimum „eſſet, nihil omnino eſſe falſum, quod „typis eſſet excuſum. Rides væcor„diam boni Sacerdotis? Quid ſi noſtris „tem-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ temporibus dicere quis non adm
„ dum mutatis verbis auderet: Nam
„ & ætas noſtra Monachum vidit, cu
„ perſuaſiſſimum eſſet, nihil omnin
„ eſſe falſum, quod in vetuſtis membra
„ nis multo pulvere obſitis exaratum
„ inveniret; an de te dictum interpre
„ tari patienter ferres? diſpeream, ſ
„ ne cogitare quidem de homine, cu
„ ſana ſint præcordia, poſſis: Sed ais
„ obſtupuiſſe te, dum intellexeras tan
„ tillam opellam adeo ſtudioſe a ſæcu
„ laribus viris utut piis ac doctis leg
„ quam religioſis hujusmodi rebus a
„ ſuetis in pietatis fomentum deſtina
„ veras. Sed monitum fuiſſe lectore
„ ſtatim in limine de hac mente t
„ oportuit, ut ſæculares homines a l
„ ctione arcerentur, quod tamen (i
„ lepida ſunt omnia) difficulter imp
„ traſſes; quo etiam facto pronum er
„ concludere, vel te de monachorum
„ tuorum pietate, vel cordatos omne
„ de vera in Deum & Sanctos religion
„ male ſentire. „

„ *Apologiam Præputii* præterire m
„ luiſſem, quam verbis ludere in
„ tam gravi, multo minus abuti aug
„ ſtiſſimo religionis noſtræ Sacrame
„ to; ſiquidem de reali corporis Chri
„ præſentia & de partium ejusde
„ corporis diſtinctione in Euchariſt
„ ſum

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ſumma cum reverentia & maxime „circumſpecta verborum ponderatione „loquendum eſt. Modus enim, quo „Corpus & Sanguis Chriſti ſunt in Eu„chariſtia, nullum in rebus creatis „exemplum habet; hinc ſumma cum „prudentia Concilii Tridentini Patres „Seſſ. 13. cap. 1. realem hanc præſen„tiam ſacramentalem definivere exi„ſtendi rationem, & ſi verbis expri„mere vix poſſumus, poſſibilem tamen „eſſe Deo cogitatione per fidem illu„ſtrata aſſequi poſſumus & conſtantiſ„ſime credere debemus; & hic merito „carnalis ſapientia ſtolide ferociens „colla ſubmittit, & humanus intel„lectus in obſequium fidei captivatur, „omnibus inutilibus quæſtionibus di„ſtinctionibusque inſuperhabitis, qua„rum conſectaria & apud imperitum „vulgus & apud homines irreligioſos, „ne dicam apud hæreticos, ludibrio „eſſe poſſunt; ſapientibus enim & inſi„pientibus in hoc etiam debitores quam „maxime ſumus: dic eadem de ad„nexis præputio partibus, & cum vera „dixeris, non erubeſce? hoc ipſum „præputii vocabulum non in vetere „modo ac novo Teſtamento veneramur „omnes Chriſtiani, ſed & in omnibus tam „Patrum quam gravium Eccleſiæ Do„ctorum ſcriptis, & ſi cum Stoicis con-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„tenderes, nullam esse in verbis tur-
„pitudinem, hoc quoque sensu dare-
„mus, sed talem auctoritatem vi
„opusculo tuo vel quam maxime ipi
„narrationi nondum conciliasti, ut le-
„gentibus sine crimine ludibrio potius
„quam ædificationi esse non possit. Nil
„dicam de pugnantibus inter se de præ-
„putio Domini revelationibus, quas
„qui conciliari conetur, ipse cum sana
„ratione pugnet, necesse est. Lege
„quæso Exercitationem 23. doctissimi
„Serry, quæ est de Christo circum-
„ciso, in qua fuse expositam videbis
„geminam quæstionem: Num exstet
„etiamnum in terris ad publicam fi-
„delium venerationem Christi præpu-
„tium, ac ubinam? quo in loco pug-
„nantes inter se variorum opiniones
„erudite discutit, quasdam etiam, ut
„merentur, deridet, inter illas tuam
„videbis, ac tandem in rem nostram
„prudentissime concludit his verbis:
„Nihil itaque certi hac de re statui
„potest: factum bene, quod ab hujus-
„modi controversiis Christiana religio
„minime pendet.„

„Pudet me & quasi refugit animus,
„ut verum tibi fatear, *de Abbatissa*
„verba facere; si præsertim opusculum
„hoc Pothonis, quatenus a te religio-
„sis hujusmodi rebus assuetis in pieta-

„tis

„tis fomentum deſtinatum ſpectetur; Sæc. XVIII.
„cum vero caput hoc unicum, quod A. C. 1732.
„eſt 36 tum inter 44. quæ integrum
„opuſculum conficiunt, defendendum
„ſuſceperis, (quamquam multo plura
„ſunt, quæ mihi aliisque omnibus di-
„ſplicent) reliquis neglectis de hoc
„ſolo, ne epiſtola in volumen creſcat,
„tibi mentem meam candide & amice
„paucis aperiam. In tui ergo potiſſi-
„mum defenſionem dicis, hiſtoriam
„hanc in celeberrimis Germaniæ, Ita-
„liæ & Belgii urbibus minimum ſexies
„cuſam typis publicis & recuſam fuiſ-
„ſe, ſine ullius mortalium ſcandalo,
„exſtareque apud Vincentium Bellova-
„cenſem, apud Bagattam & noviſſime
„apud piiſſimum ac doctiſſimum virum
„Michaelem a Sta Catharina, quo-
„rum magnorum virorum præſidio te
„in tuto collocatum eſſe arbitraris:
„Sed falleris, mi Pezi? tantum enim
„in eadem cum illis damnatione es.
„Hanc igitur Hiſtoriam, quam ego fa-
„bulam dico, ut jacet in tuo Pothone,
„in allatorum quoque auctorum ſcriptis
„reperiri tibi, ut par eſt, ampliſſimam
„fidem adhibeo; tales enim libros nec
„habeo nec aperui nec vidi unquam:
„bonas enim horas tam male perdere
„non ſum doctus; ubicumque igitur
„putida hæc fabula iisdem coloribus

 „picta

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„picta reperiatur, tanquam absurdi
„sanctissimæ ac glorioſissimæ Virgini
„Mariæ ſumme injurioſa, & Chriſtia-
„nis auribus indigna, deteſtanda e
„atque damnata; nam quæ forſitan
„rudibus illis atque infelicibus tene-
„bricoſæ ignorantiæ temporibus ſin
„ſcandalo mittebantur in vulgus, m
„nus apta ſunt noſtris, quibus ſumm
„Dei miſeratione factum, ut ſuperſ
„tione, veræ religionis deterrima peſte
„depulſa, hæc & ſimilia non amplius
„pietatem, ſed ſtomachum moveant
„Quam maxime enim intereſt noſtra
„quam ego & tu Deo miſerante profite-
„mur, Catholicæ religionis, ut ea
„dem puram a ſimilibus inquinamen
„tis præſtemus; Res enim nobis e
„cum hæreticis, a quibus hæc &
„milia ſtudio, quamvis inani conqu
„runtur, ut abominabile populariba
„ſuis reddant Catholicæ profeſſionis i
„ſtitutum: vis exemplum? Habes i
„Fr. Bartholomæo de Piſis Franciſc
„næ Familiæ: Edidit hic Sæc. XV
„incipiente, anno nempe 1510. librum
„qui poſtea recuſus eſt An. 1513. c
„titulus: Opus aureæ & inexplicabi
„bonitatis & continentiæ, Conform
„tatum nempe vitæ B. Franciſci a
„vitam Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ple
„nus eſt liber ineptiarum, ut modeſt
„loquat

„loquar, & candide tamen fatear, Sæc.XVIII.
„quod verum est: Circa tempora Lu- A.C. 1732.
„theri Erasmus quidam Alberus pe-
„stilentissimum libellum emisit, cui
„præfixit titulum: Alcoranus Fran-
„ciscanorum, Genevæ postea etiam
„Gallice recusum Anno 1578. cui li-
„bello ineptiæ Fr. Bartholomæi lucu-
„lentam occasionem dedere, sed non
„vidit vel videre noluit Alberus, se
„quidem impetiisse Monachum otio
„suo abutentem, non vero religionem
„Catholicam, quæ superstitionem æque
„ac liberam nimis procacemque novan-
„di licentiam aspernatur acdamnat. Igi-
„tur, uti sincere dolendum est, talia
„olim invaluisse, quæ omnis bonus
„& prudens Catholicus perpetua ob-
„livione sepulta vellet: ita non multi
„nec exacti judicii est, ne quid durius
„dicam, ea in lucem nunc proferre,
„quæ magno religionis & pietatis com-
„modo, & nullo bonarum literarum
„detrimento spisso in pulvere deli-
„tescebant.„

„Atque, ut vides, jam ad calcem
„Epistolæ tuæ pervenimus, quam-
„quam vero mea sub manibus præter
„opinionem creverit, claudere tamen
„eandem non possum, quin prius su-
„pra laudati Melch. Cani gravissimum
„simul luculentissimum in hac materia

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

„ testimonium afferam, quo nullum
„ huic nostro negotio accommodatius
„ inveni; de tuo enim Vincentio Bel
„ lovacensi (cui socium Divum Anto
„ ninum adjungit) adcurate & pro
„ denter, mea quidem sententia vir egre
„ gie doctus suo jam tempore judica
„ vit, utor autem editione Patavina
„ quam Clarissimus vir P. Hiacinthus
„ Serry, Doctor Sorbonicus & in Pa
„ tavino Lyceo sacræ Theologiæ pri
„ marius Professor, Anno 1714. adorn
„ navit, & vindicationibus auxit: Eo
„ dem igitur loco superius allegato
„ postquam consimiles libros, puta illum
„ qui speculum exemplorum inscribitur
„ nec non Historiam, quæ Legenda
„ aurea nominatur, gravi & severa
„ censura notasset; in illo enim mira
„ culorum monstra sæpius quam ver
„ miracula legas; hanc homo scripti
„ ferrei oris, plumbei cordis, animi
„ certe parum severi & prudentis
„ tactis quoque, modeste quamvis
„ Beda & magno Gregorio, illo in An
„ glorum historia, hoc in Dialogis
„ qua de re caput 2. vindicatio
„ num videre poteris; tandem in rem
„ nostram hæc habet: De Vincentio
„ Bellovacensi & Divo Antonino libe
„ rius judico, quorum uterque non tam
„ dedit operam, ut res veras certasque

„ de-

„deſcriberet, quam, ne nihil omnino „prætereiret, quod ſcriptum in ſche- „dulis quibuslibet reperiretur, ita ad „hiſtoriam unamquamque exiſtiman- „dam momentoque ſuo ponderandam „non artificum ſtatera, ſed ne popu- „lari quidem trutina uſi ſunt, quam- „obrem boni licet ac minime fallaces „viri, quia tamen nec auctores eos, „a quibus ſuos exſcripſere libros, di- „ligenter examinarunt, nec res juſtis „libratas ponderibus memoriæ prodi- „derunt, apud criticos graves atque „ſeveros auctoritate carent. Hiſtori- „cus autem, qui Theologiæ decreto „probandus erit, nec omnes ſchedas, „lectione etiam indignas, excutiet, „nec anilibus fabulis accommodabit „operam, nec prius lecta auditaque „deſcribet, quam ea prudenti accura- „toque judicio expendat ac ſeligat. „Hucusque Canus. Jam quid ille, ſi „viveret, de tuo Pothone cenſeret, „tu judica? Fabulam certe de Abba- „tiſſa lapſa, dum ea ſcriberet quæ re- „tuli, in ipſo Vinc. Bellov. legerat: „aſſeris enim, in eodem ad verbum „reperiri, & quamvis Potho jam ca- „nis obſitus & ſenex ad ſcribendum „libellum acceſſerit, ut in præfatione „tua conjectaris, valde tamen dubito, „an hæc auctoris de ætate ſua ac pro-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

„pria experientia assertio ipsum C
„num tranquilliorem ac securiore
„de fide eorum, quæ refert, redde
„posset, ut te reddit; tam sunt no
„nulla profecto portentosa & supra
„dem posita, cujusmodi ea sunt qu
„cap. 36. & 40. prolixe denarra
„ut ipse in præfatione fateris.„

„En tibi tandem, mi Pezi? sinu
„meum, qua latissime patet, apertu
„atque reclusum exhibeo, quo in
„antiquam erga te voluntatem, si
„timius explorare volueris (&,
„velis, etiam rogo) immutatam in
„nies; licuit enim semper semper
„licebit, salvis sacrosanctis cordat
„micitiæ legibus, ab amico hon
„dissentire; maluissem sane amica c
„fabulatione in tuum effundere sin
„meum, vel prudenti silentio pre
„re, quæ cogitabam, sed cum
„non licuisset esse tam beato, ut
„videndi copia facta esset, & me p
„terea ad scribendum humanissima
„pistola tua multis modis invitas
„ut omnino silere (quemadmodum p
„res suadebant) inurbanum,
„tergiversari & verba dare viro i
„nuo prorsus indignum & flagitios
„quoque videbatur: Quapropter,
„meam in scribendo libertatem æ
„bonique consulas, eandemque ami
„sinc

„ ſinceritati potius tribuas, quæ cele- Sæc. XVIII.
„berrimo nomini tuo conſultum velit, A. C. 1732.
„rogo atque obſecro; quem in finem
„ſi in ea pacata animi tranquillitate
„es (eſſe vero & religioſum tuum inſti-
„tutum, & amor literarum, ſuadet)
„qua ſincerum veteris amici conſilium
„admittere ſine offenſione poſſis, hoc
„paucis habe: Nihil humani a te alie-
„num puta; factum dole, & quantum
„potes, oblivioni atque ſilentio com-
„menda; ſin minus, me tamen, ut ſo-
„lebas, amare perge, & ab hac con-
„troverſia, cui vacare nec tempus
„nec voluntas permittit, immunem
„ſerva. Vale, & Clariſſimo Fratri
„tuo, R. P. Hieronymo, plurimam ſa-
„lutem meo nomine impertire. Vale
„iterum, & ſincere te diligentem ſal-
„tem ama. „

§. XXII.

Status Religionis Catholicæ in Imperio Sinarum.

Hoc item anno Catholicæ Religioni in Imperio Sinenſi aura non nihil benignior adſpirare videbatur; novus enim Imperator Yong-Tching ſeu Juntſchius a tormentis & cruciatibus, quibus Viros Apoſtolicos, ceterosque Chriſtiani nominis aſſeclas vario mortis genere

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

genere afflixerat, ſibi aliquamdiu tem
perabat, vel quod Catholici cruor
ſatur eſſet, vel quod ſuam immanita
tem luculento (ut creditum eſt) ſup
plicio a Divina Nemeſi punitam ſent
ret; anno enim priori die trigeſim
Novembris Urbs Peckinenſis tam ho
rendis terræ motibus contremuit, u
minus uno momento plusquam ſe
centæ bis mille domus & ædificia co
ruerent, in agris tecta proſternerentu
& moveri crederentur omnia: S
pulti fuere ſub murorum ruinis plu
quam quingenta incolarum millia
Horum infauſtam ſortem miſertus Im
perator periculo quidem defuncto
omnium tamen rerum inopia preſſ
liberali ſtipendio conſolatus eſt. M
ſionarios quoque Peckini agentes, qu
antea recuſabat, ad alloquium benig
admiſit, eisque ad reſtaurandas ſu
rum Eccleſiarum ruinas mille Ta
erogavit. Paulopoſt ad calamita
augmentum acceſſere aquarum eluv
nes, quarum violentia, quod terr
concuſſiones intactum reliquerant, a
ſorbebat, adeo, ut fames, morbiq
rurſus multa hominum millia depaſc
rent. Irato demum Numine factum
ut Principes Imperatori vectigales a
obedientia deficerent, atque inter eo
præcipue Caldanus Occidentalium
Tar

Tartarorum Rex excusso jugo acerrimum Sinis bellum inferret, in variis pugnis semper gravis & insolens victor; cum enim Sinarum & Tartarorum Orientalium exercitus potissimam partem stupris infectus, & castra ferme tota lue venerea essent infecta, facili negotio eos hostis grandibus attrivit cladibus, & obvia quæque strage, sanguine, vastatione, flammaque miscuit. Nec tamen adhuc iterato hoc Dei vindicis flagello obduratus Sinici Pharaonis animus frangebatur; Mandarini enim acerrimi Religionis Catholicæ Osores, mirisque artibus ad nocendum promptissimi, Imperatoris animum alias ad Christianorum persecutionem propensum eo solertius in Viros Apostolicos concitabant, quo magis iniquo animo liberalitatem nuper ipsis impensam ferrent, Calumniis ergo & mendaciis ac querelis rem aggrediuntur: Imperatori insinuant, Christianorum culpa accidisse, quod pretiosissimum juxta ac sacratissimum Confucii Templum lapso de cælo fulmine in cineres consederit, eos quoque cum Imperatoris Fratre clandestina fovere consilia, illosque haud obscure machinari, ut hic, dejecto Imperatore ad Regni solium eveheretur: peregrinos igitur omnes promeritis pœnis esse castigandos,

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

dos, aut potius Regno expellendos, Imperator thronum suum firmum velit. Hic in impia ipsorum vota cile concedit, mandatque, ut qu quot novæ Religionis Sectatores veniri possent, vel ad abjurandam dem compellerentur, vel ad carce tormenta & neces raperentur: ne v miseri, qui eos in fide firmarent, in suis calamitatibus solarentur, ha rent, Mandarinis Cantonensibus p cepit, ut Missionarios, qui ante de nium Imperio proscripti Cantone p stiterant, inde quoque expellerent, Macaum navigare juberent, in E pam reducendos. Vix tridui spat ad discessum & comportandas res dultum est, caussa vero inopinati jus mandati allegata, quod Imper ris jussa transgressi, Christi Evange Sinarum ritibus inimicum prædica Creditur Imperator ipse occultis lit ad hoc facinus Mandarinos anim secus illos non fuisse ausos Missio adimere, quod Imperator paulo concessisset. Ut ut autem res se buerit, id omnino nimis certum quod Mandarini hoc Imperatoris datum omni exactitudine executi Frustra Missionarii Cantonenses di forum Ordinum libellos supplices rebant; frustra dilationem pete

præstituta die vigesima Augusti triginta Viri Apostolici a duobus Mandarinis & quatuor triremibus stipati Macaum facessere jubentur, quibus ibi appulsis eorum famuli & Catholici, qui eos sequebantur, in terram descendere jussi, & catennis onusti Cantonem reducti sunt, omni calamitatum genere vexati: Reliquerant Missionarii ad eorum domos & librorum ac Templorum supellectilem custodiendam quosdam Christianos, sed & hi in carceres compacti, ac verberibus excepti, & demum omnes Domus, omnis apparatus, omniumque Templorum ornamenta fæde direpta sunt. Igitur præter paucos Missionarios, qui in Provinciis latebant, soli in tam vasto Regno supererant Peckinenses numero viginti tres, qui Peckini adhuc tolerabantur: In ceteros omnes Christianos atrocissima per totum Imperium inquisitio sæviit, jussis omnibus fidem ejurare: Succubuere nonnulli tormentorum vi, plerique tamen ex tot Martyrum sanguine magis ad fidei constantiam & generosam Martyrii cupiditatem accendebantur: ceteros Missionarii per Provincias clam dispersi ac die in naviculis vel aliis latebris delitescentes, concubia nocte, sacro solatio reficiebant, atque administratis Sacramentis ad stre-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

ſtrenuam pro Chriſti Nomine pugna roborabant: Nec his miſeris defuit p terna ſummi Pontificis ſollicitudo; h enim eodem adhuc anno in Indi Orientales & Occidentales, plures V ros Apoſtolicos a S. Congregatione *Propaganda* ſelectos ablegabat, ſpe co cepta, fore, ut mutata temporis ciſſitudine eorum nonnulli in Sinar Imperium opportune penetrare poſſe

Eodem Religionis fervore anim tus Joannes V. Luſitaniæ Rex, Vi Apoſtolico Zelo animatos, atque var artibus imbutos ablegabat, qui feroc Braſilianæ Regioni finitimos popul ſenſim ex inveterata, ac immani b barie ſua ad humanitatem, manſ tudinemque traducerent, eosque fidei Catholicæ cognitione ac præcep informarent. Ex his magis inhuma ac ceteris ferocitate præſtantiores era Toupinamboſii, Maringæ, & Onc caſi, qui paſſim homines trucida eorum carnibus veſcuntur, & nec u lius Religionis ſcintillam habent, pr terquam quod Diabolum adorent: L borioſa non minus, quam periculo erat ſacra ad has gentes expeditio, ip tamen peroptata Evangelicæ me ſpes, & Martyrium pro Chriſto ſub eundi cupiditas, ſolis Catholicæ Re gionis Miſſionariis propria, omnibu

hiſce

hiſce obſtaculis adeo longe ſuperior erat, ut benedicente Domino Luſitani non paucos ex denſiſſimis idololatriæ tenebris ad veram fidei lucem pertraherent, & agreſtria eorum ingenia præcipue lenitatis Chriſtianæ præceptis ad cultiores mores manſuefacerent. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

§. XXIII.

Duo Præſules Romana Purpura decorati.

Sub idem ferme tempus Franciſcus Antonius Cardinalis Finius, qui cum aliis de Romana Republica ſub Benedicto XIII. Papa male adminiſtrata inſimulabatur, centum quinquaginta aureorum millibus ærario redditis, præter omnium exſpectationem omnibus ſuis dignitabitus, proventibus, & bonis ex integro reſtitutus eſt: quocirca die octava Octobris ad perbenignum Pontificis alloquium admiſſus, ſequenti die ab omnibus Purpuratis honorifica ſalutatione decoratus eſt. Interfuit jam antea die prima Octobris habito ſecreto, ut vocant *Conſiſtorio*, in quo Clemens Papa, poſtquam gravi infirmitate defunctus erat, duos Prælatos generis nobilitate, & meritorum præſtantia claros Cardinalium Collegio adſcripſit. Horum primus erat Tro-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

janus de Aquaviva de Aragonia, Ne-
politanus, Archiepiſcopus Lariſſæu
Sacri Palatii Apoſtolici Præfectus, C
dinalis Presbyter tit. S. Cæciliæ. Ab
vocabatur Agapitus Moſca, patria
ſaurienſis, Cameræ Apoſtolicæ Cleric
Diaconus Cardinalis tit. S. Georgii
Velum aureum. Horum prior, cu
ad Hiſpani Regis preces Purpuram
tinuiſſet, hujusque Regni negoti
procurandi ſpem haberet, Hiſpana
ſignia ante Palatii ſui fores appendi
quo facto Cardinalis Cienfuegos C
ſaris Orator petebat, ut ipſe, utp
patria Neapolitanus pariter Imper
ris inſignia affigeret, quod tam
Aquaviva recuſabat, progreſſu aut
temporis adimplevit.

§. XXIV.

Proſper Mareſcſchius Cardinalis mortuus.

Tres ex Purpuratis hoc anno ace
mors Sacro Collegio eripuit,
quibus primus erat Proſper Mar
ſchius ex nobiliſſimo Maceratenſi
genere ortus. Patrem habuit Ca
lum, & Matrem Sperantiam Guarn
Nobilem Auximanam, quæ digni
mum Paternarum virtutum hæred
Proſperum genuit die vigeſima no
Septe

Septembris anno prioris ſæculi quinquageſimo tertio. Ab his liberaliter educatus poſito primo literarum tyrocinnio in Firmana Academia faciatioribus diſciplinis tam egregio profectu operam navabat, ut jurisprudentiæ lauream conſecutus, Romæ inter celebriores Cauſſidicos numeraretur. Eo tempore Innocentius XII. Papa Viros in legali diſciplina longe peritiſſimos ad Tribunal *Signaturæ Juſtitiæ* admovere decreverat; nec difficilis eorum erat ſelectus; cum enim Proſper inter ceteros emineret, ab eodem Papa Romanæ Curiæ Præſulibus, & præfato Tribunali adſcriptus eſt, paulopoſt Eminentiſſimi Cardinalis Spinulæ Auditor nominatus. Evecto demum ad D. Petri Cathedram Clemente XI. S. Congregationibus de bono Regimine & Immunitate Eccleſiaſtica a Secretis eſſe juſſus, Papæ Auditorem egit. Titulo ornatus Archiepiſcopi Cyrenenſis; in aliis Congregationibus ſuum ſuffragium tulit. In omnibus hiſce officiis tantam ſibi laudis famam comparabat; ut ab Innocentio XIII. Cæſareæ Archiepiſcopus & a Benedicto XIII. Cardinalis Presbyter ac Papæ Vicarius Generalis renuntiaretur: Ejus opera & conſilio in negotiis maxime arduis ac moleſtis utebantur Pontifices, inſuper

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Hiſpanam Aulam cum Pontificia re conciliandi cura, necnon Alberoni Cardinali quadriennalem cuſtodiam denuntiandi onus, atque emergentes in Urbe lites componendi negotium edem ſæpius demandatum eſt. Interfuit quoque anno hujus ſæculi trigeſimo S. Comitiis, in quibus Cardinalium non pauci ſua in eum ſuffragia contulerant: aſt dignitatem, quam ejus merita & præclaræ animi dotes depoſcebant, prope acta jam ætas, decurſaque acceptare recuſabat: Tum enim jam ſeptuageſimum ſeptimum vitæ ſuæ annum expleverat, & ad extremos dierum terminos conſiſtere videbatur: Supervixerat tamen adhuc vix non integro biennio, crebris tamen conflictatus morbis, quorum etiam violentiæ ſuccumbens, Romæ die vigeſima quarta Februarii vivere deſiit, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo nono: Sepultus eſt ſine omni pompa funebri in Eccleſia S. Mariæ Lauretanæ. Cetera rum Vir erat morum integritate, & animi candore conſpicuus, æqui, rectique ſtudioſus, ac nulli parti addictus

§. XXV.

Emerici Czacky Cardinalis obitus.

Alter

Alter erat Emericus Czackyus ex vetuſtiſſima, & illuſtriſſima totius Hungarici Regni Familia ortus. Primam lucem aſpexit Cſepuſii in feudo gentilitio die vigeſima octava Octobris anno ab Incarnatione Dominica ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſecundo ſupra milleſimum. Clariſſimum omnino habuit Patrem Stephanum Comitem Cſepuſii ſupremum Curiæ Hungaricæ Judicem, plurium Dinaſtiarum Dominum, Matrem vero Claram Melith eximiæ Nobilitatis Fœminam. Ætatem teneram Emericus in literarum Studiis indefeſſa diligentia Caſſoviæ exercuit, inde vero Viennam profectus, in Collegio Pazmanniano Philoſophicis diſciplinis ſtrenue incubuit, periculum etiam publicum in arena literaria fecit, haud ſegniter ſuſcepta dimicatione Philoſophica ſub auſpiciis Leopoldi Imperatoris, cui teſſeras nuncupavit. Jam tum ad ſumma quæque elucebat Emerici adoleſcentis indoles, & quamvis utpote natu major in ſpem univerſæ Familiæ, ac hæreditatis paternæ excreſceret, generoſo tamen animo, quod Cæſaris favor, generis nobilitas, & opum affluentia ampliſſimum obtulerat, contempſit, ac ſeſe totum ſacræ militiæ in Eccleſiæ obſequium dicare ſtatuit. Eo fine Romam contendit, in Collegio

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII A. C. 1732

Hungarico ad S. Apollinarem receptu ubi etiam rebus Theologicis adeo le dulam navabat operam, ut magna in genii ſui commendatione ceteros ante celleret, ſuasque Theſes Innocentio XII conſecratas publice defenderet, lau rea Doctorali decoratus. His orna mentis excultus magnum Eccleſiæ Religioni, Reique publicæ columen parabatur: quippe in Patriam reduxi enituit, ut honore feſtinato Caſſovien ſis Parochus, Agrienſis & Jaurinenſi Canonicus, Abbas B. V. de currum raculoſo in Varadinenſi Diæceſi, demum Abbas ad S. Petrum Topol ſchaviæ renuntiaretur. Anno Domi milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ptimo præ ceteris ſeligebatur, ut pr digiis claram imaginem B. Virgin Pozienſis ob Turcici incurſus metu Caſovia Viennam transferret, in fac laboris præmium Noviani Epiſcopi tulo auctus. Demum vero ſub annu hujus ſæculi quintum Epiſcopus Va radienſis electus, Hungarici Reg Conſiliarius & paulopoſt nomina Leopoldo Imperatore Poſſonienſis Co legiatæ Eccleſiæ Præpoſitus renunti batur. Decimo poſt anno a Joſepho Cæſare ad Archiepiſcopalem Sedem Colocenſem evocatus a Carolo VI. fan ctiori conſilio admovebatur. Ita nempe tre

tres ex Auguſtiſſima Domo Auſtriaca Imperatores in remunerandis tanti Viri meritis certare videbantur: nec viciſſim Emericus acceptis favoribus reſpondere, & ampliora promereri deſtitit: quippe qua Regius Adminiſter in arduis quibusvis cauſſis Hungarici Regni neceſſitates ſpectantibus Vir integerrimus conſilio & ope ſemper adfuit, qua Archiepiſcopus Religionem Catholicam ſummo animi ardore, quem tamen pietas & prudentia moderabatur, coluit & propagavit, præſertim calamitoſo illo tempore, quo Regnum, ejusque Eccleſia a rebellibus & hæreticis fœde devaſtabatur; Hos igitur a fide Romani Pontificis & a fide Cæſaris deficientes imperterrito pectore increpavit, damnavit, inſectatus eſt: Exulaſſet penitus ex Urbe Dabrecina Religio Catholica, niſi Emerici vigilantia, auctoritas atque induſtria ſtabilem eidem Sedem fixiſſet; cum enim Helveticæ Confeſſionis Sectarii adeo a Romano - Catholica Fide abhorrerent, ut neminem in ſuum Civem adſciſcerent, niſi Calvini errores palam profiteretur, Cſakius, ut peſtis progreſſum ſiſteret, Templum ex reditibus ſuis a Fundamentis erexit, illudque curæ Clericorum Regularium, qui a Scholis piis nomen habent, cum jure

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Parochiali demandavit, selectu pla
non pœnitendo; quippe indefessi i
Dominicæ Vineæ Operarii prædicand
docendo, hortando Religionis Cath
licæ sanctimoniam tam efficaciter com
mendabant, ut fide nutantes firm
rent, devios reducerent, quamplu
mos a seductione præmunirent, &
dem in Urbe securiorem redderet
Evangelici laboris fructum adhuc ub
riorem fecit pia Emerici liberalitas
qua quatuor novas Ecclesias in
Diæcesi ex integro ædificavit, iisq
Parochos Religionis Zelo & mor
integritate spectatissimos præfecit. C
nobitas quoque S. Pauli primi Erem
& PP. Capuccinos Varadinum inve
Nobiles denique Hungaros, præci
illos, qui ejuratis erroribus ad sinu
Ecclesiæ reversi sunt, benigne fov
eisque de vita honeste sustentanda
giter providit. Nil tamen ad Re
gionis & disciplinæ restaurationem
efficacius, quam ipsum dignissimi h
jus Præsulis exemplum: ipsus e
gregem sibi commissum crebris serm
nibus edocuit, præceptis Catholi
imbuit, morientibus Sacramenta
ministravit, pauperes liberali ma
adjuvit, Sacra ferme quotidie, quam
vis sæpe non sine vitæ periculo, Ro
mano more peregit, Varadini Eccle
siam

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

siam majorem, & Seminarium pene a fundamentis erexit, ejusque diligentia nihil reliquum fecit, quod ad promovendum Dei Cultum, & propagandam fidem Catholicam conferret. Tot meritorum fama excitatus Clemens XI. Papa egregium hunc sacræ Religionis in Hungaria Assertorem ad impensas Caroli VI. Imperatoris preces Cardinalium Collegio adscripsit, ut Hungariæ triumphis honorem Purpuræ Hungaro delatæ superadderet: Hanc caussam ipse Pontifex expresserat, dum in secreto, ut ajunt, *Consistorio* Purpuratos his verbis alloquebatur.

Venerabiles Fratres!

„Ut Hungaricis victoriis plenior „hac die lætitiæ cumulus addatur, ad „gloriam Omnipotentis Dei, sanctæ„que Romanæ Ecclesiæ Utilitatem ac „decus palam hodie evulgare ac de„clarare intendimus illum Cardinalem, „quem in Consistorio Secreto die 12. „præteriti Mensis Jul. habito creavi„mus, & in pectore reservavimus, „videlicet Venerabilem Fratrem Eme„ricum Csacki Archiepiscopum Colo„censem; congruum enim ac valde „opportunum existimamus, hoc tem„pore Hungaricum præsulem, non

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„tam generis claritate quam virtutibu
„præstantem, ampliſſimo Ordini Vest
„adſcribere, ut tam ipſe, quam a
„illius Apoſtolici Regni Epiſcopi a
„agrum ſibi creditum excolendu
„nunc maxime alacriores reddantu
„cum Meſſis amplior majorem oper
„riorum ſedulitatem exquirit: ipſun
„que Regnum ſpeciali quodam ju
„huic ſanctæ Sedi addictum, quip
„quod ei jam dudum a S. Stepha
„Rege oblatum fuerat, novo hoc
„præclaro Pontificiæ largitatis arg
„mento lætari valeat.„

Anno ſequenti rubrum Biretum
Abbate Joanne Maſſeio allatum i
Imperator ſacrato vertici in Cæſa
Sacello conſueta pompa impoſuit. E
ricus vero adeo pereleganti orati
grates rependit, ut ſimul ſe Religi
usque ad ſanguinis profuſionem, ſim
que Auſtriacæ Domui usque ad ext
mum vitæ halitum fore addictiſſim
teſtaretur. Interfuit Romæ S. Co
tiis, in quibus Innocentius XIII. D.P
ſolium conſcendit, inde in Hungari
reverſus, ſolemnem Regni Hunga
Conventum acceſſit, tantumque
effecit, ut ſanctio Pragmatica in Re
per publicum decretum approbaret
Anno autem hujus ſæculi vigeſi
tertio variis Regni Hungarici digni
tib

tibus auctus, in Abbatem S. Gotthardi nominabatur. Mortuo Innocentio XIII. rursus Romam petere parabat, vix autem Bononiam venerat, cum jam Benedictum XIII. ad summi Pontificatus apicem evectum comperiret, quocirca illico in patriam reversus, per sex annos a religione, prudentia & Zelo commendatissimus Diæcesin suam rexit, nec a grege suo Pastor fidelis unquam recessit, nisi post Benedicti P. obitum, dum ad S. Comitia Romam redire a S. Cardinalium Collegio rogabatur, ubi, quantumvis a Carolo VI. Imperatore non nisi ægerrime dimissus, suum tamen suffragium ad electionem Clementis XIII. contulit. Inde redux, biennio post gravi morbo correptus, prope Varadinum Scalkæ in castello a se constructo die vigesima octava Augusti, sanctissime, uti vixerat, sexagenarius obiit, non sine maximo omnium luctu, & majore adhuc Patriæ, ac orthodoxæ fidei jactura. Sepultus est Dabrecini in Ecclesia S. Annæ Clericorum Regularium Scholarum Piarum olim a se ædificata.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

§. XXVI.

Cornelii Bentivoli Cardinalis decessus.

Postre-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Postremus ex Cardinalibus hoc an defunctis erat Cornelius Bentivol patria Ferrarienſis, qui ex illuſtriſſim Bentivolorum gente ortus die vigeſi ſeptima Maij anno poſt Chriſtum n tum ſexcenteſimo ſexageſimo octa ſupra milleſimum fauſto ſydere in l cem editus eſt. Clariſſimos habu Parentes Marchionem Hypolytum, Lucretiam Pio de Sabaudia. Horu inſtitutione morum innocentiam & vi tutis amorem, pietatemque alte co bibit: naturæ autem beneficio ei co tigit ingenium ſagax, ſtrenuum & indu ſtrium, incredibilis memoriæ felicita raraque in aggrediendis exequend que negotiis dexteritas. Optimis pueritia uſus eſt Inſtitutoribus, qu rum ſolertia in Philoſophicis & The logicis diſciplinis plurimum profecer Jurisprudentiæ etiam in patria operam dedit, & maxima quæque de ſe, cu etiam ſpecialis probitas accederet, po licitus eſt. His ergo dotibus locupl tatus, ad publica quoque munera id neus ac maturus credebatur: Ea gr tia Romam miſſus, a Clemente X Papa inter Præſules Romanos coopta meruit. Verum dignitas a labore ſe gregata nec animi magnitudinem, ne ingenii ſui ubertatem explere, nec ſu Eccleſiæ obſequia dicandi deſiderium ſatiare

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

satiare poterat, quocirca Consultoris officium in arduo Rotæ Romanæ tribunali ambitione laudabili diu petierat; præventus tamen a suo Concive Hieronymo Crispio, Cameræ Apostolicæ Clericus & militiæ Pontificiæ Præses nominabatur. Utrumque hoc munus lubens obivit, nedum quia utilius, sed quia ad altiora proin & magis ardua aptius videretur. His igitur Magistratibus per plures annos strenue defunctus, tandem Apostolicus ad Gallos Nuntius decernitur, titulo Archiepiscopi Carthaginensis decoratus. Tum vero ingens erat negotiorum moles prudentissimo Viro superanda; inciderat enim in turbulenta illa tempora, ubi Quesnelli Sectatores (nam subtiliter errare, & scite fallere didicerant) omnis ferme Ordinis potentum patrocinia invenerant. Nec tamen horum pertinacia virili Nuntii pectore superior erat; quippe Constitutionem *Unigenitus* in Francia promulgare jussus. Noaillio Cardinali, ceterisque Episcopis ei adhærentibus denuntiabat. hanc Constitutionem sine ulla limitatione, declaratione. aut interpretatione ceu fidei Regulam esse acceptandam; reclamantibus tamen hisce Præsulibus, Bentivolus Regem accessit, eique exposuit, præsentes

Regni

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Regni turbas haud citius, quam pro
pto obſequio extingui poſſe, victor
in celeritate ſitam eſſe, lolium rad
tus eruendum, priusquam firmas a
ret radices: rem hanc non ejus
naturæ, ut cunctando reſtitui pos
præſentem morbum propera Me
ope, ne porro ingraveſceret, ege
nilque conſultius fore, niſi ut
pertinaces Epiſcopos Romam c
permitteret. Attamen hoc ejus pr
bus haud datum eſt, utpote Gallic
Eccleſiæ libertatibus, Conciliorum
nonibus, & Regni legibus adver
Tali rerum ſtatu obiit Ludovicus
Galliarum Rex, quo ſolo, quæ ad
ſpes ſupererat, nitebatur: Prin
enim Aurelianenſis, tum ſumma
rum potitus, primo inhibuit, ne
tius cum Epiſcopis Conſtitutionem
ceptantibus in ſuo Palatio confer
poſtea haud obſcure Bentivolo ind
vit, ſuum e Francia diſceſſum G
haud moleſtum fore, præcipue ſi a
ſubrogaretur, qui in præſenti re
viciſſitudine minorem ardorem,
joremque moderationem exhibe
Ab eo tempore alia ex alia accrev
Bentivolo moleſtia, donec tandem
ſummo Pontifice anno hujus ſæculi
cimo nono Romam revocaretur, i
rogato in ejus locum Maſſeio Præl

Nec tamen exantlatis tot laboribus suum deerat præmium; eodem enim adhuc anno die vigesima nona Novembris Purpuræ honorem a Clemente XI. consecutus est, eoquod (verba sunt ejusdem Pontificis) *non sine diuturnis laboribus, angustiis plurimis, rerumque ac temporum asperitatibus maximis summa fide, summaque diligentia suam Nuntiaturam expleviſſet.* Credebatur tamen nimio ardore tutatum esse Pontificiam auctoritatem, ac intempestivo nimis Zelo res in Galliis sat perturbatas magis exasperasse. Utut de hoc sit, extra dubium tamen est, quod hujus Nuntii officia plures per annos Regi exstiterint gratissima, ac ipse singulari sua prudentia gravissimam litem composuerit, quæ inter Rupellensem Episcopum, qui cum vicinis Episcopis de finibus, & reditibus contendebat, tum temporis enascebatur. Tandem Romam delatus, in pluribus Patrum Cætibus suum tulit suffragium, ac Æmiliæ Legatus a Latere dictus hanc Provinciam sexennio summa cum laude administravit: expleto autem hoc tempore sub Pontificatu Benedicti XIII. Regnorum Hispaniæ renuntiatus est in Urbe Administer, cujus fidelitatem Rex remuneraturus, Ludovicum Marchionem de Bentivoglo Patruum ejus Hispa-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Hiſpaniæ, ut vocant, *Grandibus* acce
ſuit, eumque ſelegit, ut Caroli Hiſpa
Infantis nomine omnia Farneſianæ D
mus bona ſolemni poſſeſſione eide
aſſereret: Omnibus denique hiſce h
voribus, conſueto humanæ felicita
vitio, mortis invidia finem impoſui
quippe Bentivolus die vigeſima octa
Decembris eo demum redactus eſt i
firmitatis, ut fatiſcente toto corpo
intra varia ſymptomata lanqueſcere
demum vero ad ingrediendum æter
tatis iter ſacro Viatico & ſacro ol
ad luctam ultimam munitus, die trig
ſima ejusdem Menſis animam exha
ret, annos natus ſexaginta quinq
Corpus ejus ex Regio Hiſpaniarum P
latio ad Eccleſiam ejus Titularem S. C
ciliæ translatum eſt, ibidem juſtis
more perſolutis tumulatus. Erat
omni ſcientiarum genere verſatiſſim
ac ingenio a teneris ſic comparat
ut unas in delitiis haberet literas,
eruditorum conſortio unice acquie
ret. Delectabatur mirifice Poeſia l
lica; varia etiam carmina, quæ h
invita Minerva concinnaverat, in
ratorii *perfecta Poeſia Italiana*, nec
in collectione ſelectorum poemat
Venetis literis excuſa proſtant, libr
etiam duodecim Thebaidos Poetæ P
pinii Statii ex latinis in Italos verſ
per

pereleganter transtulit, eosque Romæ Anno 1729 sub mutuato nomine *Selvagii Purpura* typis edidit. Denique præter plurimas lucubrationes prælo dignissimas Faventiæ publicam lucem aspexit nitidissima Bentivoli oratio, quam apud Ravennates de Rancona & Montona fluviis habuit. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

§. XXVII.

Diversæ Clementis XII. Constitutiones & decreta.

Inter alias, quas Clemens Papa hoc anno edidit, celebris est Constitutio, qua die septima Februarii ad preces Præsidis Generalis, totiusque Congregationis Cassinensis Ord. S. Benedicti antiquum cultum in Monasterio Sacri specus prope Sublacum restituit. Refert igitur Pontifex, quod S. P. Benedictus in aspero Monte sub præcipiti rupe in quodam specu prope Sublacum plures annos delituerit, ibidemque prima Ordinis sui fundamenta jecerit: Eapropter statim post sancti Patris obitum hic locus a Christifidelibus in magna veneratione habitus, & monasterium sub titulo S. Specus erectum fuerit, & duodecim Monachi ex præfato Ordine in Sacro hoc loco Deo fideliter inservierint. Hoc tamen monasterium ob

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

bella, aliasque calamitates penitus
verſum ſæpius poſtea reſtauratum,
denuo dirutum, tandem ab Abb
Romano ſub annum Chriſti milleſim
ducenteſimum recens exſtructum f
rit, in eoque Prior cum ſuis Monac
ita habitaverit, ut eis Monachi C
ventus vicini S. Scholaſticæ alime
ſubminiſtrarent: Quoniam vero p
greſſu temporis duodecim hi Mon
haud ultra ali potuerint, Landus
bas pro ſex Monachis varias aſſigna
poſſeſſiones. Anno autem 1320. Ab
Bartholomæus ob auctum fidelium
curſum rurſus in præfatum Mona
rium duodecim Monachos, & d
Oblatos induxerit, annuosque Mo
ſterii redditus auxerit, & Abbas
naſterii S. Scholaſticæ expenſas p
& vini tam Monachis, quam Hoſ
bus dietim ſuppeditare juſſus fue
Increbreſcente autem Monachor
qui ſacrum locum inhabitare certab
fervore Franciſcus Abbas Anno 1
in locis vicinis quasdam ædes ad
ſtar Eremorum conſtruxerit, ibi
viginti Monachi auſteriorem vivi
rationem amplexati fuerint. Poſtq
vero hoc Monaſterium in comm
dam datum fuit, decreſcente ferv
Conventus pene deſertus jacuerit,
uno vel altero duntaxat Monacho
hab

habitatus, donec Clemens Papa XI. Sacrum Specum visitantibus plenariam indulgentiam, & Monachis peregrinantes ab omnibus censuris & peccatis etiam reservatis solvendi facultatem dedisset, inde factum, ut populi devotione & concursu indies crescente Abbas Monasterii S. Scholasticæ faciliorem ad Specum viam aperiret. Cum autem quondam Ægidius Columna ex eodem Ordine Patriarcha Jerosolymitanus octo Scutorum millia præfato Monasterio ea lege dedisset, ut sex ibi Monachi alerentur, hoc autem donum effectu caruerit, Nicolaus Maria Tedeschius ex Monacho Cassinensi Archiepiscopus Apamenus sub eadem conditione quatuordecim Scutorum millia eidem Monasterio applicarit, & alii alias insignes donationes fecerint. Eapropter Pontifex præcepit, ut in perpetuum octo Monachi, & duo Conversi sub uno Priore ex his redditibus alerentur, Abbati S. Scholasticæ subessent, Monachis tamen viatica dare non tenerentur, ægroti vel in suo vel in Monasterio S. Scholasticæ curari possent, fidelium illuc confluentium confessiones exciperent, quotidie choro interessent, certasque preces in Sacro specu persolverent, &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Præter hanc Constitutionem Pontifex per aliam die duodecima ejusdem

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Menſes revocavit varia privilegia
vivæ vocis oraculo, vel reſcriptis
ceſſa, niſi per literas Apoſtolicas a
dinalium Congregationibus, aut
manæ Curiæ Prælatis edita, &
manis Pontificibus approbata ſint, ſa
tamen & firma eſſe voluit ea, quæ
Officio Pænitentiariæ Apoſtolicæ qua
docunque conceſſa fuerint, ſeu em
narint. Revocabantur autem hæc
pote præfatis conditionibus deſtitu
I. Audiendi Confeſſiones ſine fac
tate Epiſcopi & Superiorum, aut
gendi Confeſſarium ab eis non app
batum. II. Abſolvendi a caſibus Bul
Cænæ, aut Papæ & Ordinario vel Su
riori Regulari reſervatis. III. Eximen
aut abſolvendi ab obligatione den
tiandi. IV. Utendi quibuscunque
cultatibus reſervatis, licet pœnit
tiariis eſſent conceſſæ. V. Relaxa
juramenta quælibet, etſi non agatur
præjudicio tertii. VI. Diſpenſandi
irregularitate, vel impedimento
trimonii dirimente, quamvis occu
VII. Convalidandi titulos Benefic
rum. VIII. Celebrandi Miſſam in
tari Portatili. IX. Absque legiti
cauſſa non recitandi horas Canonic
aut illas commutandi. X. Utendi
jusmodi indultis, quæ votum Paupe
tatis, Regularem obſervantiam, Ap
ſtolica

ſtolicas Conſtitutiones, vel Ordinis ſtatuta infringunt. XI. Loquendi cum Monialibus ſine Superiorum licentia. Præterea idem Pontifex die trigeſima Martii plures literas in favorem quorumdam Regularium, & Mendicantium a Benedicto XIII. conceſſas moderatus eſt, easque ad terminos juris Communis, Concilii Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum reduxit. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Die autem vigeſima nona Februarii indixit Jubilæum pro Chriſti fidelibus Romæ, Italiæ & Inſularum, ſi Dei opem in præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus imploraverint: easdem quoque indulgentias, ſicut in anno Jubilæi extendit ad Hiberniæ incolas, dummodo Deum pro ſpiritualibus hujus Regni neceſſitatibus deprecati fuerint. Die vero trigeſima prima Martii confirmavit Regulas Monachorum Montis Libani, Syrorum, & Maronitarum Ordinis S. Antonii Abbatis. Item Congregationem Sacræ Familiæ Jeſu Presbyterorum Sæcularium fundatam Neapoli ad inſtitutionem Juvenum Sinenſium & Indorum, uti jam ſupra meminimus. Confirmavit etiam Pontifex die vigeſima Maij decretum, quo ab Abbate Mexicano S. Petri ſtatutum, ne in eorum Collegium, Hoſpitale, Domus & habitationes mulieribus pa-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

teat acceſſus. Præterea die qui
Julii Romæ Pontifex erexit Congre
tionem ſub titulo perpetuæ Adora
nis SS. Sacramenti in Eccleſia Co
giata S. Mariæ ad Martyres: nona
tem ejusdem Menſis die eandem C
gregationem in Archiconfraternita
evexit. Die autem trigeſima pri
Julii ſtatuit, ne Carthuſiani incon
tis ſuis Superioribus gratias aut offic
lege *nunquam* Episcopos pro doct puritate vocem extollentes com hendere voluerit. Nec in ipsa refutatione, quod carperet Fleury repererat; hanc enim debita mod tione fuisse concinnatam ipsus fate tur, illiusque Auctorem ad refelle hæc anecdota, utpote abominand infernalium tenebrarum monstr ipsus sollicitabat. Nihilominus tam non deerant quamplurimi, qui ide dem inquietissimo prætextuum turb Fleury Cardinalis aures & anim circumsonarent, exponentes, ac piendas hujus temporis turbas, d extinguendas utrinque conten flammas nil magis esse necessarium ut omnia promiscue scripta de m nis controversiis edita supprimere Arctabatur Fleuryus, qua Præsul Religionis officia, & qua Minister Regni commoda, hinc pugnante m num vicissitudine, quid decern dubius hærebat: tandem vero Au rum suasionibus cessit, male persu se publicæ tranquillitatis studio Ecclesiæ pacem procuraturum. tuit ergo quodcunque demum scrip circa præsentes controversias edi omnino esse supprimendum. Hoc c silium, quod quidem non ex volun tis pravitate, sed ex pietatis spe

ortum traxerat, Rex ſecutus, die vigeſima ſexta Januarii anno ſequenti per ecretiorem Senatum hæc opuſcula, tanquam ſilentii præcepto contraria ſupprimi juſſit, I. Anecdota, & eorum refutationem II. Epiſcopi Maſſilienſis librum III. Tutellenſis Epiſcopi ſcriptum dogmaticum. IV. Et Clementis, qui ſupremæ Pariſienſis Parlamenti Curiæ a conſiliis erat, librum, quin tamen illius Auctor nominaretur. Quam iniquo autem animo ceteri Franciæ Præſules Siſtaricenſi Epiſcopo illatam injuriam tulerint, ad annum ſequentem referemus. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sub idem tempus Generalis Curiæ Procurator Pariſienſem Archiepiſcopum adorſus, graviſſimis verbis eidem expoſuit, innumera pene mala, ac ingens animorum damnum inde fuiſſe exortum, quod Parochorum non pauci ob appellationes ſuas a Conſtitutione interpoſitas ſuis Miniſteriis fuiſſent amoti. Hujus querelis permotus Archipræſul ſanxit, ut omnes ſuæ Diæceſis Parochi ſive Moliniſtæ, ſive Appellantes, ſive ut vocabant, Re - Appellantes eſſent, ſuas exercerent functiones, quin impoſterum ab eis inquireretur, utrum Conſtitutionem reciperent, necne.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

§. XXXVIII.

Quædam Theſes a Regio Senatu proſcriptæ.

Quamquam Ludovicus XV. Franc Rex novos populi tumultus p timeſcens, Parlamenti ſui audacu exilii pœna rurſus plectere nollet, tamen ab immoto ſuo remiſit ſtud quo Sacræ poteſtatis jura laicorum nibus attrectari vetuit, enatasque i controverſias ſoli ſuo judicio refer vit. Eapropter cum anno priori trigeſima prima Decembris Joan Stanhucan Limericenſis in Hybe Presbyter, & Pariſinæ Facul Theologicæ Baccalaureus octo th de Sacræ & civilis poteſtatis limit Præſide Magiſtro ac Sorbonæ Doc Joanne Leullier propugnandas ſuſc ret, mox Menſe Januario hujus præfatæ Facultatis Syndicus in R Senatus, & Parlamenti Curia com rere juſſus eſt, rationem redditu qua de cauſſa ejusmodi Theſes def permiſſiſſet, cum tamen jam annc jus ſæculi trigeſimo primo per ſanc ris Senatus decretum omnibus U verſitatibus, cunctisque Facultati ſevere inhibitum fuiſſet, ne ejusm diſputationes ibidem inſtitui conce

rent. Auditis Syndici excusationibus non modo Parlamentum, sed & Regis Senatus has theses suppressit, cunctaque earum exempla ad Regni Cancellarium deferri jussit. Idem fatum subiere theses, quas Meroniontus Theologiæ Baccalaureus in Sorbonæ Aula die nona Februarii publice tuebatur; altera enim die Regii Consilii decreto suppressæ fuerunt, ac Facultati interdictum, ne deinceps publicæ concertationi exponi permitterent ejusmodi thesseras, quibus pristinæ innovari possent controversiæ, præcipue cum Rex sibi reservasset, tam Sacræ quam profanæ potestatis jura defendere. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

§. XXXIX.

Binæ propositiones ad Parisinam Facultatem delatæ.

Eodem hoc anno die prima Martii Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis consueta sua habuit comitia, in quibus Magister Machetus exposuit, præterito Mense in Collegio Grassinæo a Roberto Basselino Baccalaureo Theologiæ, & Professore Philosophiæ publice propugnatam esse hanc thesin: *Nullus ipsorum infantium, cui denegatur æterna felicitas, non propter prævisam conditionate, hoc est, si vita suppeditavis-*

Sæc. XVIII A. C. 1733.

set, quam commissurus fuisset culpam telligitur in massa perditionis relin In sola Pelagianorum & Semipelagia rum opinione doctrinam illam repud Augustinus, vel Clarius: *Omnes infa quibus denegatur æterna felicitas, inte guntur in massa perditionis relinqui p pter culpam, quam Deus prævidit illos c missuros fuisse, si ad maturam pervenis ætatem. In sola Pelagianorum & Se pelagianorum opinione doctrinam illam pudiabat sanctus Augustinus.*

His perceptis Facultatis Syndic die prima Martii Deputatos nomin petiit, qui hanc propositionem ma examine perpenderent, & in proxi comitiis desuper referrent. Unde ergo nominantur Magistri, quos tu prævenerat Artium Facultas, quantumvis præfata thesis esset m Theologica, suam tamen censur contra illam pronuntiabat. Jus su sibi hac ratione præreptum, vehem ter doluit Facultas Theologica, circa Romignyus Sorbonæ Synd querulas ad Cardinalem Fleuryum Comitem Maurepasium literas de nec improspero successu; quippe C dinalis pro suo in Sorbonam affe eidem potens obtulit patrocinium, e citque, ut Rex juberet, quatenus c sura lata a Facultate Artium in Fac

tatis tabulis non inscriberetur, eoquod Augustissimus Princeps sibi reservasset, jus pronuntiandi, quid juris esset circa negotium, quod inter Sorbonam & Artium Facultatem intercederet. Interim Deputati circa thesis doctrinam deliberarunt, suamque mentem Francinio Decano & Comitiorum Præsidi aperuerunt: quo facto septuaginta Magistri suam dixere sententiam; in proximis autem comitiis Facultas Theologica ratum habuit id, quod Syndicus occasione decreti a Facultate Artium pronuntiati egit, dum hæc sibi jus novum arrogavit damnando ex Bassetini thesibus propositionem mere Theologicam, postea censuit Fleurio Cardinali epistolam nomine Facultatis esse scribendam, eique grates esse rependendas pro potenti ejus protectione: Statuit denique, ut Cardinalis epistola plenis in comitiis perlecta, Deputati examen propositionis denuntiatæ penitus absolverent: Auditis igitur eorum judiciis Facultas die vigesima tertia Junii decretum edidit, in quo primam hujus propositionis partem proscripsit, tanquam *temerariam, falsam, S. Augustini doctrinæ contrariam, Semipelagianismum aliqua ex parte renovantem.* Alteram vero partem, in quantum innuit, hanc doctrinam a S. Augustino in sola

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Pelagianorum & Semipelagianor opinione fuisse repudiatam, per acsi S. Doctor in alio sensu eam misisset, censuit Facultas, *illam falsam, & a S. Doctoris principiis omn alienam:* Perlecto hoc Decreto Depu Theologicas proposuere rationes, q bus ad ferendam hanc sententiam moti essent: Demum vero Facul hoc suum decretum ad Regem per lit, cujus nomine Comes Maurepa die vigesima quarta Junii Compe has ad Syndicum dedit literas: *percepto Universitatis decreto die vigi tertia Junii circa Basselini thesin mihi injunxit, ut Rectori significarem, tenus ipse præfatum decretum vel a Universitatis referri, vel typis edi in hæc Tibi perscribere jussus sum, ut F tati Theologiæ significes, quod Rex caussæ cognitionem sibi reservarit, & in re Facultati, quod juris ei debe redditurus sit.*

§. XL.

Basselini palinodia.

In eo statu tum erat hæc caussa, die decima octava Augusti Bas nus Syndicum accederet, eique sc ptum suo chirographo ac Sigillo mu tum traderet, in quo declarabat, q

Sæc. XVIII. A. C. 1738.

ad mentem & sententiam Deputatorum pariter suam propositionem improbaret, ac rejiceret: Altera igitur die Syndicus Facultatem desuper certiorem reddidit, subjungens, hunc Magistrum sibi videri eo majore laude dignum, quo promptius, antequam Sacer Ordo juridice pronuntiasset, ipse prior fuisset accusator sui, suamque assertionem, certe reprehensione & censura dignam adeo candide retractasset, parcendum igitur personæ, sed nihilominus ad propositionis censuram esse procedendum: His dictis palam coram omnibus Magistris prælecta est Basselini retractatio, hoc tenore:

„Ego infra scriptus Baccalaureus „Theologus & Philosophiæ Professor „Emeritus in Grassinæo, declaro co„ram Sacra Facultate alma matre „mea, me alienum fuisse semper, & „Deo favente fore, quamdiu vivam, ab „omni hæresi Pelagianorum, Semi„pelagianorum &c.

„Quoniam igitur audio propositio„nem istam extractam ex Thesibus „meis philosophicis & ad Facultatem „delatam: *Nullus ipsorum infantium, cui denegatur æterna felicitas non propter præviſam, conditionate, hoc est si vita suppeditavisset, quam commissurus fuisset culpam, intelligitur in massa perditionis relin-*

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

qui. In ſola Pelagianorum & Semipe-
gianorum opinione doctrinam iſtam repu-
bat Auguſtinus, Magiſtris Sacræ
„ cultatis Pariſienſis diſplicere & imp
„ bari, eo ſenſu ſcilicet, quod alia
„ ex parte renovet errorem Semipe
„ gianorum & adverſetur doctri
„ S. Auguſtini, eam ego pariter
„ probo & rejicio, actumque meæ
„ clarationis poſtulo. Signatum
„ felin.„

Abſoluta hujus revocationis le
ne Sacra Facultas Baſſelini propoſi
nem ſequenti cenſura notavit.

„ Hæc propoſitio extracta ex T
„ ſibus Philoſophicis publice propug
„ tis in Graſſinæo arbitro M. Ro
„ *Baſſelin*. Baccalaureo Theolog
„ Philoſophiæ Profeſſore columna
„ ma paragrapho 6. & ad Sacrum
„ dinem delata in Comitiis generali
„ iisque ordinariis die ſecunda M
„ 1733 his expreſſa verbis. *N*
ipſorum infantium, cui denegatur a
felicitas, non propter præviſam con
nate, hoc eſt ſi vita ſuppeditaviſſet,
commiſſurus fuiſſet culpam, intelligit
maſſa perditionis relinqui. In ſola P
gianorum & Semipelagianorum opin
doctrinam illam repudiabat Auguſtinus.

„ Hæc propoſitio quatenus aſſe
„ omnes infantes, quibus denegatur
„ ter

„ terna felicitas, ob culpam, quam com- Sæc. XVIII.
„ miſſuri fuiſſent, ſi vita ſuppeditaviſſet, A.C. 1733.
„ relinqui in maſſa perditionis, falſa eſt,
„ temeraria, contraria doctrinæ ſancti
„ Auguſtini, erronea & ex parte Semi-
„ pelagianismum renovans, quatenus
„ vero propoſitionis auctor contendit
„ doctrinam in dicta propoſitione con-
„ tentam in ſola Pelagianorum & Se-
„ mipelagianorum opinione fuiſſe a
„ S. Auguſtino repudiatam: declarat
„ eadem S. F. iſtam propoſitionem fal-
„ ſam eſſe, S. Doctori injurioſam & ab
„ ejus principiis omnino alienam, ne-
„ que Sacra Facultas intendit appro-
„ bare alias propoſitiones, quæ in dictis
„ Theſibus leguntur.

Signatum de Leſtang, Pro-Decanus.

§. XLI.

Sacræ Facultatis Cenſura contra aliam Theſin de anima.

Die prima Martii Andreas Magiſter Leſtang Pro-Decanus & comitiorum Præſes aliam Theſin Medicam denuntiabat, in qua hæc agitabatur quæſtio: *An a functionum integritate, mentis ſanitas?* Hæc propoſitio in publica Facultatis Medicæ diſputatione die octava Januarii propugnabatur Præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Præside de L'Epine Doctore, ac
cultatis Medicæ Parisiensis Rect
Ad examinandam hanc thesin &
ductas inde plurimas propositiones
minabantur quidem plures Magi
quos inter tamen gravis exorta
contentio, ad quam tollendam Sy
cus nil opportunius esse censeb
quam si omnes Deputati pro suo
Facultatem studio semel & iterum
Facultatis ædibus convenirent, ea
re acturi. Spopondit vero Syndic
se interim curaturum, ut hæ the
singulis Deputatis distribuerentur,
scriptotenus denuntiatæ traderen
propositiones: Annuit Facultas &
Magistrum Peyroux Carmelitam
navit, ut Barrini absentis Dep
vices ageret: die autem quarta
vembris Magister de Targny senio
Deputatis in comitiis exposuit:
„unanimem fuisse doctorum Dep
„torum circa istud negotium sen
„tiam: eorum vero majorem par
„censuisse thesim Medicam a S
„Facultate minime probari posse,
„esse improbandam ob nonnullas
„positiones ambiguas, obscuras &
„nus accuratas, quæ separatæ &
„junctæ ab assertionibus suspicion
„injicerent, auctorem Theseos
„*problematis loco quæstionem de anima*

„*mortalitate propoſuiſſe.* Cæterum vi- Sæc. XVIII.
„ſum non fuiſſe in eadem theſi aſſer- A. C. 1733.
„tiones contineri, quæ reipſa verbis a-
„pertis vel impugnent iſtud dogma
„Catholicum, vel illud etiam revocent
„in dubium; quapropter eosdem De-
„putatos non cenſuiſſe operæ pretium
„eſſe, ut theſi cenſura inureretur, ſuf-
„ficere vero ſi a Sacra Facultate im-
„probaretur, atque in commentariis
„ejus inſcriberetur expoſitio auctoris
„Theſeos prout continetur in epiſtola
„quam ipſe typis editam publici juris
„fecit.„

„His auditis Syndicus die decima
„quarta Novembris ajebat, dolere ſe
„plurimum, quod audiri non potuiſ-
„ſet in præcedentibus comitiis. Videri
„ſibi facile adduci poſſe ad concor-
„diam Deputatos, qui circa duo præ-
„cipue capita inter ſe conveniebant,
„alterum parcendum perſonæ, alterum
„improbandam eſſe theſim a Sacra
„facultate, ſi nempe talis idea con-
„cluſionis a Sacra Facultate ferendæ
„fuiſſet propoſita, in qua ſic ſuam men-
„tem declaraſſet Sacer Ordo.

Poſtea prælegebatur Rectoris de l'Epine epiſtola, quam ipſe typis e-ditam in vulgus ſpargebat. Erat au-tem illius tenor ſequens:

„Non

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Non ſine ſumma admiratione
„cepi ſparſos contra me rumores
„theſin a me expoſitam, & ſub
„præſidio die octava Januarii hoc
„propugnatam, cui titulus: *An*
„*ctionum integritate mentis Janitas?*
„triſtius Viro in honeſtate & religi
„quæ duo a ſe invicem ſejungi
„poſſe exiſtimo, educato accidere
„eſt, quam ſi ex mera ſuſpicione
„fidei integritatem in fama ſua
„trimentum patitur, eapropter
„nium hominum infeliciſſimus eſ
„niſi confiderem in æquitate eor
„qui cauſſæ merita dijudicando
„ſunt, quosque, nimne mea fallan
„nia, de puritate, & doctrinæ
„orthodoxia perſuaſos fore ſpero.
„accuſationum capita, quæ mih
„ponuntur, ſunt præcipue duo
„ejusmodi ſelegiſſe argumentum,
„me induceret in neceſſitatem
„rendi de anima, de ejus eſſentia
„de illis operationibus. II. Me
„problema animæ ſpiritualitatem,
„mortalitatemque expoſuiſſe.

„Ad primum reſpondeo, Ea
„materiam ſine ullius offenſione
„usque in noſtris Scholis ceu
„Phyſiologiæ præcipuam fuiſſe
„ctatam, & quidem ſub variis

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ſtionibus v. g. *an mens ſana in corpore ſano, an principium facultatum ſit anima* &c.

„Præter ipſam vero materiæ dignitatem inſuper me ad ſeligendum hoc argumentum pertraxit particularis ratio; multis enim perſuaſum eſt, quod omnes morbi, qui variis modis caput perturbant, & libertatem auferunt, ſint morbi reipſa mentem inficientes, proin etſi ceteræ corporis functiones in bono ſint ſtatu, medicina nil operari valeat. Ex hoc errore provenit, quod mente capti omni ævo fuerint incluſi, quin eorum affines pro recuperanda eorum ſanitate vel minimum applicari curarint. Triſtia hæc fata me excitarunt, ut humano generi adeo nocivum errorem impugnarem, atque oſtenderem, quod ejusmodi infirmitates, quæ in ipſa anima ſedem fixiſſe creduntur, duntaxat in corporis organis ceteroquin bene diſpoſitis hæreant, proin in hoc ſenſu titulus meæ theſis: *An a functionum integritate mentis ſanitas?* intelligendus ſit.„

„Ad probandum igitur, quod exiſtimatæ intellectus perturbationes ſint nil niſi veræ internarum Corporis partium indiſpoſitiones, pro certis principiis ſtatui, quod anima non ſit

„capax

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ capax pati ejusmodi alteration
„ quales materia per corruptionem p
„ titur, quod disertis hisce verbis e
„ pressi linea 34. Coroll. 4. p. 3. *Nu*
aeris constitutio potest aliquid in substantia
cogitantem? Num terræ venenati halit
valebunt eam corrumpere? Absit.

„ Hæc propositio necessario sequ
„ tur ex Assertione, quæ legitur
„ primo meo Corollario circa natura
„ Animæ. Ita ejus essentiam expr
„ mere, eamque ab essentia Corpor
„ distinquere fategi in definitione Vita
„ dicens: *Communio est rei extensæ, mo*
bilis, quæ occupat spatium, quæ mutat sp
inde locum, cum substantia, quæ nullu
loci est capax, quæ proin sedem mutari n
quit, & tamen quocunque volueris, illuc
transvolat.

Sola hæc assertio jam me satis s
„ perque vindicaret contra secundam
„ objectionem; est enim decisiva, nul
„ latenus æquivoca, & extra om
„ dubium posita: nihilominus negot
„ tium mihi facessere volunt ob hæ
„ verba primi Corollarii: *Num exten*
& solidâ gaudeat trina dimensione, q
ganti, non esse corpoream difficulter pr
baveris: At corpoream esse longe diffi
lius demonstraveris. Duo autem hic notan
velim. I. Hic non agi nisi de argu
„ mentis Philosophicis. II. Hanc pro
„ positio

„ positionem non esse *assertivam;* quippe „ comparavi duntaxat duas propositio- „ nes contrarias, & priusquam verum „ darem responsum, id, quod magis „ probabile est, propono, simulque „ observo, quod si una ex parte imma- „ terialitas animæ difficulter probatur, „ longe difficilius sit ejus materialita- „ tem demonstrare: dubium ergo hic „ duntaxat expono, postea autem re- „ solvo, aut saltem clarius mentem „ meam explico, dum alibi dico (id „ nempe est vera *assertio*) quod anima „ sit ejusmodi *substantia cogitans*, quæ „ nullo loco constringi potest, & in „ quam aeris dispositio dominari ne- „ quit, inde autem manifesto sequitur, „ quod sit spiritualis, proin longe a me „ abst, quod asseram, probari non „ posse, quod ipsus affirmo, & quod „ tanquam absolute certum adstruo.„

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ Quantum vero ad immortalita- „ tem animæ, verum quidem est, me „ dixisse de Platone: *concupivit potius, „ quam demonstravit.* Ast num Religioni „ satisfacere posset demonstratio, quam „ Plato de immortalitate animæ feciss „ existimat, inquiens, quod anima, „ quæ ex se ipsa causa est motus sui, „ nunquam perire possit, Magis ad veræ „ Religionis principia illustris hic Phi- „ losophus accessit in suo Timæo, dum „ ait,

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ait, quod sola supremi Numinis v
„luntas omnibus entibus intelligen
„bus immortalitatem tribuerit.„

„Allatis adeo manifestis vindic
„si quis adhuc contendere velit, qu
„animæ spiritualitatem in propositi
„mea: Num extensa &c. problema
„loco proposuerim, non modo reje
„sed & detestor hanc opinionem, qu
„mihi imputatur, & ab æquitate
„dicum meorum efflagito, ut obs
„vent, hanc opinionem disertis verb
„destrui per has duas assertiones: *su*
„*stantia cogitans, & nullius loci capa*

„Quamvis ergo haud dubitem, a
„sertiones meas infestam adeo inte
„pretationem non fuisse promeritas
„dolerem tamen vehementer, si a
„ejusmodi interpretationem ansam d
„dissem, & quantumcunque de sin
„mei integritate, & mentis meæ pur
„tate persuasus sim, me tamen reu
„profiterer, si de hæresis suspicione
„ex verbis meis convinci possem: t
„stimonio autem meæ conscientiæ co
„tus sum, me nihil unquam cogitas
„aut scripsisse, Ecclesiæ Catholico
„Apostolico-Romanæ doctrinis con
„trarium, utpote in cujus gremio v
„vere & mori desidero &c.„

„Perlecta hac epistola Sacra Fa
„cultas sequens tulit Judicium; Equ
„dem

„dem *hic Doctor teſtatur, alienum eſſe ſe* Sæc.XVIII.
a doctrina perverſa & impia, quæ vel im- A. C. 1733.
pugnaret immortalitatem animæ non ſecus ac ſi hominum animæ ſimul cum corporibus interirent: vel hanc quæſtionem tanquam dubiam & incertam ſineret in utramque partem agitari, hinc propter fidei ſuæ declarationem, quam in hac eadem epiſtola facit, ejus perſonam intactam Facultas relinquit. Verum attendendo ad contextum Theſeos prout jacet & legitur, prædictam Theſim Medicam vehementer improbat ob plurimas propoſitiones captioſas, temerario auſu inſertas, & ſuſpicionem legentibus injicientes in hac theſi proponi problematis loco quæſtionem de animæ immortalitate.

Improbat pariter eadem Facultas hocce principium in eadem theſi contentum; lo-
„quendum ut multi, ſentiendum ut
„pauci *quod proponitur, & traditur expreſſis verbis ut utilis vitæ regula, quæ ſemper præſto eſſe debet cuicumque, qui ſapere vult &c. ex quo abuſus horrendi in praxi ſequerentur.*

Pronuntiata hac Facultatis ſententia Syndicus expoſuit, ſe recepiſſe Regis epiſtolam, qua vetitum, ne circa hoc negotium ulterior fieret deliberatio, quocirca Facultas nil aliud agendum cenſuit, niſi ut tam Regis, quam hujus Doctoris epiſtola in commentaria Facultatis referrentur.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

§. XLII.

Auguſti II. Polonorum Regis ac S xoniæ Electoris obitus.

Jam anni prioris die decima qua Octobris Fridericus Auguſtus II. P loniæ Rex & Saxoniæ Elector hab Senatu decreverat, ad initium hu anni extra ordinem Regni comitia V ſoviæ eſſe celebranda: infauſto aute prorſus fato accidit, ut Rex adve premeretur valetudine, quocirca P ceres de ejus vita ſolliciti ſuadeba ne iniquiſſimo hyemis tempore ardu hoc iter Varſoviam usque iniret, vero eis repoſuit: *periculum equid cui me expono, probe proſpicio, plus men Regno, populoque meo, quam debeo.* Die igitur decima Januarii Dres profectus, ſexta poſt die Varſovia venit, ſæpius de magna laſſitudi conqueri auditus: cum vero e cur deſcenderet, dextro poplite in tala fimbria implicato antiquum vuln tam rudi impulſu refricuit, ut copio inde ſanguis profluueret, & Rex alte gemiſcens animo concideret; quap pter ad lectum delatus, ac intenſiſſim capitis doloribus ex interno æſtu aucti oppreſſus eſt, aſt poſt venæ ſectione tantum morbi lenimen ſenſit, ut Me dicorum

dicorum judicio mortis periculum e- Sæc. XVIII.
luctatus crederetur: quapropter die vi- A. C. 1733.
gesima sexta Januarii comitiis datum est initium, & altera die in Marescha-llum electus Ozacowskyus: Hujus Viri electio, utpote Regi gratissima, & nullo ferme contradicente peracta haud dubium erat prosperi comitiorum successus augurium: brevi tamen spes omnis concidit, cum die vigesima nona Januarii ingravescentibus capitis pedisque doloribus molesta febris per continuas accessiones tantopere ingravesceret, ut pedem totum gangræna inficeret, & extremum vitæ discrimen minitaretur: Existimabat quidem Rex hunc morbum haud fore internecinum, ne tamen sibimetipsi, neve saluti suæ deesset, utcunque tandem ægritudinis fata caderent, expiata conscientia Sacris morientium Sacramentis expiari voluit. Peracto hoc ponderosissimo omnium negotio, sepositisque omnibus curis serio sese ad extremam luctam accinxit, & demum matutino tempore diei primæ Februarii animam exhalavit, anno ætatis sexagesimo tertio, Regni Polonici trigesimo sexto, atque Electoratus Saxonici trigesimo nono. Princeps erat statura corporis ad dignitatem appositа præstans, animi fortitudine, ingenii excellentia, scientia-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

rum ubertate, Regia liberalitate magnificentia illo ævo longe celeb rimus; in bello victor, in pace Pa amantissimus. Unde merito Comes Flemmingen jam anno Christi millesi septingentesimo decimo sexto hu Regis merita hoc elogio complexus *Nullus certe Polonorum Rex genere rior, nullus moderatior in patiendis, lus in condonandis injuriis clementior quam modernus Rex, in quo, si cui hominis, a quo nemo mortalium eximi nullum tamen in eo vitium Regis rep potest.* Successit defuncto in Elec ratu Fridericus Augustus III. ejus lius, a Jagellone Polonorum Rege scendens, dignissimus paternarum tutum hæres.

§. XLIII.

Regni Ordines a Primate con vocati.

Dissolutis per obitum Regis com Viennæ, Dresdæ & Varsoviæ funebria solemni ac regia pro pompa persolvebantur, quibus rite actis Primas Regni Theodorus Co Potockius Archiepiscopus Gnesne qui ex antiquo more summam Re blicæ tempore interregni admini defuncti Regis merita & famam

lenta oratione celebravit, & Ordinum Senatum, ut de electionis negotio deliberaretur, Varsoviam convocavit, interim vero Regni copias Comiti Poniatowskio regendas commisit, ac demum die vigesima tertia Februarii in signum supremæ potestatis suæ Crucem, ac Marescalli baculum præferentibus Ministris, in publicum prodiit. Habebantur aliquot Procerum congressus, in quibus Mense Martio *sub vinculo confœderationis generalis* de sexaginta & uno articulis pro futura electione conventum est, quos Primas, octo Episcopi, ducenti nonaginta sex Senatores ac Provinciarum Legati proprio chirographo, & solemni juramento firmabant. Ex his præcipuus erat articulus, quo statutum, neminem nisi Piastum, id est, indigenam vel natione Polonum, ac Religione Catholicum esse eligendum, electionem vero omnino libere, & semota omni vi ac violentia esse peragendam, eamque die vigesima quinta Augusti loco consueto inter Varsoviam & Wollam esse suscipiendam. Insuper alius Cracoviæ habebatur Conventus seu, ut vocant, confœderatio particularis eorum, qui Ductore Palatino & Principe Lubomirskio Spiskio jurarunt, se neminem alium electuros, nisi ex Proceribus

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Polonis esset, & cum eis parem o tum vitæque societatem fovere vel Eo fine Lubomirskius exercitum ginti millium bellatorum contraxit, sub specioso conservandæ patriæ lib tatis, & prævertendi tumultus obte Cracovienſem arcem, ubi thesaur Archivum, & Regni insignia custod bantur, suo milite firmavit, dein borenſis atque Owieziusckienſis Pr cipatuum incolas in suas partes p traxit. Inde non pauci tumultuar Regis electionem haud temere divi bant: ingentes quoque turbas non s Ecclesiæ, totiusque Europæ dispen orituras pertimescebat Clemens P tifex, qui a Conisckio Cracovienſi Su fraganeo Romam misso de Regis obi nec non de turbidis Polonorum co filiis edoctus, ante comitiorum tem paternis literis Primatem serio hort batur, ut operam daret, quatenus creando Rege Polono Catholicæ Re gionis utilitas, Reipublicæ salus, populi tranquillitas spectaretur.

§. XLIV.

Dissidia ob diversos Regni Competitores.

Duo præcipui erant Polonici sceptr Competitores, Fridericus Augu stus

stus videlicet, Saxoniæ Elector, unicus Regis defuncti Filius: alter Stanislaus Lescinskyus, qui Polono sanguine ortus, & Regis Franciæ Socer, Patrem Stanislaum Poloniæ Thesaurarium, Matrem vero ex illustri familia Jablonowskia natam habuit, ac etiam olim Caroli XII. Suecorum Regis favore hoc ipsum Regnum Anno 1704. adeptus fuit, sed paucis post annis opibus auxiliisque destitutus, de eodem cedere coactus est. Hunc vel maxime provehebat Ludovicus XV. Galliarum Rex, obsistebant tamen potenter Imperator Carolus, atque Russiæ Imperatrix, sceptrum ad Augustum Saxonem vel in primis trahere contendentes: Præter hos æmulum & Competitorem esse suspicabantur nonnulli Principem Lubomirskium, eoquod generali Confœderationi obsistens, discors fœdus iniisset, ac in suis literis haud obscure declarasset, nil sibi acceptius fore, quam si Poloniæ corona vel Stanislai vel suo capiti imponeretur. An serio, an joco hæc dicta fuerint, in dubio relinquitur. id tamen omnino certum est, quod Lubomirskius postea ex Senatus consilio confœderationem suam dissolverit, atque exauctorato suo exercitu sese fortiter Primatis consiliis opposuerit. Hic enim Stanislao satis

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

aperte favit, & magna, qua tum p
lebat auctoritate non paucos e Polo
Magnatibus Lescinskyo concilia
Accessit etiam omnium pene Ordin
consensus, qui in id, dato jurejura
conspiraverant, se potius bona, vit
& sanguinem profusuros, quam
quam passuros, ut neglectis suæ N
tionis Proceribus ad alienigenam, q
lem Augustum Saxonem reputaba
Regnum deferretur.

§. LXV.

Exterorum copiæ Regno admota

Paucis post Regis obitum diebus Fr
ciæ Regis Oratores Parisiis ac Vi
næ Cæsareis Legatis denuntiaba
pacis fœdus dissolutum censeri, si I
perator Polonicæ electionis libertat
quovis pacto restringere tentaret; q
bus tamen responsum, Cæsarem pot
in id incumbere, ut juxta Major
exemplar, & Austriacam Domum
ter & Rempublicam pacta pluribus re
sæculis firmata, liberum eligendi
& Imperii leges tueri, ac Polon
Nationi asserere posset. Nihilomin
Franciæ Rex in Alsatia, ad Rhen
Mosæ, & in Belgio ingentem contra
exercitum, maximum belli apparat
conduxit, ac palam declaravit,
Cæsar

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Cæsari, ac Russorum Imperatrici bellum denuntiaturum, simulac vel unicus miles Regnum Polonicum invasurus esset. Jam prima hæc erant præludia exitialis illius belli, cujus flammis Italia, Polonia, & universa pene Europa flagravit: Præprimis vero Cæsar, ut hostilem vim, & infestas Cosaccorum irruptiones præverteret, exercitum in Silesia collectum Poloniæ finibus admovit: Anna vero Russorum Imperatrix copias militares in Lithuaniam duxit, ut electionis libertatem adversus Primatis machinationes protegeret. Hic enim amplissimis Gallorum promissis ac dignitatibus & bonis in ipsum, ejusque familiam profundendis expugnatus, haud obscure Stanislao favebat: Magnates quoque facta Regni ampliandi, & recuperandæ Curlandiæ spe capti, facile in partes Stanislai concessere: Animis ita in Lescinsky favorem dispositis Primas, eique addicti Magnates, ut ceteros eo facilius in sua pertraherent studia, imminuendæ libertatis, ac hostilis invasionis periculum exaggerabant, clam vero omnia ad privata sua commoda sub publicæ utilitatis prætextu inclinare moliebantur, cumque convocationis comitia appropinquarent, de articulis in deliberationem vocandis soler-

Sæc. XVIII. A. C. 1733. solerter cum suis conferebant. Horu erant quamplurimi, ex quibus tam non nisi præcipuos quinque a Prima ad Regni Provincias transmissos br vitatis studio adducemus. I. Omn alienigenæ excludantur. II. Omn tam Regii quam Lithuani exercit Præfecti, necnon Postarum Magi secta hæretici durante electione fu officiis exuantur. III. Suspecti, v extero Principi obnoxii non modo Va sovia, sed toto Regno excedere jube tur. IV. Legatis non concedant excubiæ. V. Nobiles in nobilita gradu æquales, exteri Principis titu non utantur.

§. XLVI.

Epistolare commercium inter Cæsare & Primatem.

Priusquam illuxerat vigesima septim Aprilis dies pro convocationis co mitiis destinata, Imperator die dec ma quarta ejusdem mensis Potoci Primati sinceram suam tuendæ libe tatis Polonicæ voluntatem testata reddidit, transmissis ad illum Vienn his literis.

„Sicut inter Augustam Domum „Austriacam tum Regna ac Provin „cias hæreditatio jure ab Eadem po „sessas

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ſeſſas ex una, ac Sereniſſimos Polo-
„niæ Reges, hujusque nominis Rem-
„publicam ex altera parte, arctæ unio-
„nis ac amicitiæ vinculum ab aliquot
„retro ſæculis intercedit, ſolemnibus
„pactis conventis identidem renovatis
„innixum: Ita Reverendiſſimam Pa-
„ternitatem Veſtram latere minime ar-
„bitror, Auguſtos Anteceſſores meos
„nunquam non periclitantis Reipublicæ
„ac Polonicæ libertatis ſcutum ex-
„titiſſe.„

„Horum veſtigiis inſiſtens non tan-
„tum, ut vetera ligamina utrique parti
„adeo proficua renovarentur, curam
„omnem impendi, ſed & promptum
„me ad eadem opere ipſo implenda
„obtuli, cum juxta Reverendiſſimæ
„Paternitatis Veſtræ ac complurium
„aliorum Magnatum ſenſus ſub finem
„præterlapſi anni Reipublicæ libertati
„evidens periculum imminere videba-
„tur, atque ne ego tutamini Ejusdem
„deſim, a tantæ dignationis patriæque
„amantibus viris rogabar.„

„Neque vero alia vel tunc mihi
„mens fuit, vel impoſterum erit, quam
„benevolum vicinum, fidumque fœde-
„ratum Reipublicæ amicæ exhibere,
„ac collati beneficii gloria contentus
„non alios, quam qui in Rempubli-
„cam inde redundant fructus, unquam

„ca-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„captabo. Constantem itaque ab
„ctum ac providam curam, quæ jur
„vota Reverendissimæ Paternitatis v
„straæ vivo adhuc Rege tam prope
„tetigit, ut viduæ quoque Reipubli
„impendam, mearum partium esse du
„Deessem autem præcipuæ obligatio
„quam cura hæc a me exposcit,
„liberæ electionis jus Reipublicæ co
„petens contra quoscumque adver
„riorum conatus viribus a Deo m
„concessis propugnare, ac ne inter
„ejusdem quies scissionibus turbet
„aut alias contra Regni, quæ ju
„sunt Constitutiones, minus rite in e
„ctionis negotio procedatur, provide
„forem paratus.„

„Tam longe itaque a me abest pr
„fato liberæ electionis juri quidqu
„detrahere, ut potius ne gratum q
„dem mihi candidatum aliis me
„ad Regium culmen evectum vel
„quam quæ cum hoc ipso liberæ el
„ctionis jure, & Regni, quæ sunt, co
„stitutionibus conspirant: Votor
„meorum summa non nisi eo tende
„ut circa personam eligendi sarte
„tectæque maneant Regni, quæ ju
„sunt, constitutiones, cæteroquin
„tem liberis ac unanimibus Polo
„Nationis suffragiis ejusmodi Re
„quiscumque demum ille sit, eligat

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„a quo nec Reipublicæ libertati periculum, nec vicinis excitandarum turbarum metus immineat. Eandem quoque fœderatis meis Mentem esse, nec ulli alio scopo copias in finibus Regni collocandas unquam inservituras, Reverendissimæ Paternitati Vestræ spondere nullus ambigo. Id enim tum vetera tum nova pacta conventa, quæ me iisdem indissolubili vinculo ligant, exposcunt: Quippe quæ cuncta tutamini præsentis Reipublicæ Constitutionis, liberæque electionis, tanquam basi ac fundamento superstructa fuerunt. Indefessus, quem Reverendissima Paternitas Vestra quieti, prosperitati ac incrementis patriæ suæ per tot annos impendit Zelus, dubio penes me locum haud relinquit, quin consilia sua & opera in scopum tam salutarem promovendum unice sint collimatura. Ita de Deo, Christiano orbe, me ac Patria sua Reverendissima Paternitas Vestra optime mereri perget, ac cum ingenti nominis sui fama simul primi Principis & optimi civis munia ex asse adimplebit. Ego autem viciſſim non tam verbis quam opere ipso tam erga Reverendissimam Paternitatem vestram, quam erga suos grata memoreque mente illa quoque officia reco-

„lam,

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„lam, quæ Patriæ ſalutem pro
„quam me tangunt. Cæterum, &

Sub idem tempus Comes de W
zeck Cæſareus Orator nomine I
ratoris ſcriptum obtulit, queſtus, q
Cæſarea hæc declaratio vel nullate
vel ſiniſtra interpretatione a part
ſtudio abreptis Sereniſſimæ Reipub
Polonicæ fuiſſet propoſita, alium
vero conſtet, quod quidam contra
factioni addicti omnes artes adhib
ſent, ut fidelem ac potentiſſimum
deratum Polonicæ Nationi exoſum r
derent; pariter etiam in vulgus ſp
ſiſſent, Cæſaris ditiones proxim
Turcis & Tartaris hoſtiliter eſſe in
dendas, proin nullum ab eo auxil
ſperandum eſſe: His præmiſſis dec
rabat Orator, quod Imperator
quam Polonicæ libertatis Sponſor
nes ſuas vires impenſurus ſit, ne
lonica libertas per exterorum vim
befactetur: Ipſe vero nec pro ſe,
pro ſua Auguſtiſſima Domo ullum
teret emolumentum, atque nullum
ſceptro excluderet, niſi illum, *qui*
antea Imperii Polonici Conſtitution
Annis 1704. *&* 1710. *Lublini & Sa*
miræ excluſus fuiſſet. Is erat ipſe
Stanislaus, qui Sueciæ Regis pote
olim in Regem electus, poſtea in
lium detruſus, ac per leges Regni,

pacta cum Russorum Imperatore inita a Regni jure exclusus fuit: Nec his contentus erat Carolus Imperator, sed insuper ad Poloniæ Primatem has dedit literas: Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Sperabam Celsissime Princeps „*Primas*, quod declaratio a me nuper „facta, literæque *Augustissimi Imperatoris Romanorum* ad Celsitudinem Vestram directæ, non alium, quam „clara verba sonant, interpretabuntur „sensum.„

„Inaudio contrarium; nam sicut „antehac scripto publicabatur, quod „legati & ministri aularum extraneaerum per declarationes suas minis & „terroribus *liberæ electioni* inconvenientibus notum faciebant, quod ad Thronum Polonicum, alium eligere non „permissuri sint, nisi talem, qui illis „ad placitum esset: Ita de facto contrarius spargitur rumor, quod nempe „vicinæ sibi fœdere junctæ potentiæ „ab aliis Reipublicæ colligatis timeant, „disseminando quid & a quo cuilibet „illorum eventurum sit mali & quod „hæc vicinarum potentiarum unio „brevi dissolvetur tempore.„

„Hinc denuo declarare necesse duxi, „quod vicini non timeant, sed ament „Rempublicam, uti ex nupera satis „patet declaratione.„

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

„Quod *liberæ gentis ſuffragia* in arb
„unius ſubjecti limites ad exempl
„aliorum reſtringere nolint, nec
„vi armorum, ſed ſolum qua ver
„mici & confœderati, vi *pactorum*
„*ventorum & fœderum*, iis ſe oppon
„qui contra conſtitutiones & leges,
„cem publicam turbare vellent. E
„bent enim ſufficientes a Deo ſibi c
„ceſſas vires, ut & contra quoscu
„que adverſariorum conatus liber
„electionis jus Reipublicæ propugn
„& ſe ab iis, qui hoc impedire,
„losque contra omnem juſtitiam offe
„dere vellent, defendant.„

„Ideoque nec timent, nec terre
„ſed amica conſilia & quidem *vi pac*
„*rum & guarantiæ* præbent. Et
„nuo hortantur, ut liberis ac unan
„mibus *Poloniæ* ſuffragiis ejusmodi R
„quiscumque ille demum ſit, eligatur
„quo *nec Reipublicæ libertati periculum*, n
„*vicinis excitandorum motuum metus* imm
„neat, nec neceſſe ſit prudentiſſimæ
„futuram electionem congregatæ lib
„*tati* novas ulteriores facere declar
„tiones: Sed ut & nunc ita convenia
„ut ſalva maneat *libertas electionis*, P
„*Reipublicæ*, ſimulque vicinorum
„totius Europæ.„

„Quod autem de diſſenſu cum *Au*
„*guſtiſſimo Imperatore fœdere* junctarum
„pote

„potentiarum spargitur, præsentes de- Sæc. XVIII.
„clarabunt Ministri, quod inseparabiles A. C. 1733.
„sint, unum idemque sentiant, &
„Rempublicam nequaquam opprimere,
„sed illius libertatem, ejusque leges
„ac constitutiones illæsas conservare,
„sicque pacem, & tranquillitatem
„Reipublicæ & vicinorum semper de-
„fendere velint.„

„Imputet *Respublica* sibi & non vi-
„cinis, si hæc non conservabitur;
„& si *hæc declaratio* non satis clara est
„declarabit eventus.„

Verum ad omnes hasce sinceras declarationes surdas habuit aures Poloniæ Primas, cujus animum iteratæ Gallorum literæ, blanditiæ, ac pollicitationes amplissimæ jamjam inescabant. Paulutius vero Sedis Apostolicæ Nuntius, cum inter tumultuantium clamores & strepitus blandas admonentis voces minime audiri nosset, Varsovia excessit.

§. XLVII.

Turbulenta convocationis comitia.

In tam turbido statu erant Polonorum res, cum dies vigesima septima Aprilis appropinquaret, quæ habend*is convocationis*, ut vocant comitiis a Pri-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

mate erat præstituta. Conveniunt
centi Provinciarum Legati, de Re
electionis tempore acturi, &
ternæ atque externæ securitati per
cessaria statuta prospecturi. Haben
ergo Varsoviæ Sessiones viginti & u
in quarum prima jam altercationib
datum est initium; quippe Magnat
nonnulli Ozarowskyum, qui in nu
ris comitiis in Imperii Marescallum
gebatur, in sua dignitate venerari
trectabant, donec novus eligeret
alii ex Legatis extraneum excludi
lebant, eoquod Principes, Polonis
pareant legibus, obstricti non esse
ac propterea juramentum *exclusivum*
testabantur, cum in præjudicium
tii cedat, & electionem *illimitatam*
pediat, ac raro vel nunquam in Polo
invectum fuerit. Nec magis paci
erat Sessio altera diei sequentis; c
enim Dissidentes sua quoque suffra
ferre vellent, abesse jussi sunt, rep
nantibus autem intimatum, eos,
protinus cederent, e fenestris eject
iri. In reliquis Sessionibus diu acri
que altercatum circa Marescalli elec
nem, aliis in Sapieham, aliis in S
pionem conspirantibus: tandem v
ambo, cum æqualia ferrent suffrag
ex saniorum suasu juribus suis cesse
suaque vota in Marsalskium Grodn

sem Magnatem contulerunt, qui etiam die septima Maij unanimi calculo electus est. His ita peractis Congregati Provinciarum Legati Regio Senatui die duodecima ejusdem mensis sese de more conjunxere, quo facto Januſſius Dux Wisniowiecki Castellanus Cracovienſis disertis verbis caverat, ne in his comitiis quicquam statueretur, quod antiquis legibus præsertim tempore Sigismundi III. & Michaelis Regum sancitis præjudicaret. Nihilominus Primas confœderationis articulos proposuit, eosque, quamvis plurium suffragiis, uti decuisset, nondum approbatos, sequenti juramenti formula firmari jussit. *Juro coram Deo omnipotenti, me in proxima electione natione Polonum in Regem electurum, nec ulli factioni in Alienigenæ favorem conflatæ nomen daturum, si per ea libera nationalis Poloni electio quovis modo impediri posset. Juro etiam, me omnibus, per quæ Sacrosancta hæc confœderatio turbari vel interrumpi posset, pro viribus oppositurum, & turbatores pro Patriæ hostibus habiturum, nec Sereniſſimi Primatis jus Regem nominandi ullatenus turbaturum, aut Rempublicam ullo pacto in dissidia & turbas involuturum: ita me Deus adjuvet* &c. Præ ceteris prior Potockius Primas hoc sacramentum dixit, ac ceteros ad idem præstandum compulit.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

pulit. Verum vix ſeptendecim ub
jusjurandum dedere: potiſſimi aut
ex Epiſcopis, Senatoribus & Legi
palam declarabant, ſe nonniſi vi
actos jurare, de cetero neſcire, qu
nam articulos juramenti religione
mare juberentur, alii ſalva liberta
eligendi, & ſalvis Conſtitutionibus
Imperii legibus jurabant, alii ſuffra
ferendi libertatem adimi querebant
non pauci ſe ejusmodi juramento
obſtringi declarabant, niſi etiam abſen
advocarentur, quamplurimi denique
cum potentia ac numero inferiores
ſent, vim veriti re infecta abiere. P
ceteris Podlachienſis Legatus firm
pectore ſeſe juramento oppoſuit,
ſuffragii, & vetandi libertatem utp
neceſſariam & fundamentalem Reg
legem obſervari, ac concedi poſtular
attamen mox omnium bonor
proſcriptio eidem tanquam patriæ p
ditori, ni ſubito taceret, denunti
eſt, illi quoque, qui contra juram
tum obſtrepebant, vel concitato clam
ne audirentur, impediti, vel con
melioſe habiti, pugnisque contuſi o
muteſcere cogebantur. Nec remiſ
erat altera die contradicentium æſtu
ubi de ſubſcribendis articulis agebatu
Acerrima enim contentio usque
matutinam alterius diei horam oc
va

vam tenuit, & ægre impetrari potuit, ut Confœderationis acta perlegerentur. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Hoc modo abſolutis convocationis comitiis, ſequebantur privati Conventus, in quibus Legati ea, quæ in generalibus comitiis geſta fuere, referre obſtringuntur, tum vero alii, patriarum legum aſſertores ſtrenui violenta ceterorum conſilia improbabant, Primati vero addicti, aut ex electione Stanislai privatam utilitatem ſperantes, omnia ſingulari prudentia atque integritate acta deprædicabant: quos inter haud infimus erat Primas, qui totus in eo erat, ut populum in Stanislai favorem ſibi conciliaret, hanc in rem illum ceu Principem nobilitate generis, meritorum præſtantia, ingenii capacitate, auctoritate & potentia ceteris omnibus longe ſuperiorem depingebat: Suppetias quoque tulere Primatis fautores, qui cunctos, ſi Ruſſos in Lithuaniam moviſſe nuntiarent, ceu impoſtores contumelioſe repellebant, & ſtudioſe in vulgus ſpargebant, Ruſſiæ Imperatricem Aſiatico & civili bello impeditam Polonis rebus vacare non poſſe, copias ſuas jamjam a Reipublicæ finibus revocaſſe, Cæſarem ceterosque Principes Electioni Stanislai propediem aſſenſiſſe, jamque interceſſiſſe pacta, quibus hi Galliarum Regi ſpopondiſſent,

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

non impedituros se hujus Princ... electionem.

Hæc ubi inaudiit Carolus VI. I... perator, per Comitem de Welc... suum in Polonia Legatum hæc ad ... matem rescribi jussit: „Quinam ... „Sacræ Cæsareæ Majestatis, Sac... „totius Russiæ Majestatis & Sacræ ... „giæ Borussiæ Majestatis circa futur... „Regis Polonorum electionem an... „sensus, plus una jam vice sat cl... „ac dilucide Celsitudini Vestræ exp... „situm fuit.„

„Præter omnem proinde expect... „tionem accidit, quod, quæ nomi... „altesatarum Majestatum suarum ... „clarata hucusque fuerunt, vel al... „quam par erat, Sereniſſimæ Reip... „blicæ relata, vel saltem in sens... „haud genuinum ab iis, qui curam p... „triæ affectibus suis postponunt, d... „torta fuerint.„

„Neque vero hic subsstiterunt p... „abalienandis a fidis, amicisque v... „nis Polonæ Nationis animis, impet... „ pernicioſæ artes.„

„Contra reverentiam iisdem Maj... „statibus debitam sparsi complur... „rumores, non a veritate minus qua... „ab honestate alieni.„

„Turcas, Tartarosque in ditione... „quæ imperio earundem subsunt, pot... „pedien...

„pediem irrupturos per coemptos e- Sæc. XVIII.
„miſſarios pro certo ac re optatiſſima A.C. 1733.
„venditatum, ac poſthabita omni re-
„ligionis ac fidei cura, quo id fieret,
„aut ſaltem a rerum ignaris credere-
„tur, nihil intentatum relictum fuit.„

„Ac quod mirum quam maxime
„eſt, haud erubuerunt illi ipſi, qui
„dum leges convellere ſatagunt, pa-
„triæ libertatem majori ſtrepitu cla-
„mant, minis ac vi concives ſuos uti,
„& eo operam omnem impendere, ut
„in libera gente ſuffragiorum libertas
„a paucorum arbitrio dependere, ac
„pro horum lubitu mox extolli, mox
„reſtringi, mox adimi poſſe videretur.

„Quanto animi mærore Auguſtiſ-
„ſimus Imperator hæc perceperit, fa-
„cile Celſitudo veſtra ex compluribus
„documentis colliget, quæ de conſtanti
„ſuo in amicam Rempublicam affectu
„nullo non tempore eidem compro-
„bavit.„

„Exemplo Anteceſſorum ſuorum
„ſponſorem ſe Polonicæ libertatis, prout
„illa præſentibus Regni conſtitutioni-
„bus ſtabilita eſt, & hactenus profeſ-
„ſus fuit & porro profitebitur.„

„Ac denuo ſuo nomine me decla-
„rare juſſit, neminem ſeu in Polonia
„oriundum, ſeu alibi natum, vel a
„ſe, & a fœderatis ſuis, quibus arcto &

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„indissolubili vinculo junctus est,
„cludi, quam qui legibus jamjam
„clusus reperitur.„

„Has vero juncta fœderatis
„opera contra quoscumque iniquos
„natus viribus a Deo sibi concessis
„tari, ac quæ violentis ausis oppr
„reperitur, Poloniæ libertatem vin
„care suarum partium esse ducit,
„collati beneficii gloria contentus,
„absque eo, quod vel sibi vel Aug
„Domui suæ ullum alium, quam
„in amicam Rempublicam inde red
„dat, fructum captet.„

„Falsi, qui sparguntur rumor
„nec Sacram Cæsaream Majestat
„nec fœderatos suos a constante, q
„modo dictum est, proposito unqu
„dimovebunt, & eventus docebit,
„lere & falli illos, qui spes, vota,
„perversas artes suas tam inan
„fulcris superstruunt. Et terrere &
„reri nescius Augustissimus Imper
„juxta pacta, quæ a duobus sæc
„Augustam Domum Austriacam Se
„nissimæ Polonæ Reipublicæ felic
„ligant, ac interveniente Celsitudi
„Vestræ eximia opera haud ita prid
„renovata fuerunt, curam, opem
„concessas sibi a Deo vires adimple
„dis ex asse fidi fœderati muniis
„promptitudine nunc impendet,

„neceſſarium id ſub finem præterlapſi „anni ab ipſa Celſitudine Veſtra judi- „catum fuerat, cum Polona libertas „& Regni leges, quibus eadem innititur, in longe minori diſcrimine eſſent. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Ne proinde ſibi, ne dignitati ac „gloriæ ſuæ, ne ei, quod æquum & „juſtum eſt, ne ſuſceptis in ſolemni „ritu ſponſionibus, ne proſperitati a- „micæ Reipublicæ, ne quieti Chri- „ſtiani orbis deſit, cuncta, quæ ha- „ctenus dicta ſunt, quo nec Celſitu- „dinem Veſtram, in qua eadem primum „nunc locum occupat, lateant, pa- „lam declarare juſſit.„

„Pietas vero & Zelus, quem pa- „triæ ſuæ Celſitudo veſtra debet, du- „bio penes S. Cæſ. Majeſtatem ac fœ- „deratos ejusdem locum haud relin- „quunt, quin prævertendis malis, „quæ ex perverſis adeo & non minus „a Chriſtiano homine, quam bono „cive longe alienis artibus certo pro- „manatura ſunt, operam, & qua in „Republica juxta leges pollet, autho- „ritatem ſeduſo & jugiter ſit impen- „ſura.„

§. XLVIII.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

§. XLVIII.

Epistola Primatis ad Principem Lubomirskyum Palatinum Cracovienſem.

Præ ceteris magnam Principi pot tiſſimo Lubomirskyo ægritudi attulit, quod patriæ leges, avita & præcipue eligendi libertas tam terve, tamque impune in præfata C fœderatione & Conventibus labefact fuerit, quapropter de tot illegit artibus, turbis & abſonis motibus quens & æqua eidem erat expoſt tio contra Primatem, eique addi Cum autem Cracovienſis hujus P tini auctoritas & potentia Primati midanda eſſet, hic illum placare, ſo que agendi rationem coram illo dicare, totis viribus adlaborabat: propter die vigeſima quarta Junii V ſovia datis ad eum literis ſignifica ſe incertis quidem relationibus, q recta Palatini voluntas ſuſpecta re retur, fidem non adhibere, ſui ta muneris eſſe, ut eidem ſignifica Varſoviæ ſpargi, quod ipſe genera confœderationem, quamvis ipſ conſilio & auxilio ad illius celebra nem & conſervationem plurimum c tuliſſet, impugnare, & evertere m

naretur, se tamen id non credere; sibi enim sat cognitum esse magnanimum Palatini animum in omnibus suis actionibus rectum, immotam ejus constantiam in promovenda æquitate, & mutui affectus teneritudinem &c. Verum Lubomirskyus ad has literas Primati hæc die vigesima octava ejusdem Mensis reposuit: „Cognitum perspectumque „mihi est, Celsitudinem Vestram lumine „rationis rectæ, non fulgore relatio„nis sinistræ duci, ducereque Rem„publicam, nunc suo sole orbatam, „firmiterque credo, Celsitudinem ve„stram non a crebro acrique rumore „popularis auræ, quæ plerumque vana, „fallax & vacua veri esse solet, mul„cendoque sensus destruit, sed a con„sonantia veritatis, resonantiaque pro„bitatis honestorum hominum semper „in omnibus relationibus sumere fun„damentum realitatis, præbendo ju„stitiæ ac æquitati aurem: Quare fir„miter spero, fore, ut omnes hi ru„mores, qui de me a mendaciorum „cultoribus sparguntur, fructus opta„tos non esse consecuturos, sed illos „potius in herba per severam Celsitu„dinis vestræ in delatores reprehen„sionem suppressum iri: Tantum enim „abest, ut ego generalem Confœde„rationem oppugnare, invalidare & „argue-

Sæc.XVIII. A.C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„arguere cogitem, ut potius in
„tanquam in ſigno viſibili divinæ
„dictionis gratiam inviſibilem Spir
„ſancti adorem, qui poſtquam
„particulari omnipotentiæ ſuæ prin
„noſtram Confœderationem Cra
„vienſem, quæ a quibusdam præ
„tura appellata eſt, formavit, eam
„generali Confœderationis fœde
„bonas ſcilicet publicoque proficu
„ac exemplares Statibus totius
„gni intentiones noſtras maturare
„guatus eſt: Modum vero procede
„in præteritis comitiis Convocatio
„qui plenus violentiarum fuit, & qu
„nemo libertatis & æqualitatis am
„laudare debet, non approbo,
„cum ſancto Paulo diſtinctionem
„dis & reprehenſionis facio, profite
„que, quod in hoc te laudo chariſſi
„Convocatio, quod nobis excluſione
„extranei omnibus conſentientibus
„daveris, de interna ſecuritate no
„modum & tempus electionis præſi
„ris: Sed in hoc te neutiquam lau
„quod projecta antiquis conſtitutio
Principes ad reſtituendam tranquillitatem permoveret: quibus tamen cum parum ſe proficere cerneret, nil reliquum habebat, niſi ut a Deo pacis Auctore opem auxiliumque in tantis calamitatibus exoraret, ac præſtolaretur. Qua de cauſſa Jubilæum, ut vocant univerſale, aliasque ſupplicationes publicas decrevit, easque anni ſequentis die tertia Decembris indixit, edita ſolemni Conſtitutione, quam his verbis Apoſtolica pietate dignis exorſus eſt. „Eccleſiæ militantis Regimini, „nullo licet meritorum noſtrorum ſuf„fragio, divina providentia præſiden„tes, acerbiſſimo ſane, ac pene inex„plicabili paterni cordis noſtri mœrore „angimur, dum mentis noſtræ aciem „longe, lateque circumferentes attente „contemplamur, quantis Chriſtiana Res„publica, luctuoſis hiſce temporibus, „fere undique jactetur calamitatum „fluctibus, & procellis, cumque potiſ„ſimum intuemur dirum, atroxque „bellum inter Principes Catholicos non „ita pridem exortum, ac vehementius „in dies recrudeſcens florentiſſimas „Orbis Chriſtiani Provincias, ac po„tentiſſima olim Regna cædibus, rui„nis, excidiis, & vaſtationibus com„plere, ac miſere depaſcere: Et quam„vis de Dominici gregis Salute, ac „pu-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„publica tranquillitate ſolliciti, n
„eorum, quæ Officii noſtri ratio
„bis poſtulat, humanaque monet
„dentia, prætermittamus, ut tot,
„tisque malis, & ærumnis remed
„quæramus, ac præſertim quidqu
„Nobis eſt virium, & conſilii, in id
„ferre non ceſſemus, quo eorum
„Catholicorum Principum animi
„latis gliſcentibus diſſidiis ad mut
„concordiam revocentur, ac in p
„næ charitatis compagem reſtitu
„tur; quia tamen vani ſunt homi
„conatus, niſi gratiæ cæleſtis ope
„juventur, manus, & oculos cum
„crymis, & gemitu ad eum a
„attollimus, qui altiſſimum poſuit
„fugium ſuum, quique concludit o
„Mare, & ei dicit: Usque huc ve
„& non procedes amplius, & hic c
„fringes tumentes fluctus tuos,
„ipſe pro ſua clementia, in qua p
„cipue confidimus, motus ſedet,
„imminentes repellat tempeſtates,
„vientisque belli, & alia Divinæ
„ultion s flagella a Chriſtifidel
„procul avertat.„

„Quamobrem vos omnes, qui
„curam, & ſollicitudinem noſtram
„pendimus, ad id ipſum conjun
„nobiscum precibus a Deo totius co
„ſolationis humiliter efflagitandis

„ excitandos duximus. Fugientes igi- Sæc.XVIII.
„ tur a facie arcus, adeamus cum fidu- A. C. 1733.
„ cia ad thronum gratiæ, ſciſſis per ve-
„ ram pœnitentiam cordibus noſtris,
„ cæleſtem iram, quam iniquitates no-
„ ſtræ provocaverunt, obſecrationibus,
„ jejuniis, eleemoſynis, aliisque piis
„ operibus placare ſtudeamus, ut qui
„ caſtigat nos propter ſcelera noſtra,
„ ſalvet nos propter miſericordiam ſuam,
„ & quam mundus dare non poteſt, po-
„ pulo ſuo ſupplicanti pacem benigne
„ largiatur. „

Ceterum Clemens Pontifex die decima nona Maij in Quirinali Sacello, & Hannibal Cardinalis Albanius die vigeſima ſecunda ejusdem Menſis pro defuncto Rege Friderico Auguſto II. ſolemnes exequias celebrari juſſerat, in quarum primis Æneas Sylvius Piccolomineus Baſilicæ Liberianæ Canonicus & honorarius Pontificis Cubicularius, in ſecundis vero Joſephus Simonius Aſſemanus Bibliothecæ Vaticanæ ſecundus Cuſtos & Baſilicæ Principis Apoſtolorum Presbyter Beneficiatus luculentam habuere orationem, quæ utraque Romæ a Joanne Maria Salvionio Vaticano Typographo hoc anno edita prodiit.

§. LVII.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

§. LVII.

Aliæ Controverſiæ Clementi XII motæ.

Præterea occaſione bellicorum tu tuum eodem hoc anno priſtina P cipum diſſidia recruduere, nova fuerunt exorta: Præprimis jam a priori Hiſpaniarum Rex pecunia inopia preſſus, a Regni ſui Eccle ſticis ſubſidia colligendi facultate Papa petiit, datam vero repulſam a eo acerbius tulit, quo magis ad midandos imminentis belli appar pecuniariis indigeret ſuppetiis. vero novum indignationis argumen eoquod Carolus Borbonius Hi Regis Filius Caſtrum & Roncilio Ducatus ſibi tanquam hæredi reſti a Papa per Comitem de Porta Pro ratorem ſuum peteret, & Hiſpa rum Rex Filium in hoc petito pote ſuffulciret. Attamen Clemens C expoſuit, quatenus Raynutius Parmæ Dux ad preces Philippi Hiſpaniæ Regis, & Etruriæ Ducis anno milleſimo ſexcenteſimo qua geſimo nono utrumque Ducatum S Apoſtolicæ, quæ directum in eos buit dominium, pro decies & ſex centenis ac viginti novem millibus ſeptin

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

septingentis quinquaginta aureis oppignoraverit, sibi reservato jure, hos Ducatus intra octo annorum spatium redimendi, hucusque autem hoc pignus nullatenus fuisse liberatum, ac proin nullum esse amplius recuperationi locum: sed utrumque hoc Romanæ Ecclesiæ feudum cum dominio directo dudum fuisse consolidatum. Ad hæc vero reposuit Comes, pecunias ad redimendos hosce ducatus jamjam esse depositas, id tamen cum probare non posset, & omnino falsum esse constaret, ex Cardinalium consilio Pontifex omnibus modis resistendum, & nulla ex parte cedendum censuit: quapropter Carolus cognito demum Sedis Apostolicæ immoto jure a petitione susceptoque consilio recessit. Nec Serenior spirabat erga Papam aura in Gallorum Ministerio; quippe Mallebosius Marescallus, ut supra meminimus, Avenionensem Urbem ac Comitatum cingere jussus, jamjam hoc anno cum exigua militum manu appropinquavit, ac circumquaque suos disposuit. Ea res primo nil hostile præseferre videbatur, donec in vicinia copiæ maximo numero accrescerent, eoque sensim procederent, ut ipsam Urbem latiori obsidione cingerent: Inopinæ hujus Invasionis prætextus erat, quod tabacci,

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

bacci, & indicæ telæ, quibus mo
bus hæc Provincia plurimum abun
negotiatores sæpius Gallica frau
vectigalia, & non raro illi, qui ve
merces Regno intulissent, in Av
nem Civitatem velut asylum conf
sent. Hoc Nuntio haud parum
babatur Pontifex, sed viribus suis
fisus, vim armata vi repellendam
minime censuit, Præsuli tamen B
delmontio, qui eidem Urbi Leg
Apostolicus præerat, negotium d
ut amica compositione tempestate
vertere satageret. Hic ergo ad
tificis jussa cum Malleboso copi
Ductore colloquitur, rogatque,
& armis absisteret; rem enim
statu esse, ut utilius, salubriusqu
mice componi posset. Nec se d
lem præbuit Maresscallus; res
tentatur, sed Pontifici condition
feruntur tam duræ, ut Clemens
quaquam eas acceptaturum resci
utpote auctoritati suæ injuriosas
suis subditis vel maxime noxias.
tamen propterea Bondelmontius
partibus defuit, ac tandem ad e
liendas comminationes æquiora
postularentur, impetravit. Itaque
eo deducta est, ut telarum seric
opera, & tabacci sationes vetare
viciſſim vero in damni compensatio

quotannis bis centies librarum Francicarum millia penderentur, quibus partim ſtipendia militibus enumerata. partim utcunque indemnitati eorum proſpectum, qui ablata tabacci cultura haud exiguum paſſi ſunt detrimentum: cautum inſuper, ut aliquid remitteretur de vectigali, quod impoſitum erat ſerico, Avenione in Franciam transvehendo. His ergo aliisque utrinque conventis, Urbem Galli obſidione metuque liberarunt. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Alia demum contentio ſummo Pontifici enata eſt. Illius occaſio erat hæc: jam anno priori ſummus Pontifex Joſepho natu majori Principi, Cæſareo-Mantuani Gubernatoris Philippi Haſſo-Darmſtadienſis Landgravii Filio gratiam, quam *exſpectativam* vocant, fecit, vi cujus Cathedralis Eccleſiæ Conſtantienſis Præpoſituram, hac dignitate vacante, obtineret: Obſtitit autem Capitulum Cathedrale, eoquod ejusmodi conceſſio non modo Germaniæ Concordatis, ſed & ſpecialibus Cathedralis Capituli privilegiis quoad liberam electionem conceſſis, & ſubinde per plures Pontifices confirmatis adverſaretur: Eapropter Capitulum, ut ſua jura ſarta ſervaret, cum omnibus ferme immediatis Imperii Cathedralibus Eccleſiis huic no-

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

minationi interceſſit, & apud Imp
torem cauſſam ſuam egit. Suffrag
tur tamen nominato Principi E
Palatinus: nihilominus hoc anno
vigeſima ſeptima Januarii a Cæs
Aulico Conſilio decretum, ut o
Imperatoris reſcripta ad Cardin
Cienfuegos, ad Joſephum Haſſo-D
ſtadienſem Principem, necnon ad
ſtantienſem Cathedralis Eccleſiæ
poſitum, atque ad Epiſcopum &
pitulum hanc in rem data expedire
& Palatini Electoris literæ, nec
Capitulorum proteſtationes ad
reponerentur.

Eandem ob cauſſam apud Cæ
reclamabat Capitulum Cathedrale
virenſe contra quemdam Eccleſiaſti
no mine de Vreden, qui *Commen*
ut vocant Præbendam, quæ per
tem Archiepiſcopi Moguntini vac
a Clemente Papa inſcio Capitulo
tinuit, etiamſi Baro Booſs de
deck hunc Canonicatum via elec
jam antea a Capitulo impetraſſet.
vis quoque concertatio erat in S
nia occaſione cujusdam Regii de
quo ſancitum erat, ut omnes, q
tum frumenti reſervatum habe
exacte indicarent; cum autem Lo
linenſis Epiſcopus immunitatis pri
gium cauſſatus, præcepto non obt
pa

peraret, Regis jussu omne eidem frumentum ablatum est. Querebatur Episcopus apud summum Pontificem, cujus etiam opera & consilio tam Regi quam Episcopo satisfactum est. Sæc.XVIII. A. C. 1733.

Ast nondum molestiarum finis; quamvis enim Bichio in Cardinalium Senatum adlecto amicitia inter Joannem V. Lusitaniæ Regem & Sedem Apostolicam penitus restituta videretur, Cavalierius tamen Nuntius Apostolicus nondum ad Regis alloquium admittebatur, eoquod pacti Anno 1726. initi Apostolicas literas Confirmationis nondum attulisset: Ut ergo Pontifex pacis cupidissimus, hanc quoque difficultatem submoveret, Cardinalem D'Acunha nominavit Legatum *a Latere*, ut hoc charactere insignis *pacta conventa* Pontificis nomine suo chirographo firmaret. Quo facto die decima nona Februarii Nuntiaturæ palatium apertum, & Nuntius ad Regis alloquium admissus est: Haud diu tamen hæc animorum consensio substitit; cum enim Nuntius ex Pontificis mandato Inquisitionis Tribunal tam in Lusitania, quam in Indiis Orientalibus restitui peteret, Rex vicissim postulabat, ut eorum, qui ad Inquisitionem traherentur, bona fisco addicerentur, illorumque appellatio ad Regem deferretur, præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

terea etiam Ulyssiponensis Patria ejusque in perpetuum Successore Cardinalium Collegium inter cet primi adlegerentur: Haud exiguæ ficultatis utrumque erat petitum, q rum primum Papa constanter neg alterum vero concessit, ea tamen ut id loco illius esset, qui in proxim inauguratione de more foret nomin dus, dummodo Patriarcha ante ip promotionem moriatur.

Insuper etiam Pontifex, ne diu Ecclesiæ suis Pastoribus viduatæ manerent, cum Rex ad eas quemp nominare pertinaciter negaret, hinc p ter alia privilegia, vi quorum Lusita Reges jamjam concessam a Ponti bus facultatem haberent, ut an etiam Episcopatuum ceterorumque cerdotiorum bonis quartam pen num imponere possent, Ponti Joanni Lusitaniæ Regi indulsit, hæc gratia, omnino ad tertiam usq partem extendi posset. Denique nigne annuit, ut Rex pro ædifica nova Lusitanæ Nationis Ecclesia a Cl suo subsidia petere valeret. Nec men sibi satis datum arbitrabatur R sed indies nova, & nequidem tolera interponebat postulata, ad quæ tam cum Papam minime perduci posse ce neret, rursus Nuntio Apostolico a cessu

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

ceſſum ad Aulam, & Officii ſui executionem inhibuit.

Inter tot calamitates id unicum ſolatii ſuperfuit Clementi, quod eodem hoc anno Emmanuel Regius Luſitaniæ Princeps cum Rege fratre ſuo in gratiam redierit, & alter Regis Frater Antonius, qui ſacræ militiæ nomen dederat, ac Menſe Septembri præſente Rege primam cæleſtemque hoſtiam Deo obtulerat, omnem operam impenderet, ut Fratrem ſuum cum Sede Apoſtolica plene reconciliaret. Acceſſit etiam ad gaudii cumulum, quod Muley-Achmat Abdas Rahtaman (quod idem ſignificat ac *Servus miſericordiæ*) Marocani Imperatoris Muley-Iſmaelis Filius, qui jam anno priori Romam venerat, Catholicæ Religionis præceptis probe imbutus, die ſexta Martii hoc anno in Baſilica S. Petri Baptismatis fonte authoratus fuerit, impoſito nomine Laurentii Bartholomæi, Trajani, Ludovici: Pontificis vero nomine Cardinales Guadagnius, Albanus, Corſinius, & Aquaviva Luſtrici Sponſoris vices agebant. Affignabat eidem Pontifex quolibet Menſe centum aureos, & Corſinius Cardinalis dono dedit quingentos præter alia ſubſidia a variis exteris Principibus conſtituta. Hic Princeps Aloorani commentis a teneris apprime

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

imbutus, Mecham proficiſcebatur, ab Hiſpanis captus Valentiam deb batur, ubi cum Viris doctis ſæpe ſatus de ſectæ ſuæ veritate dubi cæpit: venenum tamen, quod una lacte materno hauſerat, evomere nuit: demum obtenta libertate in lias inde in Africam reverſus eſt, tamen agnitæ veritatis voci ultra ſtendo impar, abjecta Mahometan perſtitioae fidem Catholicam amp ſtatuit, opportunam duntaxat exop occaſionem; nec ea diu abfuit, gente enim Regni neceſſitate ab peratore Parente ſuo in Hiſpaniam gatus mittebatur, ubi Hiſpali cum genti pompa & jubilo exceptus, fecto feliciter Legationis negotio mam contendit, quod animo co perat, fideliter executurus. Singu benevolentia recipitur a Pontifice, tus & victus ſuæ dignitati congruus unde adminiſtratur. Princeps tamen to, quo in Catholicæ Religionis doctr erudiebatur, tempore inter Chriſtia potiſſimam partem jejuniis & orati bus vacabat. Paulopoſt Marocani peratoris Legatus, qui Romam mi erat, unacum pluribus aliis Turcis lutari aqua luſtrabatur, nominatus F dinandus, Alexander, Philippus, plisque muneribus a Papa auctus,

Pari liberalitate Pontifex honorabat Jacobum Angliæ Regem, quem vulgo *Prætendentem* nominabant, quippe ineunte hoc anno in Xennium eidem decem, ejus vero Filiis quatuor aureorum millia donabat; natu autem majori, quem Principem de Wallis dicebant, Pontificio diplomate plura simul Sacerdotia habendi facultatem dedit; cum autem Anglorum quamplurimi Romæ essent, ut majori Regis securitati, & honori prospiceretur, Pontifex jussit, ut ante ejus portam peditum centuria, & ante cubiculum stationarii milites excubarent, necnon curru incedentem satellites comitarentur, obvii quorumcunque currus loco cederent, ac denique Regis famuli gladiis præcincti incederent. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

§. LVIII.

Cadaver Benedicti XIII. Pontificis translatum.

Ineunte Mense Februario summus Pontifex Corpus defuncti Pontificis Benedicti XIII. ex Vaticana Ecclesia transferri jussit: Die ergo vigesima prima ejusdem Mensis, quæ anniversaria erat obitus sui, octodecim Cardinales præsente Papa convenerant, & solemni Sacro per Cardinalem celebrato Corpus

Sæc. XVIII. A. C. 1733

a Cardinale Apoſtolici ærarii Pra
aliisque ex Cardinalibus, aperta
inſpiciebatur, ubi illud plena
integritate florens repertum eſt,
ſtatim erecto Notarii inſtrumento
teſtium juratorum teſtimonio co
mabatur. Altera die Corpus in ſole
feretro collocatum, inter innume
confluentis populi multitudinem,
tormentorum exploſionem ad Eccle
S. Mariæ ſupra Minervam (uti de
ctus Papa teſtamento caverat) tr
latum eſt, per aliquot adhuc dies,
confluentis populi pietati ſatisfie
publice in Sacello S. Magdalenæ
poſitum.

§. LIX.

Adverſa Miſſionariorum Pekine fata.

Nondum in Imperio Sinenſi tot C
ſtianorum ſanguine, tot Viro
Apoſtolicorum ſuppliciis ac exili
tiata erat Mandarinorum rabies; qu
nimis moleſta ipſis erat noverca
peratoris clementia, qua adhuc
ter viginti tres Miſſionarios, ce
omnibus Macaum expulſis, Pekin
Cantone tolerabat: Enimvero hi
fauſtam ſuorum ſortem miſerti Imp
torem flexo poplite rogabant, ut
Co

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Cantonem reverti permitteret, aſt inſtigantibus Mandarinis ægre obtinere poterant, ut ibidem Procuratorem haberent, qui tamen non alia ſuſciperet negotia, niſi quæ ad exercendam cum Europæis negotiationem neceſſaria forent: Adhuc nimis benigne cum Chriſtianis agi cenſebant Mandarini, quibus conſtitutum erat, Imperatorem eo inducere, ut ejus mandato omnes omnino Sacerdotes, etiam Pekinenſes toto Imperio proſcriberentur: Rem ergo pro more aggrediuntur calumniis, falſis criminationibus, & mendaciis in vulgus ſparſis; Cantonenſes quoque Mandarini libellum Juntſio Imperatori porrigunt, in quo Miſſionarios falſo inſimulant, quod violato jure naturæ nullum parentibus præſertim defunctis honorem exhibeant, clandeſtina contra Regnum cum Europæis conſilia cudant, nimis familiariter cum mulieribus agant, & alia ſexcenta calumniantur, quæ invidia, furor, & impietas dictabant. His faciles aures præbuit Imperator, ac Pekinenſibus, quos adeſſe juſſit, inter cetera exprobravit, quod legem prædicare auſi fuiſſent, quæ Parentibus debitam reverentiam cultumque exhibere prohiberet. Hæc ubi inaudiere Miſſionarii velut fulmine tacti ad tantam proterviam ſuſpenſi

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

hærebant, mox tamen resumpto ani
manifesta hæc convitia confutabu
fusiusque monstrabant, crimina eis
pacta non nisi conficta esse, nilque m
gis a veritate alienum, quam qu
nullum Parentibus & Majoribus hon
rem deferri docerent. Provocant ei
ad libros suos catecheticos, ad doc
nam, ad pia funera, solemnes ex
quias, anniversariam memoriam,
sepulcri monumenta, ad preces t
privatas quam publicas necnon ad
lationes, & sacrificia pro mortuis
rentibus oblata, ad ipsas denique
jorum imagines, domi appensas,
quod præcipuum esset, Divinum
manumque honorandi parentes p
ceptum allegant. Obstupuit Imperat
cum hæc ex ipsorum ore percipe
utque in rei veritatem, & accusa
num falsitatem veniret, jussit sibi e
hiberi libros, in quibus hæc eorum
honorandis Parentibus doctrina & pr
cepta continerentur. Proferuntur q
dem libri, & ad varia Tribunalia m
tuntur, quin tamen responsum, q
de illis sentirent, Mandarini aut
peratori retulissent, aut Missiona
communicassent. Conjectura aute
haud levis est, calumnias calumn
additas fuisse; certum enim est, qu
Imperator Missionariis haud ultra
dix

ditis universalem omnium eorum, etiam Pekinensium, proscriptionem ex toto Imperio Sinico decreverit. Parendum ergo erat inhumano mandato, moxque unaomnes protinus convasatis suis utensilibus, & Ecclesiarum apparatu Macaum abducti sunt: subinde tamen plures generoso mortis contemptu clam in Chinam rediere, ut miseros, suisque Pastoribus orbatos Christianos, qui ad carceres, tormenta & neces ubique conquirebantur, solarentur, in fidei constantia firmarent, & Sacramentis pascerent. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

§. LX.

Altera Hispanorum expeditio contra Mauros Oranenses.

Nupera clades Maurorum vires non adeo extenuabat, quin collectis suorum triginta millibus Oranum rursus intercipere decernerent. Eo fine in Hispanos, qui militum manu tecti cædendæ materiæ caussa proximam petebant sylvam, identidem irruunt, ac die sexta Februarii quatuor Hispanorum centurias inopino impetu ex insidiis prorepentes aggrediuntur, cæsaque ligna comburunt. Accurrunt equidem suppetias Hispani, Urbisque Gubernator suis jussa dat, ut ab hoste invasi

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

invaſi fugam ſimularent: Haud mul
poſt Mauri auctо ſuorum numero fi
cius, quam cautius aggreſſionem
ſtaurant. cumque Hiſpanos retro
dere cernerent, a ſummitate mon
admodum muniti deſcendunt, &
licta ſtatione in Hiſpanos ſtrenue
vehuntur: præter omnem tamen
pectationem a tergo & a fronte
ſtem habent, qui reſiſtentium adve
ora fodiebat, fugientium terga. J
quartam horam atrox tenuit pug
tandem vero Mauri laxatis ordinib
qua cuique ad fugam patebat via,
medios enſes erumpunt. Hærebat
tergis fugientium victor, ſed vix
palma e manibus erepta, dum B
tilla Africani exercitus Imperator
recenti non minus quam numer
milite advolans pugnam inſtaurat
mox Mauri e fuga rurſus in præli
redeunt, atque acri impetu in Hiſ
nos effunduntur: opportune tam
arcis Gubernator nova militum ſ
plementa feſtinanter adduxit, ex
tera parte Marchio de S. Cruce v
das legiones per vias occultas adm
vit. Tum primum Barbari ſe ab ho
undique premi intellexerant, ſuaq
ſigna a media acie abſcindi pertim
ſcentes, non ſenſim ſed citato gra
recedebant, ac tandem beneficii loc
hab

habebant, quod turpi fuga ſuæ ſaluti conſulere potuerint. Cecidere Maurorum Turcarumque ſexcenti, magna equorum, armorumque copia victoribus in prædam relicta. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Vix bimeſtre interceſſerat, cum Mauri reſtauratis viribus Hiſpanos foſſores, qui arcem S. Ferdinandi munierant, adorirentur, duasque centurias numero longe inferiores repellerent: Nec tamen diuturnus, minus vero proficuus erat hujus victoriæ eventus; Marchio enim Villadarius aucto ſuorum numero ſtrenue in hoſtem irruit, & in fugam agit; nec inde tamen territi Africani, undecim equitum peditumque millia colligunt, & tertio prælio Hiſpanos tanto furore & impetu premunt, ut Marchio ſuos ad arcium mœnia ſubducere cogeretur. Fugientem incredibili alacritate inſequuntur Mauri, tamque preſſe eorum tergis inhærent, ut ſuperatis paludibus ambæ acies ita prope cohærerent, ut armis arma pulſarent, mucrones ferme in ora dirigerent: Conſpecto Hiſpanorum periculo mox recentes copiæ aliæ atque aliæ laborantibus ſubveniunt, reſtauratur prælium: Ceſſatur aliquamdiu a neutris, & atrox utrinque pugna, ac par ferme victoriæ & cladis ſucceſſus; jam in ſeptimam diei

horam

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

horam prorogatur dimicatio, cum
dem Africani ſclopos ac tubos con
grandinantes, volitantesque gra
ris plumbi pilos ſuſtinendo im
turbatis ordinibus pedem refer
infauſto prorſus fato; quippe in a
ſum Hiſpani equitatus agmen im
vidi incidunt: unde confeſtim or
uno miſcentur interitu, & ut quem
de Barbaris caſus & fortuna in m
dederat, promiſcua cæde tamdiu
ſternuntur, donec Hiſpani cædere
miſeris fugæ locum darent: In acie
ſunt Barbarorum mille quingenti
ex parte Hiſpanorum octingenti
nerati fuere, nonniſi ſedecim interf
Tantulo impendio ingens victoria
Necdum tamen refriguit Oranum
perandi aviditas; quippe Mauri
dum tot cladibus ſatis domiti, di
cima Junii tertium prælium ac
quam conſtantius ineunt, laxatis
benis eorum equites in proximas
langes ruunt, & Hiſpanos no
ad pugnam compoſitos proviſo im
obterere moliuntur; ſed ipſa inc
poſite effuſa multitudo aciem turb
mox ergo Villadarius fati oppor
tate uſurus, laxatos ordines inva
& multa hoſtium cæde invehitur:
mum ſuppetiis auctus, a fronte &
tergo Mauros tam fortiter premit,

hi remisso pugnandi ardore nonnisi de sua salute solliciti in fugam effusi abirent: Eques, pedesque confusi sine Duce, armatis inermes, integris debiles implicantur, & victor Hispanis fugientium tergis tam strenue imminet, ut quibus pugnantium ferocia pepercerat, insequentium rabies penitus deleret. Cæsorum deletorumque hostium numerus ascenderat ad tria millia & amplius: Hispanorum minus quam septingenti quatuor desiderati ac saucii. Accepta hac clade nil reliquum erat Africanis, nisi ut crebris velitationibus Hispanos lacessèrent, & repentinis assultibus armenta abducerent: Majora tamen Africani exeunte hoc anno ab Algerianis adjuti aggrediuntur, & cum decem suorum millibus denuo Oranum cingunt; ast eorum potissimi ab Hispanis aut capti aut trucidati sunt, demum omnes dispersi, qua quemque aut consilium aut terror impulit, tam præcipiti cursu terga præbuerunt cædenda, ut nullus honestum saltem vulnus domum referret. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

§. LXI.

Continuata Corsorum rebellio.

Adhuc-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Adhucdum Corsi contra Genuen tumultuari pergebant, quin v patriis vel a Cæsareis militibus ad sequium reduci possent: Eapropter ria Spinola, qui mortuo Francisco ria Balbio in Reipublicæ Ducem ctus erat, Carolum VI. Imperato perdemisse rogabat, ut validiores mitteret copias. Hic ergo Duc Ludovico Duce Wirtenbergico sex lia quadringentos qua pedites qua tes eo contendere jussit, quibus septima Aprilis anno priori appul rebelles partim cedere coacti, per ultro ad saniora reversi sunt, cet post varia certamina undequaque sparsis: Ne vero clementiæ locus esset, die decima septima ejusd Mensis universalis amnestia prom gatur, nec sine optati successus quippe decimo post die rebellionis pita quosdam Curtam ablegarunt, cum Genuensibus de reconciliation articulis agerent. Conveniunt ergo dem ex parte Reipublicæ Doria, Vene fus, Rivarola, & Gripellus: Cæsaris tem nomine aderant Ludovicus Wirte bergæ, & Albertus Brandeburgi D ces, necnon Schmettavius milita Prætor: Die ergo decima Maji d Cæsarea cautione, conventio c Corsis inita est, his comprehensa d ticu

ticulis I. Captivi liberentur II. Corsi pari jure cum Genuensibus ad officia militaria, nequidem excepta suprema belli Præfectura, assumantur. III. Collatio Beneficiorum sit penes quamlibet Ecclesiam. IV. Præcipuæ Regni Corsici familiæ Nobilitati Genuensi adscribantur, ac propterea tam Genuæ, quam Bastiæ *aureus*, ut vocant, *liber* asservetur. V. Quatuor ex octo Episcopatibus natione Corsis conferantur. VI. Corsis integrum sit, scholas & seminaria propriis sumptibus erigere. VII. Fas sit illis ad Mediolanense Tribunal appellare, & si Genuenses his articulis stare nollent, ad Cæsarem ceu Sponsorem recurrere. Firmatis utrinque hisce pactis quatuor illa seditionis Capita nuper Bastiæ capta, scilicet, Ludovicus Giafferius, Simon Astallus, Hieronymus Ciaccaldus, & P. Raphael jussu Wirtenbergici Ducis non per *Sbiros*, ut vocant, sed per quinquaginta Cæsareos milites Genuam, & inde Savonam abducti sunt, singulari quidem humanitate excepti, nondum tamen in libertatem asserti. Ea res vel maxime offendit Cæsarem, qui pacta fide integra adimpleri petiit, jussitque, ut Cæsareæ cohortes sub Wachtendonckio in Corsica subsisterent, donec conventis plene satisfactum

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

esset: Ineunte igitur hoc anno
modo capti quatuor rebelles libe
redditi, sed nova Regiminis forma
tuo consensu promulgata est, quæ
præcipue articulos complectebat
I. Sit omnium præteritorum ob
etiam pro illis, qui anni prioris M
Junio præfixum terminum negle
runt. II. Corsi a ferendis beli
pensis eximantur, nec rebelles vo
tur. III. Contributiones nondum
lutæ usque ad Mensem præfatum
rentis anni remittantur. IV. Co
octodecim Nobilium erigatur, qui
ctis Genuensis Nobilitatis privile
fruantur, adeo ut coram Senatu
capite sedere valeant &c. V. Illis
Gubernatoris Aula proprium assig
tur cubiculum, quod nulli præter
aut Nobilium officiis decoratos ingr
liceat. VI. Episcoporum Corsorum
lectioni non obsistatur, & decreta
libertati contraria aboleantur.
Si Pontifex Roma Visitatorem Apo
licum miserit, huic integrum sit,
Eccleſiasticas in Corsica discuti
VIII. Indigenarum sumptibus Ac
mia erigatur. IX. Corsis Orator
nuæ concedatur, qui in Tribuna
æque ac Nobiles, locum habeat.
Quolibet trimestri tres Nationis Dep
tati tanquam artificum & opificum
Pro

Præſides eligantur. XI. Sericæ mer- Sæc. XVIII.
ces per viginti annos a vectigali exi A.C. 1733.
mantur. XII. Baſtiæ & Ajaccii duo
alantur Centuriones natione Corſi.
XIII. Pro pauperibus captivis ubique
conſtituantur Advocati. XIV. Cuili-
bet Nobili liberum ſit, Conſultorem
ſibi conſtituere. XV. Omnes denique
Urbes, pagi & Communitates, ſi ſuo
officio defuerint omnibus præfatis
privilegiis exuantur. Quantumvis hi
articuli mutuo conſenſu & applauſu re-
cepti, & Respublica Genuenſis pro ſe-
danda hac rebellione jamjam trigeſies
centena aureorum millia expendiſſet,
ac præterea in variis præliis Cæſareo-
rum ter mille octingenti, Genuenſium
mille quingenti, Corſorum plusquam
quinque millia ceciderent, adeo tamen
hujus rebellionis æſtus non deferbuit,
ut etiam electis novis tribus Ante-
ſignanis, Gentilio, Gniaſto, & Petro
de Oranno rebelles per plures annos
indomitis impotentibusque furiis ubi-
que debacharentur. Acceſſit inſuper
ad Genuenſium calamitatem præfervi-
dus cujusdam Prætoris impetus; hic
enim duas Gallorum naves intercipi
juſſerat, ſuſpicione concepta, quod
annonæ & armorum ſuppetiæ pro Corſis
adveherentur: Inde vero tanta erat
Regis Franciæ indignatio, ut Princeps

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Doria culpam humili ſubjectione precaturus, Pariſios ad Regem ve juberetur, pluresque Officiales ac niſtri in carceres conjicerentur.

§. LXII.

Imperii Principis dignitas in Ab ad S. Emmeramum reſuſcitata.

Floret etiamnum Ratisbonæ pe tuſta & longe celeberrima Abb SS. Petro & Emmeramo dicata. ginem ſuam repetit ab anno C ſexcenteſimo quinquageſimo ſecu Condendi autem hujus Aſceteri caſio erat hæc: Perdite amabat Theodonis V. (aliis I.) Bavariæ D Filia Sigebaldum Equeſtris Ordinis bilem; cum autem illa haud amp inauſpicatum illiciti complexus fru celare poſſet, Emmeramum prima ctavienſem, tunc Ratisbonenſem E ſcopum falſo ſtupri inſimulat. H ignominiam ulturus Uttæ Frater L bertus, innoxium Præſulem Ro profecturum per ſuos ſatellites Hel dorffii Anno 652. membratim conc juſſit. Detecta autem mulieris ne tia, ipſoque Cœlo Viri innocent prodigiis atteſtante, Corpus ejus mo Aſchaimii depoſitum, poſtea tisbonam ſecunda Iſara, adverſo

mum Danubio transvectum, in S. Georgii Ecclesia tumulatum est, ipso etiam Theodone pompam ducente, qui insuper præcipitis judicii culpam expiaturus, præclarum hoc *Monasterium* in honorem præfati sancti hujus Martyris *extrui curavit*, advocatis ad persolvendas Dei laudes Ord. S. Benedicti Assecliis. Hæc erant prima fundamenta hujus Abbatiæ, doctrinæ fama, & Religionis Zelo in paucis venerandæ. Evoluto ferme sæculo Simpertus Ratisbonensis Episcopus illam magnificentius extruxit: insigniorem quoque reddere ambiebat Arnulphus Imperator, ejusque Successores Augustissimi, collatis largis muneribus, concessisque gratiose variis exemptionibus privilegiis ac gratiis. Has inter longe spectatissima est Imperialis ac exempti Principis prærogativa, qua Abbates ob meritorum præstantiam ab Imperatoribus decorati fuere, & quidem jam Anno Domini 1295. ab Adolpho, Anno 1307. ab Alberto I. Anno 1315. a Ludovico Bavaro, Anno 1354. a Carolo IV. Annis 1386. & 1396. a Wenceslao, & denique Anno 1431. a Sigismundo Imperatore glorioſissimo. Per tot igitur retro sæcula Abbates ad S. Emmeramum inter Imperii Principes honorificum habebant locum, suis

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733. meritis haud imparem. Injuria aut temporum accidit, ut Abbatum nulli Cæsarea hac gratia uti vel possent, vel non vellent; unde fere hanc prærogativam oblivio ac neglectus pene oppressit. Insigne tamen domesticum hoc decus, quod tota Praedecessorum suorum series promeruit in se, suisque Successoribus resuscitandum censuit Majoribus suis dignissimus Abba Anselmus Godin de Tampis. Eo igitur fine supplices ad Carolum Imperatorem dedit literas, adjunctis quoque originalia Cæsarum Regumque diplomata, quibus iterato confirmata hujus dignitatis certitudo veritasque patefieret, simulque constaret, quam immota fidelitas, & præclara Imperatoribus, Romano Imperio & Domui Austriacæ pacis bellique tempore Prædecessoribus exhibita obsequia contentis voto vel maxime suffragarentur. His omnibus probe pensatis Augustissimus Imperator Carolus VI. anni hujus sæculi trigesimo primo die decima Maij Anselmo Abbati, ejusque Successoribus in perpetuum hanc gratiam concessit, aut potius resuscitatam confirmavit, dato desuper diplomate Cæsareo, in quo id palmarium est, quod Imperator in maximam concessi juris partem collocarit, integritatem hujus

humanitatem, morum candorem, Zelum, virtutes & prudentiam, qua Anſelmus Orator ex pervetuſto juxta ac nobiliſſimo genere ortus emicuit, ac ipſe ejusque Religioſi propenſiſſimam Cæſaris ac Imperii emolumenta procurandi voluntatem continuata Majorum æmulatione profeſſi eſſent. Unde haud immerito amplis admodum encomiis Imperator celebrabat cunctos quoque Anſelmi Prædeceſſores, utpote qui de Imperio optime meriti a prima Monaſterii fundatione inviolata fide ſuam ſubjectionem ac devotionem omni data occaſione erga Romanos Imperatores & Reges, totumque Romanum Imperium teſtatam reddidiſſent, ac propterea digni habiti, ut Imperatores veluti hæreditaria beneficii propagatione per plurima ſæcula inclytam hanc Abbatiam, præclara ipſius decora, & ſingulare incrementum promovere, variisque donationibus, gratiis ac favoribus augere, ac demum Abbates ad Imperii Principum honorem, dignitatem, jura, votum & Seſſionem evehere, confirmare, ac implantare certarent. Veterano itaque meritorum ſuffragio potiſſimum permotus Imperator, non modo hanc dignitatem ratam habuit, ſed de novo Anſelmum Abbatem, ejusque Succeſſores ad pri-

Sæc.XVIII, A.C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

ſtinum ſtatum, honorem & ſplen elevatos, ſacri Romani Imperii cipes declaravit, ac pro talibus nibus cum pleno jure haberi præ Inſuper Inſignia, quibus hi Ab ceu Imperii Principes fulgerent, ſcripſit, ac demum Frobenio Pri de Fürſtenberg Cæſareo ad Rat nenſia comitia Commiſſario Princ negotium dedit, ut de renovata gratia cunctos S. R. Imperii Elect Principes, Status, Conſiliarios, gatos atque Oratores quampri certiores redderet, quod & con ſolemnitate hoc anno die decima oc Martii factum eſt.

§. LXIII.

Varii Proteſtantium motus con Catholicos.

Poſtquam Salisburgenſes ruſtici tentiorum patrocinio ſuffulti obtentu Religionis jugum legitim Principis impune excuſſerant, pra exempli, ac liberioris pinquioris fortunæ ſpes etiam Berchtoldgad populi fecem induxit, ut anni pr Menſe Septembri ad *Corpus*, ut voc *Evangelicorum* ſupplices darent lite in quibus fatebantur, ſe per integr annum ſacrilega hypocriſi Religio Cath

Catholicos fuisse mentitos, nunc vero profiteri Lutheri sectam: Rogabant itaque, ut ipsis consilium daretur, qua via cum suis uxoribus, liberis, & opificii instrumentis impune emigrare possent. Ut ergo Julius Henricus de Rehlingen Baro de Radau S. R. J. Princeps ac Præpositus Berchtoldgadensis suam ditionem expurgaret, eis (prout ipsi petebant) ad Brunsvicensis Electoris terras emigrare indulsit, prohibuit tamen, ne Norimbergæ Sedem figerent. Hac ipsa restrictione concessam emigrationis libertatem violari, pro more inclamabant Protestantes Legati, incassum tamen: Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Luculento magis specimine quidam Superioris Austriæ rustici testatum reddebant, quod nullatenus veræ Religionis studio animati, fidem Catholicam ejurarint, sed duntaxat Religionis mutatæ obtentu usi sint, ut excusso debitæ subjectionis jugo sub alieno Principe solutioris, uti sperabant, vitæ licentia frui possent; cum enim Imperator eis liberum, publicumque sectæ suæ exercitium, plenamque conscientiæ libertatem clementissime indulgeret, ea tamen lege, ut in Hungariam & Transylvaniam migrarent, nihilominus cœlum, terramque movebant, ut Imperatorem eo adigerent, quatenus

Sæc. XVIII
A. C. 1733

ipsis ex ditionibus Austriacis e
dendi facultatem daret: Quid
mum, ut eis, eorumque fauto
satisfieret, cum ejusmodi hom
genere agendum, plane ignor
cum enim nuper Salisburgensis
ceps atque Archiepiscopus re
suos subditos a vera fide devios
tria tolerare nollet, nil intenta
inausumque relinquebatur, ut
episcopus ad concedendam eis
sectæ intra Alpium fines libere
cendæ facultatem concederet; i
huic eorum petitioni major
atque efficaciæ species adderetur,
ponebatur, emigrationem ad a
ditiones ipsi etiam Archiepiscopo
commercio ac ærario maxime noc
fore; excedentibus enim tot sub
rum millibus patriam necessaria
sione, cultura &c. destitui, ad e
dum autem hoc damnum nil ex
tius, magisque proficuum fore,
ut tot fidelibus subditis publicum
ligionis suæ exercitium *in patria*
cederetur: Nunc vero cum Imper
hanc gratiam suis subditis offe
Protestantes datis ad Cæsarem
acerbe querebantur, hac ratione
grationis jura ac libertatem in
Religiosa stabilitam violari: Atta
Imperator, cum aliunde pacem

phalicam quantum ad ejusmodi arti- Sæc. XVIII.
culos, se ad Austriam haud extendere A. C. 1733
nosset, nec circa suos subditos ab exteris leges accipere assuetus esset, ineunte Mense Junio quadraginta quatuor ejusmodi apostatas Lincii navibus impositos in Hungariam & Transylvaniam deportari jussit, insuperhabitis, quæ identidem movebantur, querelis.

Nondum in Helvetia deferbuit Calvinistarum animositas in Catholicos ac præsertim in Principem ac Abbatem S. Galli; non enim contenti erant, quod eidem inique ablata, contra datam fidem retinerent, insuper etiam Willenses hoc anno adversus eundem Principem, cujus supremo dominio hæc urbs subest, seditionem concitabant, eique debitum obsequium præfracte denegabant, demum implorato Tigurinorum, Lucernensium, Suitiensium, & Glaronensium patrocinio confecta octoginta duo gravamina proponebant. Horum autem querelis ad æquitatis lancem ponderatis, die decima quinta Junii Rorschachii pronuntiata est sententia, vi cujus declaratum, Willensium criminationes, querelas & rationes omnino frivolas, & temere ex malitia excogitatas esse: econtra autem Principis & Abbatis supremam ac nomotheticam potestatem, Regalia & jura

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

jura inconcussis inniti juribus: ea- bus igitur nonnullos esse seligen- qui injuriam Principi ejusque Cap- illatam perdemisse deprecarentur, ctasque litis expensas ex ærario protinus solverent. Id etiam Ro- chii in Monasterio publice execu- datum est.

Fervebat adhucdum Abbatisc- mutuum inter Calvinistas dissi- cum enim hi consueto cuivis secta- tio, sese in duas factiones scinde- & horum altera *rigidorum*, altera *deratorum* nomen sortiretur, nov- dies inter ipsosmet jurgia suscitaba- Rigidi quippe pro inveterato Catholicos odio ægre ferebant, Moderati cum his indulgentius rent, eisque communem cum ipsi quot Ecclesiarum usum concede- Id ergo haud tolerandum rati C- nistæ, vim adhibent, & Catho- fustibus & armis ab ingressu Tem- rum arcent; unde crebri tumu- cruentæ pugnæ, & pudendæ re- tiones: Res vix non ad intesti- bellum spectare videbatur, quod Calviniani Cantones malo reme- tempestive opposituri, auditis utri- rationibus decrevere, ut in omni- eorum Templis e suggestu sever- promulgaretur edictum, vi cujus om-

seditiosæ coitiones, tumultus, ac violentiæ sub gravissimis pœnis interdictæ sint: Ad omnem demum dissidii fomitem penitus extinquendum, ad diem decimam Maij comitia indicebantur. Enimvero hoc decreto aliquantulum sedata erat Rigidorum rabies, quæ tamen in altiores flammas eruptura timebatur, dum præstituta die plusquam mille ducenti ex utraque factione ad comitiorum locum convenirent: Moderatorum tamen prudentiæ debebatur restituta tranquillitas; quippe hi Rigidorum pertinaciæ in omnibus cedebant, eorumque nonnulli pacis amore sua, quibus fungebantur, munia ultro abdicabant, unice contenti, ut obtinerent, quatenus illi, qui debitæ moderationis leges protervius transgressi fuissent, promeritis plecterentur pœnis: Deleto autem omni Christianæ tolerantiæ vestigio Rigidi Calviniſtæ de sociorum conniventia tripudiabant, & officia, quæ vacabant, omnia solis suæ factionis hominibus adjudicabant, excluſis omnino Moderatioribus. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sub idem ferme tempus ad aures Caroli Imperatoris delatum erat, quod Ratisbonæ quidam Senatores, Prædicantes ac cives ex cæco ac improvido sectæ Zelo ad tantam temeritatem prolaberentur, ut contra Imperii leges, ac

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

ac pacis Weſtphalicæ ſtatuta per o
deſtinas ac prohibitas negotiatio
literas, aliasque malas artes tam
ſaris quam aliorum Imperii Princi
ſubditos ad amplectendam ſectam
emigrationem ſollicitarent: hinc I
rator illicitos hoſce auſus Ratisbo
Magiſtratui interminatis etiam ſeve
ſimis pœnis acerbe exprobravit:
ergo Cæſaris indignationem præve
ret Senatus, die vigeſima Julii ed
promulgato ſeditioſas ejusmodi
citationes inhibuit, omnesque ac
gulos Lutheranos hortatus eſt,
Evangelicæ doctrinæ Zelum po
„per ſuam Evangelio debitam obed
„tiam, innocuos mores, charit
„erga cujuslibet Religionis ſequac
„necnon per ſedulam Divinarum
„manarumque & præſertim Ro
„Imperii legum, & Cæſarei ma
„obſervantiam teſtatum redder
„atque exacte obſervarent ſæpius
„prælectum municipale ſtatutum
„modo & ratione, qua erga Ca
„licos, Sacerdotes, eorumque cult
„cum debita reverentia, moderat
„ac Chriſtiana tolerantia ſeſe ge
„jubentur, & cuncta ad commun
„tranquillitatem, & cujuslibet bo
„conducentia præſtare, ea vero, q
„nonniſi animorum exacerbation
„odi

„odium & inimicitias inducunt, eo so Sæc. XVIII.
„lertius evitare tenentur, quo magis A. C. 1733.
„Imperii legibus prohibitum est. Reli-
„gionem convitiis & contumeliis tam
„e suggestu, quam in privata conver-
„satione in Catholicos effusis ore vel
„calamo propugnare, alterius Reli-
„gionis Superioribus, Parentibus aut
„Tutoribus eorumque legitimæ pote-
„stati, educationi, ac debitæ obedien-
„tiæ subditos imo etiam infantes &
„pupillos illicitis sollicitationibus, pro-
„missis, aut aliis malis artibus subdu-
„cere, & sub Religionis prætextu eo-
„rum patrocinium in se suscipere &c.
„*Pareto legi, quisquis legem sanxeris.*
„Auson.

§. LXIV.

Ridicula Logomachia inter Sutorem & Francofordiensem Prædicantem.

Jam anno hujus sæculi vigesimo, & trigesimo Joannes Fridericus Starck Francofordiensis Præco acriter declamabat contra Lutheranos, quos ideo vocant *Separatistas*, quia sese a communi Ecclesiæ conventu & Cæna Dominica segregant: Hac oratione se præ ceteris peti existimabat Theodorus Krahl Sutor Budinganus, qui Anno 1731. contra

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

tra hunc Prædicantem ſcriptum derat, in quo teſtatur, ſe quidem fervidum fuiſſe Lutheranum, ſed cum abhinc annis Francofortiæ Præcones eidem inhibuiſſe, ne in officina preces alta voce funderet contra autem illos publicas chor & clamoroſos luſus toleraſſe, ſuorum Prædicantium contemptu ſim ſibi imbibito, ſeſe Separatiſtis junxiſſe; ipſum nempe Deum piſſe, ut boni ſeſe a malis ſepar ſe ergo duntaxat illos ceu Divini Magiſtros venerari, qui non in nis Academiis, ſed in Spiritus S. inſtructi non petunt, ut eorum tores ſint perpetui Auditores, permittunt, ut a Deo excitati doceant, ac ingenii ſui dotes ad munem utilitatem impendant: illos Præcones pro falſis prop lupis rapacibus, hominibusque carnalibus & terræ agglutinatis bere, qui Crucis Chriſti inimici a carne & ſanguine edocti. ab hom bus ad miniſterium vocati, non cleſiæ ſed ventris Miniſtri &c. Pro hæc deliria fanaticus hic homo alveo uberius effudit, ac demum toria eloquentia prætenſam Luth nismi antiquitatem exploſit, ſimul orthodoxos (ſcilicet ex Separatiſtar

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

factione) Præcones rogavit, ut sibi caveant ab hypocrisi, ventris cura, ac humano timore, necnon a dominio in animas, & a Concionatoria Monarchia, qua Prædicantes Lutherani sibi privative munus docendi vendicant &c. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Hanc rapsodiam confutaturus Starckius, Sutori ex Joannis Balthasari Starckii alterius cujusdam Prædicantis testimonio exprobravit, quod ipse variis erroribus implicitus privatos conventus frequentarit, & veluti specialiter a Deo vocatus alta voce oraverit, inque suas preces quædam S. Scripturæ minus consona immiscuerit, ac propterea admonitus fuerit, ut præscriptis precibus uteretur, ne rudioribus offensioni esset. His præmissis Præco veri Ministri notas a Sutore propositas refellere aggressus, ostendere nitebatur, nocivos prorsus tumultus inde orituros, si quilibet in publico Ecclesiæ conventu pro suo modo docere vellet &c. Has exprobrationes mirifice illustratus Sutor digerere haud poterat, quapropter in Prædicantis faciem nova convitiorum plaustra edito libello evomuit, palam declarans, se a Deo immediate vocatum esse, ut „superbis & avaris Scripturæ Doctori„bus pœnitentiam prædicaret, suam

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„vocationem ne uno quidem
„inferiorem esse vocatione sui Pr
„nis, ei similes Prædicantes p
„nil nisi siliquas, verba mortua,
„cuas literas, & doctrinas sine
„& vita annuntiare, superfluum
„sapientiam in Universitatibus, a
„bus Spiritus Dei exulare jub
„sibi auro comparare; Deum
„unicuique petenti eam conce
„S. Scripturam per ampla Præd
„tium philacteria, eorumque
„crudelius quam per forcipes dil
„magis indomitum, magisque
„bum hominum genus in terris
„esse, quam Prædicantes, se ver
„esse somniorum nundinatorem,
„propterea se credere non posse,
„nionem de Baptismo infantu
„S. Literis esse fundatam, se de
„veritate per Dei verbum adeo
„victum esse, ut etsi cælum &
„obsisterent, eam tamen suo san
„confirmare paratus foret: Præ
„pollicebatur, se de hac veritat
„tegrum tractatum brevi editu
„ac tandem sutoria comitate p
„cantes appellare consuevit cæc
„cularum gestatores, & Socinia
eoquod traderent, Christum adeo
in nobis debilem, ut mandata,
ipse observari mandavit, observare

possimus :" Cum autem Starckius Sutori objecisset, Sutori ultra crepidam non esse excedendum, proin ipsius non esse docere, ac libros edere, inde excandescens Prædicantibus opposuit, eos nullatenus Zelare Dei honorem, sed consueta inter opifices invidia metuere, ne ipse eis panem, quæstum ac negotiationem, & maximum lucrum inde in eos redundans imminueret: dein a Prædicantibus scisscitatur, an Deus ipsis solis prædicationis monopolium ita concesserit, ut præter eos nemo alius has merces vendere possit, & an Deus ipsos posuerit Pastores & Doctores singularis cujusdam otiosæ Societatis, ac inertis Ordinis? an Deus doctrinæ ministerium ad morem opificii duntaxat Prædicantium Tribui eorumque scholæ annectere voluerit? Exprobrat etiam Starckio, eum ita lucro inhiare, ut si simul ad duo ministeria vocaretur, illud solum pro Divina haberet vocatione, ex quo plus lucri sperare posset: Hæc pluraque alia prorsus insulsa ab hoc fanatico Sutore publicis typis edita rursus Præco refellere conatus, hoc anno librum edidit, in quo dogmata de Baptismo, Christi Ecclesia & Pastorum vocatione ex S. Literis demonstrare molitus, suos obtestabatur, ne se a communi Ecclesiæ Conventu, ac Cæna

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Dominica ſegregarent. Nec de
tamen, qui Sutorem contra Pa
cantem ſparſis in vulgus libellis in
defenderent, ejusque libros tam
divina virtute, veritate ac ſapi
plenos deprædicarent, e contra
tem Starckii rationes & reſponſa
ad infimas feces deprimerent. I
quidem prudens ac moderatus tu
hujus fanatici temeritatem appro
duo tamen ſat mira ac ſingularia
in conflictu a non paucis notaba
& primum illud quidem, quod
ckius Præco Theologicis utique
probe inſtructus, cum rudi ac pl
Sutore in publicam iterato arenam
ſcendere non erubuerit, quem
glorioſius vel contemptu ac fil
vel Magiſtratus & Miniſterii auctor
refellere potuiſſet: alterum eſt, cur
operoſe Sutorem & Separatiſtas
ſtatus fuerit Starckius? cum tam
hi ad S. Literas, purum Dei Ver
& Divinas inſpirationes provocem
ſe a Deo ad prædicandum vocatos
ferant, ſicut Lutherani Præcones
ne unicum quidem ſuæ vocation
ſenſus S. Scripturæ rite intellecti
damentum afferre poſſunt, quod
æquali jure Separatiſtæ ſibi vendi
Fors iſti ſuæ doctrinæ certitudine
libris ſuis Symbolicis ex Dei Ver

concretis derivant? aſt unde illos ex Dei Verbis rite fuiſſe excerptos ſciunt? nonne qui extraxerunt, erant homines æque fallibiles ac ſunt Separatiſtæ, Zwingliani, Pietiſtæ, Sociniani &c. qui omnes ſuos pariter libros Symbolicos ex puro Dei Verbo rite extractos pro aris & focis propugnant, & ſenſum, quo ipſi S. Scripturam interpretati ſunt, verum Divinumque eſſe ſenſum jactitant, etſi *fundamentaliter* contrarius ſit ſenſui, in quo Lutherani eundem S. Scripturæ textum interpretantur: Fors Separatiſtarum, Socinianorum &c. Spiritus, ſpiritus eſt malus, ſpiritus tenebrarum &c. ſed nunquid hoc idem ipſum Separatiſtæ Lutheranis regerere poſſent? Quis Judex erit, quo fundamento infallibili quis diſcernet inter hoſce ſpiritus? Non Scriptura; ad hanc enim ceu ad Judicem utraque pars appellat; æquus Judex eſſe non poterit, niſi ſimul nigrum cenſeat album, & album eſſe nigrum, verum & falſum ſpiritum. Fors Lutherani dicent, eorum ſenſum eſſe clarum, & unum Scripturæ textum clare per alium explanari? mox Separatiſtæ &c. opponent, ipſorum ſenſum eſſe clariſſimum, per Divinas inſpirationes poſt humiles ad Deum preces cognitum, & centenis textibus clariſſime explana-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

tum. Ad idem ergo tribunal, demque Judicem cum ambæ partes causſa, quæ ſicut veritas ab errore ſcrepat, provocant, vel ergo pro neutr vel pro utriusque parte erit ſente proin vel utraque pars cauſſa ca & a fidei veritate deviabit, vel ſimul vera & falſa eſſe poterit. quirendus ergo alius erit Judex libilis, quem neutra pars in ſua cleſia reperiet unquam.

§. LXV.

Diverſæ velitationes inter Luth nos Prædicantes.

Enimvero non uno, eoque ſat ſun experimento Lutherani Præc ab ipſo ſuæ reformationis exord docti fuere, nullam in eorum Ecc eſſe certitudinem, quo ſenſu co verſi S. Scripturæ textus ſint accipie incerta, dubia, controverſa, & ctuantia ſine alio præter Script Judice remanere omnia, remque ad eam deveniſſe neceſſitatem, u eludendum duriſſimum hunc diſſo tatis ſcopulum aſſerere cogantur, p ter fidem in Deum, & Chriſtum diatorem nullum alium ſuæ Religio fundamentalem dari articulum, qua vis nec in hoc numero conveniant

nes: Quantas, quæso, quamque acerbas in hanc usque diem contentiones, & diversa opinantium judicia suscitavit articulus de absolutione, confessione, communione &c? Jam Anno 1697. præter Spenerum Joannes Caspar Schad Præco Berolini adversus Confessionem & absolutionem vehementer declamabat, ac edito libro, cui titulus: *Praxis confessionis & Cœnæ*, consuetam confessionem & absolutionem rejecit, ac Sedem confessionalem appellavit Sedem Sathanæ, infernalem lacunam &c. Adversus hunc Deutschmannus Wittenbergensis Præco sequenti anno insurrexit, propugnare conatus, quod privata confessio in potissimis Lutheranorum Ecclesiis recepta ex ipso Paradiso suam repetat originem, proin Divinæ institutionis sit, & tamen alterius sententiæ vindices nullatenus ex S. Literis convinci poterant, sed necessarium erat confugere ad consuetum decidendi modum, scilicet illos, qui auctoritate, ac numero, & potentia minus valent, a Prædicantis officio amovendo. Quid ergo mirum, quod in tanta incertitudine identidem novæ exortæ fuerint controversiæ ac dissidia? Ita anno supra millesimum septingentesimo Bernardus Petrus Karl Osnabrugensis Præco privatam confessionem

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

nem tantopere abominabatur, ut
modo confessiones excipere renue
sed etiam in quadam scheda typis
pressa rationes, ob quas confessio
abhorreret, exponeret, eo fine,
qui sua peccata confessuri accede
perlectis hisce rationibus a confes
proposito absterrerentur. Utrinque
lamis acriter diuque certatum, ni
men decisum, Præco autem sua
amotus est, quin ejus sententiæ ver
clarius certiusque ab aliis, quam
posita per S. Literas fuisset dem
strata. Tertio post anno quam
rimi palam confessionem & absol
nem inter illicitos ritus rejicieb
quos tamen non Scriptura, sed
noveranum edictum compescuit.
dem anno Sigismundus Bernis
Præco in suo libro palam propugna
renatis & in Dei gratia constitutis
cessariam non esse confessionem ad
catorum remissionem, privatam
absolutionem in S. Literis non esse
datam: Longius quoque & Kellner
Prædicantes asserebant, confessio
& absolutionem a Deo non esse insti
tam, sed nil aliud esse, quam Eccle
disciplinam, & rectum confessio
usum ab abusuum multitudine fer
penitus absorberi, consuetum co
tendi ritum esse meram consuetudine
nugo

nugas, & ludricum jocum, ab initio reformationis ideo invectum, quia ex doctrina de sola cordis puritate, & morum honestate Prædicantes nullum lucrum ac quæstum reportarunt: Wernherus Wittenbergensis in suis *principiis juris Eccl. Protestantium* docet, confessionis abrogationem esse mere adiaphoram: Willenbergus vero privatam confessionem vocat auricularem, & mere humanum ritum: Hauberus Superintendens & Schaumbergensis Confessarius Aulicus, & Dani Prædicantes confessionem abrogare nitebantur, quibus sese Geuderus aliique opponebant, & confessionis præstantiam adeo extollebant, ut ab aliis erroris insimularentur. Et tamen tam hi quam illi ad solam Scripturam ceu Judicem provocabant, ab ea autem decisivam, ut vocant, sententiam adhucdum expectant, semperque expectabunt. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Anno autem hujus sæculi trigesimo & quidem occasione Jubilæi Augustanæ Confessionis quidam Saxonicus Superintendens novo confessionis invento auctoritatem conciliare nitebatur, habita solemni disputatione, in qua de salutari desperatione differens propugnabat, in vera pœnitentia cum desperatione luctandum esse, pœnitentiam esse debere tormentuosam sum-

Sæc. XVIII. misque cum angoribus conſcientiæ
A. C. 1733. animi anxietatibus diu conjunctum
tandemque perrumpentem, vulgo Durch-
kampf, Durchbruch; deſperandum
homini pœnitenti de externis gra
mediis, de Chriſtiana Religione,
cultu, abſolutione & oratione, tea
dam eſſe conditionatam abſolution
&c. Proh quanta monſtra! & tam
qui ea progerminarunt, illa in S.
teris fundata jactitabant. Celeb
adhuc erat controverſia hanc in
hoc anno enata inter quemdam P
dicantem Hafnienſem & Eilertum
gerupum Nidroſienſem Pſeudo-E
ſcopum. Occaſionem hujus con
tionis præbuit præfatus Præco,
ad hunc Præſulem die octava Aug
has dedit literas.

„Nullum dari candidum Evang
„Miniſtrum puto, cui non compert
„eſt, abſolutionem (etiam condi
„nalem, quæ tamen Rituali nob
„Eccleſiaſtico plane contraria eſt
„verbo divino uti & praxi primit
„Eccleſiæ parum habere fundamen
„temporibus vero obſcuris eſſe in
„ductam. Et quin ſit equuleus
„ſcientiæ, cordati Miniſtri ludibr
„apud prudentes ſæculi, pura
„ceremonia apud filios Dei illumi
„tos, munimentum peccati & ca

„lum regni Sathanæ apud ignaros, & Sæc. XVIII.
„incurioſos, minime dubitandum eſt: A. C. 1733.
„Credo neminem hac de re fovere du-
„bium. De ſella vero confeſſionaria
„aliter ſentiendum eſt, hujus abroga-
„tionem atque acceſſum cuique libe-
„rum ad ſacram cænam absque hoc
„propugnaculo prohibeat Deus? Quod
„etiam N. N. declaravit, ſe nempe mi-
„nime in eo eſſe, ut ſella confeſſiona-
„ria ex Eccleſia eliminetur, multo
„potius vero ſe poſtulare, quod ſacra
„cæna ſine colloquio (conference) in-
„ter Miniſtrum & acceſſurum nun-
„quam abrogari debeat. Modum vero,
quo N. N. rem aggreſſus eſt, ipſe dam-
„no, imo ipſe conceſſi, eum juſte &
„neceſſario privari officio debere, ut
„impediamus, quam diu poſſumus,
„quo minus majores in Eccleſia turbæ
„exoriantur, & ut ejus nævi, quam-
„diu eſt poſſibile, obtegantur. Nec
„illud N. N. voluit. Sincerum tuum
„judicium de abſolutione loco Chriſti
„in nomine Trinitatis, qualis jam uſur-
„patur, & num ne cum ſecundo De-
„calogi præcepto pugnat? vehementer
„deſidero. Abſolutionem illam Ec-
„cleſiæ Dei magis nocivam quam pro-
„ficuam arbitror; eamque in melius
„commode mutari poſſe optarem.„

Ad

Sæc. XVIII, A. C. 1733.

Ad has literas Hagerupus die
cima quinta sequens dedit respo
„ Heri advenit epistola tua, cujus
„ cipuum argumentum est de priv
„ absolutione, de qua meam requ
„ sententiam, quam hisce sequenti
„ habeto. 1. Sentio absolutionem
„ vatam esse rem seriam in verbo di
„ & promissionibus fundatam.
„ Christus dedit ministerio potesta
„ remittendi peccata, sive annuntia
„ remissionem peccatorum Joh. 20. S
„ me misit Pater &c. Sed Pater m
„ me, ad evangelizandum pauperi
„ sanandum contritos, prædican
„ remissionem &c. Esai. 61. Luc
„ 2. Potestas absolvendi sive exerce
„ publice & generaliter, sive privat
„ & individualiter, est eadem di
„ nitus instituta potestas. Promi
„ Evangelii non tantum efficax
„ quando in genere annuntiatur &
„ generali prædicatione apprehendi
„ sed & quando pastoralis est, &
„ vatim individuis annuntiatur.
„ vata absolutio remittit peccata
„ aliter quam quod privatim & singu
„ voce Evangelii annuntiet remissione
„ Quæ annuntiatio sive singularis, s
„ cialis sive privata vocetur, effic
„ est ad remissionem, quia est Mini
„ rium Spiritus, per quod Deus re

„tit peccata: Idem Evangelium est & Sæc. XVIII.
„eadem efficacia, sive in genere multis A. C. 1733.
„sive privatim uni vel paucis annun-
„tietur & propter fidei infirmitates ad
„pleniorem & firmiorem consolationem
„Deus vult promissiones gratiæ non
„tantum in genere proponi, sed pri-
„vatim etiam ad singulos petentes ap-
„plicari per annuntiationem, exemplo
„Christi Matth. 9. Luc. 8. mandato
„Christi Luc. 24. ita sententia Christi
„Joh. 20. de remittendis peccatis sive
„intelligatur de publica & generali, sive
„de privata absolutione. Vere instituit &
„statuit, quod Ministerium habeat po-
„testatem remittendi peccata voce, &
„annuntiatione Evangelii. 3. Quod
„dicatur: Absolvo te Christi loco in
„nomine &c. Sentio, hanc formu-
„lam esse Scripturæ convenientem,
„nam 2. Cor. 5. dedit Deus nobis Mi-
„nisterium reconciliationis. Quomodo?
„quia posuit in nobis verbum reconci-
„liationis. Nos pro Christo ὑπὲρ χριστοῦ
„loco Christi, legati sumus tanquam
„Deo exhortante per nos. Sicut ergo
„Ministri sunt σύνεργοι Dei in cæteris
„officii partibus, ita & hic, nec dene-
„ganda est ministerio, quam asserente
„verbo Dei, habet, dignitas & aucto-
„ritas: Nos loco Christi absolvimus &
„Christus per nos absolvit. 4. Forma

„ab-

Sæc. XVIII A. C. 1733.

„absolvendi debet esse absoluta, „
„conditionata, quia est Evange
„nam licet necesse sit in illis, qu
„tunt absolutionem, adesse deber
„tritionem & bonum propositum,
„cacia tamen & consolatio absolu
„nis non nititur nostra vel contri
„vel proposito. Annuntiatur re
„non secundum nostras vel quali
„vel actiones, sed gratis propter C
„stum. Nec fides in absolutione e
„ducenda est, ut pro quantitate
„qualitate contritionis suæ statua
„remissione: Requiritur conditio
„nitentiæ ab his, qui petunt ab
„tionem, & sine qua non prodeit
„solutio, sed conditionalis non d
„esse absolutio, ut sit Evangelica,
„legalis. Quemadmodum bapti
„forma non potest esse conditiona
„sed absoluta, Evangelica vi in
„tionis, sic & forma absolvendi.
„sonat absolutio conditionalis ut
„Nolo absolvi sub conditione me
„actuum, quos an in debito grad
„beam, certus esse nequeo, & sic
„per incertus de remissione. Not
„Novatianorum error de dubita
„absolutione. 5. Impositio manu
„sella confessionaria, statum tem
„quilibet communicaturus acce
„procumbens vel assidens vel sta

„Hæc

„ hæc omnia pertinent ad ritum Ec- Sæc. XVIII.
„ cleſiaſticum, de externis ejusmodi A. C. 1733.
„ geſtibus & ritibus nullum extat man-
„ datum, nulla promiſſio: Probe diſtin-
„ guantur ritus privatæ abſolutionis
„ ab ipſa abſolutione, qui ritus proinde
„ non ſunt abſolutæ neceſſitatis, ſed in
„ recto uſu varias præſtant utilitates &
„ ad diſciplinam pertinent Eccleſiaſti-
„ cam, ideo nequaquam ſunt tradu-
„ cendi, nec temere negligendi vel ab-
„ rogandi, ſed in timore Dei uſurpandi.
„ 6. Res eſt longe graviſſima, quæ di-
„ ſputatur: Quid ſit abſolutio? quæ
„ ſit ejus efficacia? quæ conſolatio?
„ quo fundamento nitatur efficacia &
„ conſolatio abſolutionis? Et cauſſas
„ noverunt graviſſimas pii Patres, qui
„ ordinarunt in noſtris Eccleſiis reti-
„ nendam privatam confeſſionem & ab-
„ ſolutionem, ſpeciali abſolutione ter-
„ ritis conſcientiis conſulebant, quot-
„ quot tenera & pavida conſcientia la-
„ borant, non poſſunt firma fide ſtatuere
„ ad ſe pertinere promiſſiones Evange-
„ licas, indigent impoſitione manuum &
„ individuali applicatione, ut non du-
„ bitent, & fides illorum uſu abſolu-
„ tionis confirmetur. Denique ſi tollas
„ abſolutionem privatam, dic ſodes,
„ quodnam in Eccleſia noſtra reſtat
„ teſtimonium hujus articuli, quod po-

„ teſtas

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ teſtas remittendi ſit penes mi
„ rium? quodnam exercitium cha
„ Denique quantum commodi et
„ ritu ad informandos rudiores d
„ plorandos communicantes, ſi
„ iſte rite perficeretur? Verba Co
„ ſionis Auguſtanæ nota ſunt Art.
„ & Catechismi minoris; graviter
„ nunciat Lutherus in Art. Smalc.
„ Art. VIII. Nequaquam in Ec
„ abolenda confeſſio & abſolutio pri
„ propter teneras & pavidas conſ
„ tias, & propter juventutem ind
„ tam & petulantem. Serio loq
„ idem alibi: Si mille & iterum
„ mundi eſſent, malim omnia amitt
„ quam minimam hujus ritus par
„ lam aboleri permittere: Amand
„ Melanchtonis vox: Amate mo
„ illum privatæ abſolutionis, ma
„ mos ille aboleretur, qualis eſſe
„ cleſia? etiam ille mos teſtimon
„ eſt, quod in Eccleſia ſit remiſſio
„ catorum. Plura, quæ addam
„ habeo, ſed hac vice non vacat. S
„ ficit hoc ad declarandam mean
„ hac quæſtione ſententiam. Sic
„ dici, ſic doceo, ſic docebo, v
„ potius amiſſurus, quam vel m
„ mam hujus moris particulam abo
„ permiſſurus. Ex his facile conji
„ quam peregrina, quam heterodox

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ terribilis mihi videbatur tua dictio, „ qua tanquam perorata lite, damnas „ ipsam privatam absolutionem ejusque „ ritus, qua tot inhonestis prædicatis „ non abusum rei, sed rem ipsam dila„ ceras, ut equuleum, ludibrium, Sa„ tanæ castellum, munimentum pec„ cati & tandem puram putam cere„ moniam appellites. Dolui mi Fra„ ter, & vehementer dolui, dum ista „ legeram: Non est vox digna Episcopo „ Evangelico, offendit omnes Evan„ gelicæ veritatis Amantes, & sane „ discedit a vero, ignota non fuit præ„ ceptoribus nostris, sed repudiata & „ refutata est, ut & nos eandem repu„ diare & refutare debeamus. Maneat „ ipsa absolutio privata sancta, pia, „ laudis & consolationis plenissima; ta„ xentur abusus & corrigantur. Si eo „ usque progredi velles, ut diceres, so„ lum abusum privatæ absolutionis a„ pud nos superesse & verum sanctissimi „ instituti usum periisse, tolerandus „ esses, licet & ista locutione in Eccle„ siam nostram injurius. Ego aliter „ expertus sum & sciens novi, tam ve„ rum absolutionis usum hic exerceri, „ quam tristissimos abusus hic & ubi„ que deprehendi. Sum ex illis unus, „ cui multimodas anxietates peperit „ sella confessionaria, sed eadem mihi

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„multifariam dedit lætitiam, pr
„mihi perdilecta est, eandem
„tectam curabo & utinam ab ab
„liberatam ubique cernerem.
„singulos abusus & non nescius
„qua via corrigi possint. Sed co
„tur in pejus, dum convitiis ip
„solutionem proscindimus, dum
„rogatam volumus, dum variat
„uno modo postulamus. Sicc
„nata sunt Ecclesiæ vulnera? Si
„melior Christianismus? Sicc
„stella Sathanæ dejecta? Per
„mi Frater! profundius consid
„est hæc res, & cave tibi,
„causſæ Dei ignominia & noxa
„ratur. Doleo has voces privat
„solutioni infames a te prolat
„etiam coram Rege, qui sinistra
„sitan de toto negotio concepit
„tem. Mihi longe alia stat mens.
„nia gratiæ media veneror. Dig
„tem ministerii verbo divino
„veneror. Ritus Ecclesiasticos
„tis Dei viris constitutos & appro
„veneror. Ne simus adeo sup
„suffeni, ut meliores nos invenire
„confidamus. Sed si placet frat
„meam admonitionem admittere,
„clara tuum Zelum solis abusib
„positum, parce ritibus sacrati
„nec appella privatam absolutio

„vel sacrilegium vel profanationem no- Sæc. XVIII.
„minis divini, tum salva res est & asso- A. C. 1733.
„ciabimus consilia de tollendis abusi-
„bus, si placuerit Deo, nostram ope-
„ram reddere Ecclesiæ salutarem: Fi-
„nio tandem cum effato Chemnitii:
„Qui usum privatæ absolutionis, quæ
„voce Evangelii per ministrum verbi
„annuntiatur, ex Ecclesia tollunt, cum
„iis nostræ Ecclesiæ nil commune ha-
„bent.„

Insuper ut Hagerupus suam opinionem magis inculcaret, præsente ipso Daniæ Rege desuper concionem habuit, quæ tamen non omnibus ac præcipue Nobili cuidam Virgini minus probabatur; hæc enim præprimis redarguebat, quod ipse hanc opinionem e suggestu publice proposuerit, & falsi prophetæ tales designarit notas, ex quibus quilibet, qui vel minimum in Ecclesiæ ritibus immutari cupiunt, pro falsis Prophetis habendi essent; dato enim, ajebat ipsa, quod nonnulli Præcones (scilicet qui ob privatæ confessionis horrorem suum officium abdicarunt) hac in re errassent, num propterea tanquam hæretici sunt rejiciendi? nonne potius e sacris literis mansuete edocendi fuissent, ne, dum illi pro obstinatis & proprii judicii tenacibus proclamantur, ipsemet proclamans audiat

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

pertinax, de se nimium præsume
Verbi Divini oraculis sæpe suum
cium præferens: Ceterum nec se
alios velle confessionis usum abro
hæc quamvis, nec Dei Verbo præ
nec in primitiva Ecclesia fuisset us
se tamen desiderare, ut probi Pa
nes majorem cum suis pœniten
agendi libertatem haberent. De
hæc Nobilis Virgo Deum rogabat
hunc Præsulem illustrare velit,
tenus cognoscat, an in sua Con
puram habuerit intentionem, &
potius passiones suas secutus
Sperat quidem ejus propositione
pulo non fore nocivas, eoquod
met Rex tanta polleret sapienti
inter verum & falsum, inter re
usum & abusum discernere queat.
nique Hagerupo candide declarat,
nil, nisi in Verbo Dei fundatum,
cunque demum proponatur, cre
velit &c.

Ad liberiorem hanc fœminæ
hensionem Episcopus respondit, fili
dudum notam esse libertatem, qu
Auditores ejus conciones censuris
stringere & Ecclesiæ Lutheranæ fla
ac Ecclesiasticas doctrinas impug
præsumerent, se vero parum cura
an eis placeat vel displiceat, sed d
taxat conscientiæ suæ testimonio

tum se esse, quod semper puram & firmam veritatem & quidem ex S. Literis proposuisset, paratum quoque se esse, rationem desuper coram Rege suo reddere; aliunde quemquam hæresis damnare, prorsus a se alienum esse, nec ipsam hanc Virginem aut ambos Prædicantes a se nominatos fuisse falsos Prophetas, velle tamen, ut a falsis opinionibus & erroribus sibi caverent. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Ceterum de his ipsis queritur, quod errent, „& tamen disciplinæ impatientes „sint, etsi bono nullo specimine pro „publico & communi utilitate quic„quam præstandi habilitatem manife„stam reddiderint, seniorum tamen con„silia dedignentur, & tanquam inexperti „juvenes non considerent, quanta „mala ex ipsorum postulatis eventura „sint, certum autem esse, eos dum a „legibus dependere nolunt, in tenta„tionum laqueos incidere & sine ne„cessitate oves suas non sine scandalo „deserere:" Circa Confessionem ait Episcopus, eam esse in Dei Verbo fundatam, privatam vero confessionem & absolutionem longe ante Papatum extitisse, & in Ecclesia Lutherana in sua puritate conservari, eamque esse quid nobilius, quam meram cæremoniam, adversarios autem non modo, ut absolutionis formula immutaretur, postu-

Sæc. XVIII. A. C. 1739.

lare, sed etiam ipsum fundame
dogma de justificatione & absolu
impetere, proin de Evangelio, de
stificatione, & Ministrorum offici
spectas fovere doctrinas; tantam a
libertatem, vi cujus juxta arbitr
suum, non autem secundum fra
cum pœnitentibus agere possent,
nocivam, scandalosam, & me
damnandam:

Denique hic Episcopus hanc N
lem ita alloquitur: *Noli te in re*
clesiasticas immiscere, sine potius
cum Viris decertare; qui nos præ
Viri erant, in quorum comparatio
fantes sumus, non ergo decet, ut qu
eis statuta fuere, abrogemus, sed pot
exequi studeamus &c.

Ceterum in hac opinionum v
tate unitas Ecclesiæ haud sperari
est; in aliquibus enim Regionibus
fessio fuit vetita & præcipue in
Anno 1737. Regio edicto Exorcis
in Baptismo, & confessio in Ecc
fuit penitus eliminata, relicta ta
privatim confitendi libertate: in
vero Regnis confessio tam stricte
requisita, ut ejusmodi confessio
omnino eadem, ac Confessio Sa
mentalis apud Catholicos, dumm
non deesset absolvendi facultas. E
trario Anno hujus sæculi trige
pu

primo ex mandato Regis Boruſſiæ & Erneſti Auguſti Vinarienſis Ducis confeſſio privata, & communio, indicta etiam depoſitionis pœna, prohibita fuit, reclamantibus Nobilibus, qui propterea ad Saxonicos Prædicantes pro confeſſione confugerunt, a quibus etiam ad privatam confeſſionem & Communionem contra Joannis Friderici Mencke Prædicantis doctrinam admiſſi ſunt; inde vero gravis contentio inter Brandeburgicos & Saxonicos Prædicantes exorta eſt. Poſtea Joannes Georgius Pertſch Helmſtadienſis Profeſſor in ſuo Hiſtorico tentamine docuit, confeſſionem, prout a Lutheranis peragitur, nonniſi ad ſuperſtitionem deſervire. In inferiori autem Saxonia editis libellis demonſtratum, confeſſionem privatam omni tempore in Eccleſia fuiſſe utilem, neceſſariam & in S. Scriptura fundatam, quæ ſi abrogaretur, librorum ſymbolicorum auctoritas, externa Chriſtianæ vitæ diſciplina, & tota Chriſtiana Respublica everteretur, ac inſuper Catholicorum criminationes firmarentur, & Religioſæ pacis beneficium amitteretur. Præterea Kümmelmanus Vinarienſis Præco in ſuo Catechismo præſcripſit, etiam peccata venialia, v. g. dormire in Eccleſia, jocari &c. eſſe in confeſ-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733

sione exponenda, quemlibet ha
posse absolutionem impertiri, C
ad omnes Christianos dicente, qu
solveritis &c. eamque ejusdem ef
boris, acsi a Prædicante daretu
confessione Confratri suo facta ho
lam non esse necessariam, eoquod q
libet vetula etiam suæ vicinæ suas
cessitates enarraret, cum Confes
adeo familiariter esse agendum,
ei quid novi narraretur &c. Alii
potestatem clavium non modo Pr
cantibus, sed toti Ecclesiæ Luther
abjudicabant, asserentes, hanc p
statem pertinere ad donum mira
rum, potissimos ex Prædicantibus
lupos rapaces, nullum autem e
cordium secreta dignoscere &c. C
tra hos autem Kohlreisus Razebur
sis Præpositus docuit, potestatem
mittendi peccata jam ab Adami te
pore esse derivandam; Biclerus q
que Jessensis Superintendens dem
stravit, Exomologesin, de qua in p
mitiva Ecclesia Apostolica sermo
currit, fuisse confessionem, & abs
tionem esse necessariam, etsi pœnit
a Deo plenam remissionem obtinue
alius vero Brandeburgensis præco
pœnitentibus nonnisi spirituale solat
impertitus est sine impositione manu
quam supervacaneam, temerariam

Vid. t. 72. pag. 401.

periculosam existimavit, & nomen Sanctissimæ Trinitatis in absolutione adeo facile pronuntiare, horrendum esse docuit: Ernestus vero Schubart Helmstadiensis tradidit, potestatem dimittendi peccata Prædicantibus non esse concessam, absolutionem nil aliud esse, quam declarationem, Moserus quoque & Dargunenses Prædicantes docuere, confessionem homini factam esse quidem utilem, non autem necessariam, absolutionem non esse *collativam seu effectivam*, sed duntaxat *declarativam* & *applicativam*, eamque mere conditionate dari posse: confessionem, prout hodie fit, nullum in S. Literis fundamentum habere &c. Alii confessionem & Confessionale Lutheranum vocabant sedem Diaboli & Antichristi, Antichristianæ idololatriæ abominationem, Ecclesiasticum telonium, Clericorum fraudem & histrioniam; Lutheranorum absolutionem esse laqueum conscientiæ, ad communionem etiam indignos esse admittendos &c. Porro Christophorus Achiles vocat confessionale sedem Antichristi impiam, magnam fraudem &c. Confessarios autem stultos, Babilonicos Antichristos, prostibulo fœdiores, mendaces, hypocritas, falsos Christianos, lenones &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Præterea memoratu digna est ecclesiastica Constitutio Ulmensis, Anno 1751. inter alia statutum, v. g. pœnitens suum crimen Judice pernegaverit, falsumque mentum fecerit, & id Confessario fessus fuerit, hic quidem hoc crimen manifestare non debeat, pœnitens tamen hortetur, ut suum crimen dici detegat, vel si quis furtum misisse confitetur, confessarius adstringat ad restitutionem, vel si confitetur, se scelus in Reipublicæ proximi damnum committere vol ad evitandum damnum Confess quidem crimen, non tamen perso manifestet &c. His nullas addo flexiones, utpote Catholico Le ultro occurrentes.

§. LXVI.

Clementis XII. Constitutiones.

Hoc item anno Clemens XII. Pon fex Maximus ad conservand Ecclesiasticæ ac Monasticæ disciplin vigorem plures edidit Constitutione & quidem die decima octava Januar ad mentem Clementis X. Prædecessor sui omnibus & singulis Congregation de Somascha Clericis ambitum seu *cursum ad quascunque Personas vel Eccl*

ſtaſticas vel ſæculares pro obtinendis guberniis, Superioritatibus aut voce in Capitulis generalibus ſub excommunicatione latæ ſententiæ, & perpetuæ inhabilitatis pœna prohibuit. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Cum olim extra Placentinæ Urbis mœnia Hoſpitale ſub titulo S. Lazari pro leproſis, ac poſtea pro infirmis ſenibus, ac demum pro utriusque ſexus pauperibus erectum eſſet, demum vero ex ipſa ſexus ætatisque diverſitate plurima orirentur incommoda, Julius Cardinalis Alberonius illud in Collegium pro Clericis ſæcularibus Placentinæ Diœceſis convertere decrevit, ut ibidem ſacris Ordinibus initiandi ſpiritualibus exercitiis vacare, ſacrisque ritibus imbui poſſent. Hoc igitur Cardinalis propoſitum Clemens Papa ratum habuit, & hujus Collegii adminiſtrationem ac regimen Presbyteris Congregationis Miſſionum, præſcriptis quibusdam ſtatutis, die tertia Februarii commiſit. Biduo poſt idem Pontifex ſtatuit, ne deinceps Procurator Generalis vel Aſſiſtentes Generales Ordin. S. Auguſtini eligantur in Generalem, niſi prius ab ejusmodi officio per ſexennium vacaverint. Pariter ad preces Prioris Generalis Carmelitarum die decima nona Februarii decrevit Pontifex, ut in Provincia Calabriæ citerioris & ulte-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

ulterioris in proximo triennio Pro
cialis sit ex parte Calabriæ citer
cum duobus Definitoribus, & una
cio pro Capitulo Generali, reliqui
duo Definitores & alter Socius fu
parte Calabriæ ulterioris, & sic
versa in subsequenti triennio: id
quoque circa Provincialem in Fran
Provincia die tertia Martii statutum

Porro die decima Aprilis Clem
Papa confirmavit Clementis VIII
Benedicti XIII. decretum, vi cujus
dini FF. Prædicatorum conceſſum
Proceſſiones Corporis Chriſti & SS.
ſarii celebrare valeant, quin eis
pterea a quocunque lites vel con
verſiæ moveri poſſent: Die autem
decima Maij idem Pontifex Ord
Minimorum facultatem erigendi C
fraternitates ſub inſtituto S. Fran
de Paula conceſſit: tertia vero pos
Capuccinis Miſſionariis & Concio
toribus indulſit, ut Miſſionum &
cionum tempore Sacerdotibus tam
cularibus quam Religioſis, in
in quibus deſunt Ordinis ſui Confe
rii, peccata ſua confiteri valeant. Pr
terea gravior hoc anno contentio
cruduit inter Clericos Pauperes a Sc
lis piis nominatos & inter Vilnen
Jeſuitas; quamvis enim Clemens
die prima Maij Anno 1731.

Vide ſupra tom. 13. pag. 723.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Constitutione, quæ incipit: *Nobis, quibus* &c. præfatis Clericis liberum sacratiores scientias adolescentibus etiam Nobilibus tradendi jus asserverit, nihilominus Jesuitæ, qui Vilnensem Academiam moderabantur, hoc jus in controversiam duxere, Paulo Strylevskio Jesuita hanc caussam Romæ agente: Has ergo contentiones, ut tandem Pontifex penitus extingueret, die trigesima Junii sequentem edidit Constitutionem, quam, cum ex ejus tenore tota hujus litis series exacte agnosci possit, ferme integram huc referre, haud superfluum videtur.

Bull. magn. Clem. XII. tom. 14. pag. 280.

„Cum itaque . . . . Congregatio „dilectorum filiorum Clericorum Re „gularium Pauperum Matris Dei, qui „a Scholis Piis denominantur, in Vil„nensem civitatem canonice introducta „fuisset, a dilectis quoque filiis Cleri„cis Regularibus Societatis Jesu, qui „Universitatis studii generalis seu pu„blicæ Academiæ Vilnensis curam ge„runt, non licere ibi cuiquam extra „eandem Universitatem sive Acade„miam eminentiores disciplinas & scien„tias adolescentibus tradere, pro„ptereaque non posse jam dictos Cle„ricos Regulares publicas scholas ibi„dem aperire, prætensum fuerit; hu„jusmodi prætensionibus in Congre„gatio-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„gationem ſanctæ Romanæ Eccl
„Cardinalium, negotiis & conſul
„nibus Epiſcoporum & Regular
„præpoſitorum, e quorum n
„Nos ipſi tunc eramus, ab utr
„parte deductis, eadem Congreg
„Cardinalium die vigeſima ſept
„menſis Martii Anni Domini 172
„ferente dilecto filio noſtro Nic
„ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presby
„Cardinale, Spinula nuncupato,
„creverit primo, dictis Clericis R
„laribus licere aperire ſcholas
„modum duntaxat, ſcilicet infer
„pro pueris pauperibus, gratis &
„ullo ſtipendio imbuendis in p
„elementis, grammatica, comput
„præcipue in bonis moribus, & i
„Catholicæ rudimentis, ad form
„literarum Apoſtolicarum ſel. rec
„Pauli Papæ V. Prædeceſſoris N
„quæ incipiunt: *An ea, interdict*
„*ſtuatione, & amplius cauſſam non*
„*proponi* cenſuerit, & piæ mem
„Benedictus Papa XIII. etiam Pr
„ceſſor Noſter decretum prædictum
„ſuas literas Apoſtolicas ſub a
„Piſcatoris in forma Brevis die de
„ſeptima menſis Martii inſequ
„1728. expeditas, Apoſtolica auct
„tate confirmaverit atque adprob
„rit, prout in decreto ac literis

„dem Benedicti plenius & uberius „continetur.„ Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Deinde vero Nobis, divina favente Clementia, ad Beati Petri „Sedem evectis, cum innotuisset, varias, interque se discrepantes sententias ac voces percrebuisse de proprio „officio, præcipuoque instituto primo „dictorum Clericorum Regularium, „super modum & rationem instituendi „adolescentes, eorum curæ commissos, eosdemque in scholas recipiendi, „deque Statutis a piæ record. Gregorio Papa XV. etiam Prædecessore „Nostro, confirmatis & approbatis, ac „de complurium aliorum Romanorum „Pontificum tam sub plumbo quam sub „Annulo Piscatoris, in dicta forma „Brevis, pro dictis Clericis Regularibus Pauperibus Matris Dei, editis „literis Apostolicis, & præcipue eorumdem Pauli, Gregorii, & Urbani „VIII. Alexandri VII. Clementis IX. „& Clementis X. etiam Romanorum „Pontificum Prædecessorum Nostrorum: Nos quascumque controversias & dissensiones, ex statutorum & „literarum Apostolicarum hujusmodi „vario sensu ortas, & tunc fortasse oriturus, pro nostri Apostolatus munere „de medio tollere volentes, particulari Congregationi Venerabilium Fra-

„trum

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

„trum noſtrorum ſanctæ Romanæ
„cleſiæ Cardinalium, videlicet
„memoriæ Proſperi Mareſuſchii,
„rumdem primo dictorum Clerico
„Regularium Matris Dei Protect
„Leandri de Portia, ac Petri Al
„Caraffæ, ad rem maturo conſilio
„minandam, tunc per Nos Apoſto
„auctoritate prædicta inſtitutæ &
„viis facultatibus neceſſariis inſtru
„commiſerimus & mandaverimu
„de omnibus & ſingulis tam in
„ma Brevis, quam ſub plumbo
„præfertur, expeditis, dictu
„Clericos Regulares reſpicien
„Apoſtolicis literis ac ſtatutis
„ctis mature perpenſis, in ſubſeque
„capita ſedulo inquirerent.„

„Primo nimirum, an præ
„Clericis Regularibus Pauperibus
„tris Dei in ſuis publicis ſcholis,
„ter ſcribendi, legendi & comput
„regulas, atque etiam grammatic
„ſcientias majores tradere licer

„Secundo, an ipſi ad easdem
„ſcholas pueros etiam Divites, N
„lesque admittere poſſent.„

„Tertio, an in ſuam curam &
„gimen juvenum Collegia, Semina
„& Convictus habere itidem poſſent.

„Quarto quæſitum eſt, an privi
„gium Apoſtolicum eis foret concedi
„dum

„dum, regulares domos ſine aliorum „Regularium conſenſu, condere poſ- „ſent, ubi tamen eis pro numero a „Conſtitutionibus Apoſtolicis præfixo „Religioſis alendis ſufficientes redditus „citra mendicandi & quæſtuandi ne- „ceſſitatem alias ſuppeterent: quum- „que Congregatio particularis, præ- „dicta die 13. Menſis Aprilis Anni „Domini 1731. habita præmiſſis om- „nibus, quemadmodum præceperа- „mus, diligenter inſpectis & ponderа- „tis, nemine diſcrepante, in hanc re- „ſolutionem uno ore devenerit, ſci- „licet: "

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Ad primum, Clericos Regulares „Pauperes Matris Dei, qui a Scholis „Piis denominantur, teneri prima ru- „dimenta Catholicæ fidei, grammaticæ „& computorum regulas tradere ado- „leſcentulis ad formam Conſtitutionum „Ordinis ſui: licere etiam eisdem ſcien- „tias Majores in ſuis publicis Scholis „tradere, dummodo tamen apud eos „Conſtitutiones Ordinis quoad ſcholas „minores ſerventur. „

„Ad ſecundum, eosdem Clericos „Regulares teneri admittere pueros „pauperes; & licere eis admittere „pueros divites, & Nobiles. „

„Ad tertium, poſſe ad formam Ca- „pitulorum Generalium. „

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Ad quartum, pro gratia prin
„eis concedendi responsum fuit
„formam scilicet indulti sel.
„Prædecessoris Nostri Clemens
„pæ IX. Fratribus Excalceatis O
„Beatæ Mariæ Virginis de Mon
„melo, concessi die sexta O
„Anni 1668.„

„Relataque Nobis insequen
„per Venerabilem Fratrem Ar
„scopum Nazianzenum, Aud
„nostrum, quem Nos eidem C
„gationi particulari Secretarium
„gnaveramus, resolutione hujus
„quascumque contentiones,
„dias, & lites, si quæ forsan
„dolibet ubivis locorum super
„modi statutorum, & literarum
„stolicarum interpretatione &
„sensu contra primo dictos C
„Regulares exortæ, & coram
„vis judicibus introductæ, &
„cisæ pendere repertæ fuissent,
„imposterum oriri unquam pot
„ad Nos & Sedem Apostolicam
„cantes, ac penitus supprimen
„extinguentes, ac super eis
„tuum silentium imponentes:
„proprio & ex certa scientia,
„Apostolicæ potestatis plenitudi
„stris, resolutionem seu decretu
„perius expressum & enuntiatum

„deinceps semper & perpetuo vigeret, Sæc. XVIII.
„& ubique locorum a primo dictis Cle- A. C. 1733.
„ricis Regularibus, illorum Præposito
„& Procuratore Generalibus, cæteris-
„que Superioribus & personis quibus-
„cumque observaretur, dicta Apostо-
„lica auctoritate perpetuo confirma-
„verimus & approbaverimus; & ne
„imposterum quisquam ubivis locorum
„& gentium contra præmissa novas
„controversias & dissensiones excitare,
„primodictisque Clericis Regularibus
„de his molestiam aliquam inferre au-
„deret, quæ a dicta Congregatione
„particulari explicata & resoluta fue-
„rant, & a Nobis adprobata, dicta-
„que resolutione seu decreto contine-
„bantur statutorum & literarum Apo-
„stolicarum tam sub plumbo, quam in
„forma Brevis hujusmodi, esse verum,
„germanum, sincerum & indubium
„sensum; idque omne a quibuscum-
„que etiam speciali nota dignis, &
„vigore Constitutionum Apostolicarum
„nostrarumque & Cancellariæ Apostо-
„licæ regularum, specialiter & indi-
„vidue exprimendis, etiam dictæ S.R.E.
„Cardinalibus, locorum Ordinariis, ac
„quorumvis Ordinum etiam Mendi-
„cantium & militarium, necnon etiam
„Congregationum quarumcumque alio-
„rum Clericorum Regularium, etiam

Sæc. XVIII A. C. 1733

„ Societatis Jesu, & cujusvis alte
„ regularis Instituti personis Regu
„ bus omnino servandum esse: ne
„ eisdem statutis & literis Apostol
„ superius expressis ullam aliam in
„ pretationem tribui posse, neque
„ mo dictis Clericis Regularibus ea
„ statutis, literisque Apostolicis ist
„ concessis præsertim dicti Pau
„ Prædecessoris. Scientias Majores
„ fiteri unquam interdictum & vet
„ fuisse; imo etiam in suis publicis S
„ lis easdem scientias Majores
„ lescentibus cujuscumque ordin
„ conditionis tradere & prælegere
„ cuisse & licere, Apostolica auc
„ tate prædicta decrevimus & de
„ ravimus; prout in nostris desuper
„ datum Romæ apud sanctam Ma
„ Majorem Anno Incarnationis Do
„ nicæ 1731. Kal. Maij Pontific
„ Nostri Anno primo vulgatis, u
„ pientibus: *Nobis, quibus*&c literis
„ tiam plenius & uberius continet

„ Et licet primo dicti Clerici R
„ gulares, quibuscumque dissensio
„ bus & controversiis per Nos, ut pr
„ fertur, de medio sublatis & suppr
„ sis, Scientias Majores adolescentiu
„ cujusvis conditionis & ordinis ubiq
„ locorum publice & libere tradere pos
„ sperarent; nihilominus ob præten

„extraordinarium ab Universitate seu „Academia Vilnensi prædicta recessum „(ut asserebatur) plurium adolescen- „tium, liberalibus disciplinis & scien- „tiis operam navantium, illorumque „ad Scholas Pias, per primo dictos „Clericos Regulares in prædicta Civi- „tate Vilnensi apertas & exercitas, „accessum pro parte Clericorum Regu- „larium Societatis Jesu dictæ Civita- „tis Vilnensis, prætendentium, dictas „nostras literas eamdem Civitatem „Vilnensem minime comprehendere; „& decretum, per Benedictum Præ- „decessorem jam memoratum ut præ- „fertur, confirmatum & approbatum, „quasi per easdem nostras literas mi- „nime abrogatum, adhuc viribus sub- „sistere, ac Universitati seu Academiæ „prædictæ, privative quoad alios quos- „cumque, graviores scientias tradere „competere, his & caussa in partibus „coram dilecto quoque filio & Sedis „prædictæ Nuncio nostro, apud Illu- „strem Poloniæ Regem commorante „inter dictos Clericos Regulares So- „cietatis Jesu ex una, & primodictos „Clericos Regulares ex altera partibus, „super observatione memorati decreti „introducta extitit: ac dictus Nuncius „noster provide considerans, instau- „tiam dictorum Clericorum Regularium

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„, Societatis Jesu adversus dictas
„, literas, motu, scientia & pote
„ plenitudine prædictis, ut præter
„ expeditas, esse promotam; ide
„ super ea animum nostrum requ
„ existimavit: Nosque super hac re
„ ture procedere volentes, eam
„ Congregationem particularem,
„ licet Leandri & Petri Aloysii C
„ nalium, & dilecti filii nostri Jo
„ Antonii dictæ S. R. E. Presb
„ Cardinalis Guadagni, primodict
„ Clericorum Regularium Protect
„ in prædicti Prosperi Cardinalis
„ functi locum suffecti adsignato
„ tiam dicto Nazianzeno Archiep
„ in Secretarium, iterum insitu
„ illique Clericorum Regularium
„ cietatis Jesu Civitatis Vilnens
„ Universitatis seu Academiæ h
„ modi privilegia, ac primodictum
„ cretum, literasque Benedicti
„ decessoris pro ejus confirmatio
„ præfertur, editas hujusmodi,
„ non rationes per eosdem Cle
„ Regulares Societatis Jesu in for
„ allatas, examinandi præcipuam
„ ram commisimus. Et dicta Con
„ gatio particularis die 9. Mensis
„ ptembris Anni proxime præteriti
„ auditis primodictis Clericis Reg
„ ribus, qui a Scholis Piis denomi

„tur, ac mature rimata ſcriptura le- Sæc. XVIII.
„gali Univerſitatis ſeu Academiæ Vil- A.C. 1733.
„nenſis Clericorum Regularium Socie-
„tatis Jeſu, a prædicto Nuncio noſtro
„transmiſſa, ac dilecto filio Procura-
„tore Generali dictorum Clericorum
„Regularium Societatis Jeſu requiſito,
„conſulendum eſſe Nobis, quod ſcri-
„beretur per literas Secretariæ noſtræ
„Status eidem Nuncio noſtro, decre-
„tum prædictum dicto Anno 1727. in
„cauſſa Vilnenſi aperitionis Domus &
„Scholarum Piarum emanatum, ac
„literas Apoſtolicas dicti Benedicti Præ-
„deceſſoris ſuper ejus confirmatione in
„forma Brevis, ut præfertur, expe-
„ditas: Non obſtare primodictis Cleri-
„cis Regularibus ad effectum aperiendi
„in Civitate Vilnenſi Scholas Publi-
„cas, etiam Scientiarum Majorum,
„attenta Conſtitutione ac declaratione
„noſtris prædictis ſub die 1. Maij Anno
„1731. emanatis, ad formam tamen
„ejusdem conſtitutionis: Neque con-
„ſtare de prætenſa privativa Univerſi-
„tatis ſeu Academiæ Vilnenſis quoad
„ſcientias Philoſophicas & Theologicas,
„etiam morales, aliasque etiam infe-
„riores, cenſuit: Factaque deinde per
„dictum Archiepiſcopum eadem die
„9. Septembris de hac ultima reſolu-
„tione, ſeu decreto prædictæ Congre-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„gationis particularis, Nobis re
„ne, illi benigne annuimus,
„ultimodictam resolutionem seu
„cretum pro ejus adimplemento,
„dicto Nuncio nostro transmitti
„davimus: dictusque Nuncius
„ultimodictæ resolutioni seu dec
„sibi transmisso, ut par erat, in
„rens, illud non solum voce palam
„cit, sed etiam scriptis prolata sor
„sententia, cujus tenor est: *Chris*
mine invocato, pro Tribunali sedentes
solum Deum præ oculis habentes, per
nostram definitivam sententiam, quam
his scriptis ferimus in caussa &
quæ primo & in prima coram nobis,
alia veriori versæ fuerunt & vertuntur
stantia, inter Rev. P. Sebastianum a
Stanislao, Procuratorem Generalem
sarum Clericorum Regularium Matris
Scholarum Piarum Provinciæ Polon
Lithuaniæ, nomine, de quo in Actis,
rem ex una: & Rev. P. Paulum S
leuski, Procuratorem Generalem C
rum Provinciæ Lithuaniæ Societatis
nomine pariter, de quo in Actis,
conventum ex altera, partibus, de &
per observatione & executione Constitu
nis Sanctissimi Domini Nostri Clem
Papæ XII. sub datum Kalendis Maij 17
editæ favore Clericorum Regularium
perum Matris Dei, qui a Scholis Pi
nom

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

nominantur, rebusque aliis in actis causſæ & causſarum hujusmodi, ad quæ &c. dicimus, declaramus, & definitive sententiamus, supra ſcriptam Conſtitutionem Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ ad literam, & prout ſonat, fore, & eſſe exequendam, & in omnibus & per omnia obſervandam, prout per præſentes exequi & obſervari volumus & mandamus; ſignanter declarantes in caſu, licuiſſe Clericis Regularibus Pauperibus Matris Dei, a Scholis Piis denominatis, Domus Vilnenſis Publicas Scholas aperire, ac etiam licere Scientias Majores in prædictis ſuis Scholis publicis tradere, & in easdem pueros Nobiles & Divites admittere; & pro præmiſſorum effectu mandatum de exequenda, & aliud quodcumque, deſuper neceſſarium & opportunum, decernimus & relaxamus, ac exequi volumus & mandamus &c. Ita pronunciavi Ego C. Archiepiſcopus Iconienſis, Nuncius Apoſtolicus, lata, lecta & publicata &c. Stephanus Skarctyraski Vicecancellarius Inſuper dicti Clerici „Regulares Societatis Jeſu præmiſſis „minime acquieſcentes, a Nuncio no„ſtro ejusque ſententia appellationem, „quæ ab eodem Nuncio, prout juris erat, „rejecta fuit, ad Nos, & Apoſtolicam „Sedem interpoſuerunt.„

„Nos igitur, qui quascumque con„tentiones & diſſidia a religioſis Fa-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ miliis amovere ſtudemus, eum
„ Clericorum Regularium Paupe
„ Matris Dei, præcipue circa illu
„ Pias Scholas, in Civitate Vi
„ exiſtentes, tranquillitati & qui
„ quantum cum Domino poſſumus, c
„ ſulere cupientes, eosque & eo
„ ſingulos ſpecialibus favoribus & g
„ tiis proſequi volentes, & a quibus
„ excommunicationis, ſuſpenſionis,
„ interdicti, aliisque eccleſiaſticis
„ tentiis, cenſuris & pœnis, a jure
„ ab homine quavis occaſione vel c
„ latis, ſi quibus quomodolibet
„ dati exiſtunt, ad effectum præ
„ tium tantum conſequendum, ha
„ ſerie abſolventes & abſolutos
„ cenſentes, ac litis & cauſſæ
„ dictarum inter utrosque Clericos
„ gulares, olim, ut præfertur, p
„ dentium, ſtatus & merita, & dec
„ dictæ Congregationis prædict
„ Cardinalium, negotiis Epiſcop
„ & Regularium præpoſitorum, ut
„ fertur, emanati, ac literarum
„ ſtolicarum dicti Benedicti Præd
„ ſoris pro illius confirmatione ed
„ rum, & unius ac alterius Congr
„ tionis particularis prædictæ refo
„ num ſeu decretorum, ac noſtr
„ per Nos, ut præfertur, editar
„ ac Pauli Gregorii, Urbani, Alex

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ & utriusque Clementis Prædeceſſo-
„ rum prædictorum, primodictos Cle-
„ ricos Regulares quomodolibet reſpi-
„ cientium, literarum Apoſtolicarum,
„ ac ſtatutorum hujusmodi, & quorum-
„ cumque in Capitulis Generalibus pri-
„ modictorum Clericorum Regularium
„ conditorum decretorum, omnium &
„ ſingulorum tenores, etiam veriores,
„ ac datas, præſentibus pro plene &
„ ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad
„ verbum inſertis habentes, nec non
„ litem & cauſſam hujusmodi per dictos
„ Clericos Regulares, Societatis Jeſu
„ contra primodictos Clericos Regula-
„ res, in Civitate Vilnenſi commo-
„ rantes, ut præfertur, introductas,
„ quatenus opus ſit, ad Nos & Sedem
„ prædictam avocantes, illasque, &
„ appellationem per eosdem Clericos
„ Regulares Societatis Jeſu, ut præfer-
„ tur, interpoſitam, penitus & omnino
„ exſtinguentes & ſupprimentes, ac ſu-
„ per eis perpetuum ſilentium impo-
„ nentes, motu proprio, & ex certa
„ ſcientia, ac deliberatione Noſtris,
„ deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitu-
„ tudine decretum Congregationis eo-
„ rundem Cardinalium, negotiis &
„ conſulationibus Epiſcoporum & Re-
„ gularium præpoſitorum, ut præfer-
„ tur, editarum: & literas Apoſtolicas
„ ejus-

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

„ ejusdem Benedicti Prædeceſſoris
„ per decreti hujusmodi confirmati
„ in forma Brevis confectas, ita ut
„ impoſterum per dictos Clericos
„ gulares Societatis Jeſu in quoda
„ que judicium, vel extra illud,
„ quam deduci poſſint, dicta Apo
„ lica auctoritate tenore præſen
„ perpetuo revocamus, reſcindimus
„ abrogamus. Et ultimo dictam
„ lutionem ſeu decretum per Con
„ gationem particularem, ut præſer
„ emanatum, & ſententiam deinde
„ eundem Nuncium noſtrum fa
„ primo dictorum Clericorum Re
„ rium latam, auctoritate noſtra
„ petuo confirmamus & approbam
„ illisque perpetuæ & inviolabilis
„ ſtolicæ firmitatis robur adjicimus,
„ nesque & ſingulos tam juris,
„ facti, & ſolemnitatum, ac quos
„ que alios quantumvis ſubſtantia
„ defectus, ſi qui deſuper quomo
„ bet intervenerint, in iisdem
„ plemus „

„ Ac de prætenſa facultate
„ verſitatis ſeu Academiæ Vilne
„ publice docendi ſcientias majores
„ vative quoad alios, minime con
„ tiſſe, minimeque conſtare, &
„ gore dictarum literarum noſtrarum
„ *Nobis*, *quibus* incipientium, pro
„ dict

„dictos Clericos Regulares, etiam in Sæc. XVIII.
„Civitate Vilnensi Scholas Publicas A C. 1733.
„retinere: in ibique Scientias etiam
„Majores adolescentibus cujusvis con-
„ditionis & ordinis tradere: ac etiam
„Collegia, Seminaria, & Convictus
„in suam curam & regimen recipere,
„Apostolica auctoritate perpetuo sta-
„tuimus & declaramus. Insuper ea-
„dem auctoritate, dictam nostram Con-
„stitutionem in reliquis ibidem expres-
„sis firmam, salvam, & illæsam existe-
„re, & censeri debere, quoad omnia
„& singula, in ea in favorem dictorum
„Clericorum Pauperum Matris Dei
„contenta, confirmamus, & Vilnæ,
„ac ubique locorum inviolabiliter ob-
„servari mandamus: dictamque reso-
„lutionem & decretum Congregatio-
„nis particularis, & memorati Nuncii
„nostri sententiam, ac prædictas no-
„stras, præsentesque literas, & in eis
„contenta & expressa quæcumque,
„nullo unquam tempore de subreptio-
„nis vel obreptionis, aut nullitatis vi-
„tio, vel intentionis nostræ, etiam ex
„eo quod caussæ, propter quas præ-
„missa emanarunt, coram Nobis vel
„alibi adductæ, verificatæ & justifi-
„catæ ac dicti Clerici Regulares So-
„cietatis Jesu civitatis Vilnensis, ac
„Universitatis seu Academiæ prædictæ

„Re-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Rectores ſeu Conſervatores ac
„miniſtratores & quicumque alii
„præmiſſis & circa ea jus vel inte
„habentes, aut habere prætende
„ad id vocati & auditi non fuer
„conſenſum ſuum eisdem præ
„non præſtiterint: aut alio quovis
„fectu etiam quantumvis magn
„ſubſtantiali, ſive etiam ex eo, q
„in eis ſolemnitates, ac quævis alia
„vanda & adimplenda, ſervata &
„impleta non fuerint aut ex quoc
„que alio capite, etiam in cor
„juris clauſo, & quovis alio præt
„vel cauſſa, etiam quantumvis le
„ma, juſta & privilegiata, ac p
„cum & commune bonum reſpice
„quæque ad effectum validitatis
„miſſorum exprimenda foret, no
„impugnari, invalidari, retractari
„jus vel controverſiam vocari, ad
„&terminos juris reduci, aut adve
„illas quodcumque juris vel facti
„gratiæ remedium, aut oris ape
„nem impetrari; neque illas ſub
„busvis ſimilium vel diſſimilium
„tiarum revocationibus, ſuſpen
„bus, limitationibus, derogation
„aut aliis contrariis diſpoſition
„comprehendi; ſed ſemper ab illis
„cipi, & quoties illæ emanabunt,
„ties in priſtinum & validiſſim
„ſtatum

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

„ſtatum reſtitutas, repoſitas & plena-
„rie redintegratas, ac de novo etiam
„quacumque poſteriori data per primo-
„dictos Clericos Regulares, a Scholis
„Piis denominatos, nunc & pro tem-
„pore exiſtentes, quandocumque eli-
„genda, conceſſas: illasque validas
„& efficaces fore & eſſe, ſuosque ple-
„narios & integros effectus in omni-
„bus & per omnia fortiri & obtinere,
„ac primodictis Clericis, nunc & pro
„tempore exiſtentibus, in omnibus &
„per omnia pleniſſime ſuffragari; ſic-
„que, & non alias, per quoscumque
„judices ordinarios vel delegatos,
„quavis auctoritate fungentes, etiam
„cauſſarum Palatii Noſtri Apoſtolici
„Auditores, & dictæ ſanctæ Romanæ
„Eccleſiæ Cardinales, etiam de La-
„tere Legatos, Vicelegatos, dictæque
„Sedis apud dictum pro tempore exi-
„ſtentem illuſtrem Poloniæ Regem
„commorantes, aliosque Nuncios, &
„quoslibet alios, quavis auctoritate,
„poteſtate, prærogativa, honore &
„privilegio fungentes, ſublata eis &
„eorum cuilibet quavis aliter judi-
„candi, definiendi, & interpretandi
„facultate & auctoritate, judicari, de-
„finiri & interpretari debere; & quid-
„quid ſecus ſuper his a quoquam qua-
„vis auctoritate ſcienter vel ignoranter

„con-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ contigerit attentari, irritum & in
„ decernimus.„

„ Non obſtantibus iis omnibus, q
„ Nos in eisdem noſtris literis vo
„ mus non obſtare, ac Noſtra & C
„ cellariæ prædictæ Regula de j
„ quæſito non tollendo, ac Conſti
„ tionibus & Ordinationibus Apoſt
„ cis, dictorumque Clericorum Reg
„ larium Societatis Jeſu, ac Univer
„ tatis ſeu Academiæ prædictæ, etia
„ juramento, confirmatione Apoſto
„ lica, vel quavis firmitate alia ro
„ ratis, ſtatutis, & conſuetudinibu
„ privilegiis quoque, indultis, & lit
„ ris Apoſtolicis, de quibus omniu
„ etiamſi ſpecialis, ſpecifica, expre
„ ac individua mentio habenda e
„ dictis Clericis Regularibus Societa
„ Jeſu ac Univerſitati ſeu Academ
„ hujusmodi, illiusque Rectoribus
„ Conſervatoribus ac Adminiſtrato
„ bus prædictis, aliisque Superiorib
„ & perſonis quibuscumque alias
„ contrarium præmiſſorum quomo
„ libet conceſſis, confirmatis, & a
„ probatis.„

Inſuper die undecima Auguſti Pon
tifex indulgentiam plenariam, ac per
petuam conceſſit omnibus rite confeſſis
& S. Communione refectis, qui in fe
ſtis SS. Didaci & Claræ aliquam FF. Mi
norum

norum Conventualium Ecclesiam visitaverint. Die autem vigesima octava ejusdem Mensis Ordini FF. Prædicatorum insigne contulit privilegium, edita solemni Constitutione, in qua singularem suam in D. Thomam Aquinatem reverentiam, simulque ipsius præfati hujus celeberrimi Ordinis merita plurimum commendabat, in hæc verba: Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Verbo Dei scripto & tradito innixam scientiam, res divinas, & mores, Christiano homine dignos, ad „rectam Ecclesiæ Ministrorum institutionem, & salutem animarum, solide pertractantem, ejusdem Doctores ac Ministros pietate venerabiles „commendari tunc maxime convenit, „quum ingruente falsorum dogmatum „illuvie fides Catholica, & Christiani „mores, supremæ curæ nostræ commissi, periclitantur: Quo loco Prædecessores Nostri Romani Pontifices „sanctum Christi Confessorem Thomam „Aquinatem Ordinis Prædicatorem, „& Ecclesiæ Doctorem, honoris caussa „Angelici cognomento appellatum, „semper habuerunt; eum propterea „justis laudibus in suis diplomatibus „prosequuti, & præsertim Alexander „IV. qui Thomam adhuc viventem per „Dei gratiam thesaurum literalis scien-

Inter Principes ſœculares, aliosque Viros celebriores hoc anno mortem cum vita commutarunt præcipue ſequentes: Thomas Howard Nortfolciæ Dux primus Angliæ Par, qui Religione Catholicus ac propterea ab omni Aulæ dignitate, & ſuffragio in Parlamento non modo excluſus, ſed & ſupremi Mareſcalli munus ſuæ familiæ hæreditarium per alium adminiſtrare coactus eſt: Inſuper Anno 1722. die prima Novembris captus Turri Londinenſi includitur, quæſito obtentu, quod unacum Atterburio Pſeudo-Epiſcopo Roſſano conſpiraſſet: hujus vero falſæ criminationis anſam ſumpſere ejus æmuli, eoquod Dux una alterave vice Centurionem Kelly in carcere viſum iviſſet, & eo tempore, quo de ejus captivitate agebatur, Pariſios contendere paraſſet. Nimirum vaniſſimæ etiam ſuſpiciones, ſi Religionis odio tument, valida reputantur argumenta ad opprimendos Catholicos ſat idonea. Ceterum Dux e calamitoſa hac vita die tertia Januarii plusquam quinquagenarius exceſſit. Eodem Menſe Francofordiæ ad Mænum in ſeptuageſimo primo ætatis ſuæ anno morte ſublata eſt Magdalena Eliſabetha

Sæc. XVIII. A. C. 1733. ſabetha Naſſovio - Uſſingana Prin... die autem decima nona Februarii qu... ætatis anno nondum exacto Ludo... Maria Ludovici XV. Galliarum ... Filia ejusque Frater Andegavenſis ... Menſe Aprili tertio ætatis anno ob... Hos ſequebatur Neapoli Menſe M... tio Joannes Wenceslaus Picc... mini de Arragona S. R. J. Princ... & Dux Amelphitanus annos ... quadraginta. Die autem decima ... Maij fortuna jam florentiſſima ... jam duriore conflictatus Antonius ... Giudice Giovenazzi Dux & Cellam... Princeps Hiſpali emenſo ſeptuagi... ſexto vitæ anno rebus caducis ... dixit.

Porro Menſis Junii diem vige... quintam vitæ ſuæ poſtremam ... Catharina Iwanowna Joannis A... Moſcorum Imperatoris Filia, Mag... litano - Schwerinenſis Ducissa, ... niſi quadraginta & unum annos ... Eodem Menſe ſexagenario major ... occubuit Fridericus Julius de la ... Alverniæ Princeps, & Antonius ... ciſcus de la Tremouille Royanæ ... Pariter nimis præmatura morte M... Julii die vigeſima anno vitæ trig... tertio, ereptus eſt Joannes Chri... Sulzbacenſis Comes Palatinus, ... quinquageſimo octavo ætatis ann...

undecima Julii diuturno morbo absumpta Franciſca Sibylla Auguſta Bado - Badenſis Marchioniſſa Etlingæ ſequebatur: Romæ Menſe Septembri infauſto prorſus fato in flore juventutis ſuæ occubuit Joſephus Princeps Juſtiniani, a quodam ſicario in platea noctu trucidatus: Pariter vitæ ſuæ dies Guilielmus Erneſtus Brandeburgo - Baruthanus Princeps duntaxat ad vigeſimum ætatis annum protraxit, Mantuæ die ſeptima Novembris mortuus; hunc biduo præceſſerat Henrietta Churchil Marleburgi Duciſſa, & Godolphini Comitis Conjux, Menſis vero ſequentis die ſecunda Decembris Monachii Joſephus Ludovicus Caroli Alberti Bavariæ Electoris Filius quinquennis. His adjungimus Petrum Emanuelem Colon y Portugal Veraguaſi & de la Vega Ducem die quarta Julii anno ætatis quinquageſimo ſexto, Mariam Duciſſam de Ormond Londini die trigeſima Novembris & Mariam Ruffo Duciſſam de Sora Menſe Decembri mortuam.

Sæc.XVIII. A.C.1733.

§. LXXVI.

Urbs Romana a Clemente XII. Papa magnifice exornata.

Interim ſummus Pontifex magnificentiam ſuæ indoli congenitam præſertim

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

tim exerebat in exornanda Urbe mana; præprimis enim, ut lat Innocentiano foro pateret via, d humilioribus domibus ſplendida curavit Palatia; arcum quoque Amphitheatrum Flavii Veſpaſiani, in Cælium Montem iutr, vetuſtate minus quam incuria fatiſcentem re ravit, & antiquiſſimum hoc monu tum, quod olim in honorem Co tini Magni ob inſignem victoria Maxentio per ſignum Crucis glo repo tatam erectum erat, a pra ruina vindicavit. Antiquas etia des, quæ *Conſultæ* dicuntur, in C Quirinali ſitas, ad ampliorem atque elegantiorem formam no maximis expenſis reduxit, eode ferme tempore, ut agrariæ rei P poſiti majori cum commodo ſuum nus obire poſſent, præſtans ædific in Capitolio exſtruxit. In Later vero Baſilica in honorem S. A Corſini ex Ord. Carmelitarum Epi Feſulani, Gentilis ſui, magnific ſimum ædificari curavit Sacellum quo ſibimetipſi vivens poſuit M leum ex urna porphyretica, qu porticu veteris Pantheon antiqui abhinc temporibus collocata erat. dem quoque Majores ſuos Nere atque Petrum Cardinales ex ſua Fam

Corsiniana splendidis cenotaphiis decoravit. Visebantur insuper Romæ in præfato arcu rara antiquitatis artisque monumenta, scilicet octo columnæ flavi marmoris, necnon unius bello capti militis statua & ceterorum captivorum capita, ea vero, unamque ex his columnis, teste Paulo Jovio, Laurentius Medices noctu per summam injuriam abstulit, ac propterea a Maria Molza Poeta longe celeberrimo apud Senatum Romanum acri ac vehementi oratione accusatus, demumque Roma proscriptus est. Ea igitur, quæ tum deerant, omnia Clemens Papa restituit, usus præcipue opera Petri Braccii illo ævo haud contemnendi Sculptoris, simulque aream prope eundem arcum levavit, ne prospectus per interjectas ædes ulla ex parte impediretur. Ast illud adhuc maximo est argumento non solum magnificentiæ, sed etiam eximii, quo Clemens inclaruit, in ingenuas artes & disciplinas studii, quod cum peramplas ædes dextrorsum in Capitolium ab Innocentio X. erectas, elegantissime ornasset, insuper eodem conspicienda intulerit signa, hermas, thoreumata, sarcophagos, epitaphia, statuas, & id alia tam Græcæ quam Romanæ antiquitatis reliquias, quarum maximam partem a Cardinali Al-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733. banio sexaginta aureorum millibus merat. Hæc omnia ad literar utilitatem ac eruditionem delec Locatellius pluresque alii, & p pue Joannes Bottarius, qui hu rem tria edidit volumina, & Cle tis jussu etiam veterum ac Chri rum monumentorum imagines, Bosius & Arringhius *in Roma Sc ranea* collegerant, tribus itidem minibus eruditis sane ac operos planavit.

§. LXXVII.

Scriptorum Religione Catholi opera & obitus.

Non pauci ex Scriptoribus Eccl sticis hoc anno vitæ suæ cur lum confecere, quorum opera re fere, haud inutile erit: Ex his pr est P. Michael le Quien erudit Ord. FF. Prædicatorum Scriptor P sienſis, & Collegii in platea S. Ho rati Bibliothecarius, Vir in Hebra Græco & Arabico idiomate longe satissimus, qui celebre sibi nomen paravit nova editione Græco-Lat operum S. Damasceni, quam 1712. Parisinis literis excudi fecit, que eruditas notas & dissertationes jecit, tertius vero eorum tomus qu

quo ſuppoſititia ejusdem S. Doctoris opera continerentur, nunquam publicam lucem aſpexit. Scripſit quoque nondum inchoato trigeſimo primo ætatis anno librum de antiquitate temporum ſeu defenſionem textus hebraici & verſionis Vulgatæ contra librum Patris Pauli Pezron *de antiquitate temporum;* edidit quoque obſervationes in librum ejusdem Pezronii, cui titulus, tentamen commentarii in Prophetas: Edidit inſuper *Panopliam contra ſchisma Græcorum contra Nectarium Patriarcham Jeroſolymitanum* ſub ementito nomine *Stephani de Altimura Ponticenſis;* ſuccinctam Hiſtoriam Comitum Bolognenſium, Diſſertationes de S. Nicolao, de Portu Iccio, & Sanchoniathone Scriptore Phœniciæ: Orientem Chriſtianum inſuper & Africam, cujus primus tomus Auctore adhuc vivente, alter vero aliena manu ſuppletus Anno 1740. poſt ipſius obitum editus fuit, deſideratur tamen Africanarum Eccleſiarum & Præſulum hiſtoria. Denique ſcripſit quamplurima de irrito Anglorum Sacerdotio adverſus P. Courayeri libros de validitate Ordinationum Anglicarum, cui tamen præfatus Pater reſpondit Libello Amſtellodami Anno 1732. edito, cui titulus: *Supplementum ad duo opuſcula in defenſionem validitatis Anglica-*

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

glicarum ordinationum edita loco [illegible]
responsi ad novum opus Patris [illegible]
&c. Obiit celeberrimus hic [illegible] Parisiis die duodecima Martii, [illegible] nitur in novis actis Erudit. Lip[illegible] Anni 1734. Januarium hujus R. P[illegible] elogium. Asservatur adhucdum [illegible] edita ejus Historia Bononiæ [illegible] suæ, pluresque aliæ lucubrat[illegible] II. Joachimus Le Grand Abbas & P[illegible] byter Oratorii, qui edidit elogia P[illegible] Le Cointe, & Abbatis de Mar[illegible] historiam divortii Henrici VIII. A[illegible] Regis & Catharinæ de Arragonia, [illegible] dicias Sanderi & confutationem [illegible] rum primorum librorum de Hi[illegible] Reformationis a Burneto descrip[illegible] tres epistolas ad eundem de variat[illegible] bus, de reformatione, & Commentar[illegible] successionem ad Regnum Hispaniæ [illegible] flexiones in epistolam ad quemdam [illegible] bilem Anglum circa necessitatem [illegible] justitiam integræ restitutionis Mon[illegible] chiæ Hispanæ, dissertationes in res[illegible] Imperio gestas circa Hispaniæ succes[illegible] nem; periculum ne Germania brev[illegible] absolutam Monarchiam reducat[illegible] epistolam N. ad Doctorem N. circa [illegible] hemiæ Regnum: de successione in Fr[illegible] ciæ Regnum pro Agnatis, & [illegible] Marchionis de Vins. Gallice [illegible] ex Lusitano idiomate reddidit [illegible]

riam Tenarifinæ Insulæ a Joanne de Ribeyro compositam, & Historiam de Abyssinorum Regno ab Hieronymo Lobo elucubratam. Inter nondum edita numerantur ejus comitia Ordinum Fœderatorum, regimina, habilitas succedendi in Regnum, Historia & vita Ludovici XI. Galliarum Regis. Decessit hic Scriptor octogenarius Parisiis die prima Maij in ædibus Claramboldianis. III. Ludovicus Le Gendre Canonicus Parisiensis & Abbas Clarofontanus, qui posteris reliquit prolusionem Regni Ludovici Magni, Historiam Franciæ, vitam Francisci de Harlay Parisiensis Archiepiscopi, vitam Cardinalis de Amboisia unacum parallelo cum celebribus Purpuratis Regni Administris, & propriæ suæ vitæ Historiam. Decessit Parisiis die prima Februarii annos natus septuaginta quinque. IV. Franciscus Felibien Historiographus Regius, ex cujus lucubrationibus quamplurimis celebriores sunt ejus Ichnographiæ domus Plinii, earumque descriptiones, Collectio Historica vitæ & operum celebriorum Architectorum, descriptio Versaliarum, & Ecclesiæ invalidorum &c. Mortuus est die vigesima tertia Junii. V. Ludovicus de Four Abbas de Longuerue, qui plurima quidem secundis Musis

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

conscripsit; typis autem edita dum ad nos pervenere dissertatio in Ja num, annotationes in vitam Car lis Wolsey, commentaria in litte ram & Historiam, Annales Arsa rum, necnon Descriptio Histori Geographica Franciæ veteris & dernæ. Porro ex relictis ejusdem nuscriptis Joannes Wincklerus Hi heimensis Lipsiæ edi curavit, di tationem historico - chronologica variis epochis & anni forma vete Orientalium, Dissertationes qu historicas de vita Justini Martyris Athenagora, de tempore, quo est hæresis Montani & de origine resum Valentini, Cerdonis & Ma nis; relationem historicam de Co dia Morado Regis Æthiopiæ quo ad Batavos Legato, præter com cium literarium plurium Viro &c. Decessit Ludovicus Parisiis duodecima Novembris. VI. Jac Josephus Duguet Presbyter Ora Quesnello tam arcta junctus ami ut hic suas reflexiones morales revidendas, corrigendasque mitte ac propterea Bruxellis in Sardiniam Parisiis in Hollandiam emigrare co retur. Scripsit tractatus de Sacris steriis; de usura; de exorcistis, officiis Episcoporum, de Euchar

& de qualitatibus, virtutibus & officiis Principis, quem tractatum pro institutione Principis Pedemontani composuit, in Francia tamen suppressus est. Exstant quoque ejusdem Regulæ pro intelligendis S. Literis, explicatio in Job, & septem postrema capita Deuteron: necnon septuagesimi quinti Psalmi, tractatus de scrupulis; de Christo Crucifixo explanatio, commentaria literalia & spiritualia in Genesin, explicatio mysterii Passionis Dominicæ & refutatio Systematis de gratia Generali Domini Nicole præter tres dissertationes, & vitæ rationem cujusdam Matronæ. Plures tamen sibi Adversarios accersebat suo tractatu *de oratione publica & dispositionibus ad offerenda S. Mysteria;* quamvis enim liber iste unico in anno ab ipsomet hoc Auctore quinquies novis typis in Francia editus, maximo applausu exciperetur; non deerant tamen, qui postea ex illo varios Jansenianæ sectæ affines errores extraherent, atque inter alios quidam Anonymus in Dugueto carpebat, quod tradidisset, nullum posse, ut deceret, orare, nisi prius de sua devotione certus esset; orationem enim, quæ non ex flamma infusæ charitatis oriretur, Deo esse abominabilem &c. Enimvero hunc errorem Duguetus in tertia libri

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

sui editione excusare moliebatur, ... post tamen alius Scriptor vulgo... bello, cui titulus: *annotationes in ... ctatum de oratione*, non jam per ... ges Duguetum Jansenismi infimul... eoquod docuisset, *neminem posse ... Dei gratia*, haneque propositionem ... simillimam huic: *gratiæ Dei resis... potest.* Cruditatem hujus asser... Duguetus in quinta editione am... quidem fategit, affirmando, suam ... esse mentem, acsi homo in char... constitutus, peccare non valeat, ... tantum velle, quod peccatum non ... charitate, nec per charitatem fi... Attamen hæc ipsa declaratio nimis ... tificiose contorta ab alio Authore ... fellebatur, in libro, qui inscribi... *Observationes criticæ cujusdam Cano... in tractatum de oratione publica*, in qu... Auctor ostendit, Dugueti libros ... omnino conformes doctrinæ reflex... num moralium, nilque aliud ... quam mordacem satyram in Ordi... Ecclesiasticum, ejusque sacras fun... nes. Ceterum Duguetus huc illuc ... profugus ærumnosæ vitæ suæ fi... tandem Parisiis imposuit die vigesi... quinta Octobris. VII. Philippus Bot... rotius Vaticanæ Bibliothecæ Custos ... & Ecclesiasticæ Jurisdictionis Auditor ... sedulus non minus ac eruditus antiqu...

tatum

tatum indagator, e cujus calamo profluxere obſervationes in nummos Cæſareos maximi moduli, obſervationes in vitra antiqua in Romanis cæmeteriis reperta, & diſſertatio ad Etruriam Regulam Thomæ Demſteri: Obiit Florentiis die octava Decembris exacto anno ætatis ſeptuageſimo ſeptimo. VIII. Joannes Joſephus Marchio de Orſi, qui P. Bouhours Jeſuitam, eoquod Italos in ſuo libro *de modo recte cogitandi* indignum in modum vilipendiſſet, editis *conſiderationibus in famoſum hunc libellum* inſectatus, pluribus etiam epiſtolis ad doctiſſimam Annam Le Fevre Dacieriam tres ipſius conſiderationes adverſus Trivoltienſium criſin propugnabat: Edidit etiam monita de moralibus criticæ Regulis; ratiocinium in tractatum de ſenectute Tullii, eclogam Paſtorum Arcadum in electione Clementis XI. vitam Comitis Ludovici de Salles præter alia nonnulla. IX. Cyrillus a S. Maria Carmelita Excalceatus, qui Cremonenſibus literis excudi fecit Theologiam juxta S. literas, Concilia & S. Patres communitam, ejus complementum, curſum Philoſophicum, conſultationes varias tam in jure Canonico, quam aliis de rebus Sacris, necnon deciſiones plures de caſibus ad Theologiam moralem ſpectantibus.

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

§. LXXVIII.

Scriptores Acatholici hoc anno e tui, eorumque opera.

Non paucos etiam ex Scriptor Acatholicis invida mors litera Reipublicæ ſubduxit; horum prim eſt Thomas Woolſton, qui ſacras Sc pturas nullatenus juxta ſenſum lite lem eſſe intelligendas pertinaciter d fendit, eosque, qui contrarium p pugnarent, *Antichriſti Servos* appell vit. Hanc in rem ſcandalo os ſuos mones de miraculis Salvatoris vulgavit, horum ue virtutem ver temque rejecit, ac propterea car mancipatus, inde liberatus non niſi poſtquam idoneam de pœnite cautionem numeratis centum lib ſterlingicis perſolviſſet; aucta autem pervicacia, carceris quoque & mul pecuniariæ augebatur pœna: Nond tamen ſapere didicit, ſed Anno edita apologia aſſeruit, totam Relig nem Chriſtianam nonniſi allegorice declarandam. Paulopoſt edidit *genis duas epiſtolas de fide orthodoxa*, ter plures epiſtolas, in quibus com ſenſum literalem debacchatus, Pr dicantes vocabat *Apoſtatas*, eoquod ſpiritu ad literam defeciſſent. Vi

sim vero a pluribus quam sexaginta Præconibus perversa ejus dogmata refellebantur, quæ tamen rursus editis pluribus libellis vindicare conabatur, atque inter alia vulgabat dissertationem de Pontii Pilati epistola ad Tiberium circa res Christi gestas: Impugnabat quoque ipsam Christi resurrectionem, atque in Atheismum prolapsus, Londini die decima Februarii scelestam animam suam evomuit. II. Christianus Stock, qui die quarta ejusdem Mensis mortuus, posteris reliquit suas Institutiones homileticas, clavem linguæ sanctæ Vet. Test. Novum Testamentum Græcum observationibus Philologicis, criticis & exegeticis illustratum, Historiam Passionis Græce concinnatam, tractatum de bonitate Dei, de malo morali, de Theologiæ moralis natura & indole, & disputationes de pœnis Hebræorum capitalibus. III. Joannes Benedictus Carpzov, qui prælo subjecit Christianas de Urim & Tumim conjecturas, Dissertationem de sepultura Josephi Patriarchæ, Programma de Academia Civitatis Abele, ac denique *Collegium rabbinico - biblicum in librum Ruth*, quod ejus Parens elucubrabat. IV. Caspar Achatius Beck, qui publici juris fecit tractatum de perjurii occasione præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

scin-

Sæc. XVIII. A. C. 1733

scindenda, de manumissionibus in ecclesia, de jurisprudentia per emen tionem Religionis reformata, de s salibus Minorum sine consensu C torum non contrahendis, de legit juramentorum usu, de triplici a catia Imperatoris in Ecclesia, de quod justum est circa emigration civium Religionis caussa factam & quamplurima. V. Georgius Frid cus Royal, qui nonnisi triginta annos natus die sexta Aprilis vita f ctus, elucubravit tractatum de auc ritate interpunctionis in Nov. Test. sputationes de turribulo ex antiqui Judaica, de Jesu Christo totius The logiæ fundamento, & alia nonnul VI. Erdwinus Polemann, qui var scriptis celebre sibi nomen compa bat, ex quibus præcipue commenda tur ejus opuscula de tenebris ægypt cis, de angulari lapide, de Pleon mis S. Scripturæ, de solidis Reg rum fulcris pietate & justitia, de R ligione cum Imperio conjungenda, d die Natali & adventu Magorum a præsepe, de Templis antiquorum, s captivitate & redemptione Judæorum de oraculis Gentilium, de prophet V. T. de vestibus Sacerdotis, de fest Pentecostes, de Elia Propheta, præ ter alia quam plurima. VII. Joann

Elec-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Eberhardus Roesler, qui inter varii generis tractatus typis vulgavit opuscula de potestate Imperantium legislatoria, de benedictione paterna Esavo a Jacobo prærepta, de facto Joelis Jud. IV. de jurejurando circa rem illicitam ex S. Scriptura, de immolatione Isacci, de jure violentæ defensionis, de juribus Legatorum &c. VIII. Conradus Mell Calvinista, e cujus calamo profluxit descriptio Tabernaculi, & Templi Salomonis, ejus Sacer Antiquarius, & Evangelicus Missionarius de propaganda fide inter Ethnicos, & dissertatio de mari æneo. IX. Christianus Hausen, qui prælo subjecit Theologiam Paracleticam generalem & specialem, scrutinium Religionum, & alia quædam. X. Jacobus Franckenstein, qui præter varias disputationes edidit tractatum de juribus Judæorum singularibus in Germania, de thesauris, Historicum Theatrum Lusitaniæ, Angliæ & Helvetiæ, &c.

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

LIBER CCXXVIII.

CLEMENS XII. PONTIF. MAX.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

Censura S. Facultatis Theologicæ Parisiensis in quemdam libellum Jansenisticum.

Nil solemnius est Hæresum Parentibus atque Patronis, nisi ut sectam suam sparsis ubique libellis propagare studeant; eo fine utuntur lingua vernacula, elegantiori dicendi genere, ingeniosis salibus, & argumentis, quæ ad popularem sensum captumque accommodata primo obtutu saltem apud rudes atque incautos veritatis ac ponderis speciem præseferunt. Nec id suo caret emolumento; his enim fraudum machinis, ac dolosis verborum

rum illecebris legendi cupiditatem accendunt, a juvenibus, sciolis & fœminis applausum mercantur, tantumque efficiunt, ut venenum, utpote sensim & sine sensu in plurimos diffusum, haud esse nocivum credatur, sed palam & sine horrore error defendatur, opposita fidei veritas primo in dubium vocetur, ac demum palam sub specioso Ecclesiæ corruptelas eliminandi obtentu impugnetur: Nec hic stat sectæ progressus; si enim Magistratus ad serpens carcinoma sistendum publicæ auctoritatis ferrum, & tempestivæ severitatis ignem adhibere negligunt, aut animarum Pastores ad ovium custodiam indormiunt, & velut canes muti vel edentuli, ubi contra impunem ejusmodi libellos passim divulgandi licentiam vocem exaltare deberent, noxio silentio pestem latius serpere sinunt, tunc enimvero Sectarii ex ipsa hac socordia audaciores facti, quicquid sanctum sacrumque habet Religio, editis pluribus libellis palam & sine rubore aggrediuntur, subsannant, condemnant: Hæc erant artificia, quibus Jansenistæ per integrum pene sæculum suos errores ad ipsas etiam fœminas propagarunt. Eorum tamen conatibus semper Franciæ Præsules obstitere, & ipsa etiam Sorbona, postquam abjecta pertinacia sese Ecclesiæ

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII A. C. 1734.

cleſiæ judicio ſubjecerat, ſectæ p
greſſus ſiſtere, totis viribus adlab
bat. Præcipuam hac in re laud
promeretur ad omnes Quesnelifta
motus longe oculatiſſimus ſacræ
cultatis Syndicus Leonorius de
migny, qui pro muneris ſui officio
eandem Sacram Facultatem Pari
die ſecunda Januarii denuntiabat
decim epiſtolas, quas anonymus
dam Janſeniſta peſtifero dogmate
fectas publici juris fecerat, ſub hoc
tulo: *Epiſtolæ ad quemdam Eccleſiaſti*
de juſtitia Chriſtiana, & de medi
vel conſervandi vel reparandi. Hoc
perto Facultas plusquam ſeptuag
Magiſtros nominabat, qui hoc
cum ſanæ rationis, ac orthodoxæ
legibus ſedulo conferrent, ac tan
mentem ſuam deſuper explica
Habebantur hanc in rem quatuo
cim omnino Congregationes, in
bus Deputati Doctores ſuam quis
edixere ſententiam.

§. II.

Propoſitiones ex hoc libro excerp earumque cenſuræ.

Ponderatis hujus cauſſæ momen
Sacra Facultas ex hiſce epiſto
aſſertiones magis nocivas, ac cen
ſu

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

severiore dignas extrahi, atque ad septem articulos revocari jussit, quibus denuo maturo examine discussis, tandem in singulas pronuntiata est censura, quam succincta errorum, qui magis offensioni erant, analysis præcedebat, hujus tenoris:

„Jam dudum prodierunt in publi„cum infelices libelli, alii alii infestio„res, quos tenebriones quidam male„voli, pro ea, quam sibi tribuunt & „audacter usurpant scribendi licentia, „non cessant spargere. Ex eorum au„tem feraci nimium officina vix ullum „hactenus in lucem opus furtiva manu „emissum est, quod sit ad seducendas „simplicium mentes paratum & ido„neum magis, quam libellus ille, in „quem, utpote delatum, suo doctri„nali judicio, Sacra Facultas Pari„siensis, inustis æquissimæ censuræ „notis, esse censuit animadvertendum. „Præclarus, sed mendax, huic operi „titulus præfigitur. Autor, versipel„lis homo, sermone blandus, veris „falsa miscet, quasdam identidem „cautus exceptiones adhibet; verum „frustra fugit ad latebras & dolos pa„rat, prodit se operis venenum, quo „nullum certe nocentius.„

„Scilicet harumce duodecim Epi„stolarum Scriptor, pro eo capitali

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„odio, quo Bullam *Unigenitus*, „lemne illud decretum dogmat„ceu quod versatur circa Eccles„trinam a Sede Apostolica eman„receptum & promulgatum) pro„prosequitur, in se suscipit, jus„peccatores a salutari Sacrame„Confessionis usu removere; ne„rum partium homines, quorum „vult pertinaciam & rebellionem„eos Sacerdotes approbatos inci„qui Decreto Apostolico obsequ„sunt, seseque tales esse palam „riantur; &, quod consequens e„eorum monitis dociles facti & a pr„quibus antea laborabant erroribus„rati, ad obsequium revertantur: h„cipuus hujusce libelli finis & scop„Quapropter ut propositum „obtineat & assequatur, statuit „tiam Christianam, qua justus v„ita per se stabilem esse, sibique „ficere, ut permanere & confer„illâ queat absque subsidiis sive „niculis externis, quæ Christus in„clesia posuit ad Fidelium restaur„dam, aut promovendam sanctit„Hinc libelli Autor vult, ut inde quis„intelligat, justos sine externis Sa„mentorum subsidiis in sua justitia „inconcussos posse, non modo ubi „præter voluntatem ipsis desunt „media.

„menta, ſicut quibusdam in caſibus „contingere aliquando poteſt, quod „fatemur eſſe certiſſimum; ſed etiam, „quod aures Chriſtianæ audire refu- „giunt, ſponte ſua poſſe juſtos omnes, „poſito præſenti Catholicæ apud nos „Eccleſiæ ſtatu, ſine ulla mentis an- „xietate ab iisdem abſtinere. „

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„Quin pergit adhuc ulterius. Si- „quidem in homine juſtificato admit- „tere non dubitat aliquam *impeccabili-* „*tatis* ſpeciem, quam moralem nuncu- „pat. Fatetur quidem juſtos a felici „ſuo juſtitiæ ſtatu excidere abſolute „poſſe; at contendit ex iis pauciſſimos „eſſe, qui amittant juſtitiam illam, in „qua fuerunt *vere* conſtituti, ideoque „vix ullum eorum, qui labuntur & pec- „cant, antea vere fuiſſe juſtificatum, „quod patet eſſe falſiſſimum, ipſo par- „vulorum exemplo, quorum pauciſ- „ſimi, ubi ad adultam ætatem perve- „nerunt, acceptam in Baptismate in- „nocentiam ſervant illibatam. Sic „autem ſuis in Epiſtolis libelli Autor „ſuam de juſti impeccabilitate prorſus „erroneam exponit mentem, ut ab iis „loquendi modis, quos in eadem tra- „ctanda materia Calvini ſequaces & „diſcipuli adhibere ſolent, non longo „diſtet intervallo. „

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„Neque in his duntaxat immora„ sed quo securius ad suum finem „ veniat, hoc est, magis ac magis „ sectas suos removeat, ne adeant „ *conciliationis* sacramentalis Min„ obsequentes Constitutioni ab Epi„ pis approbatos, multa alia pro„ & obtrudit nefandæ doctrinæ p„ cipia.„

„Et I. quidem, quantum ad „licta venialia, quibus non amitt„ justitia, improbare aggreditur mo„ talia delicta confitendi, qui in E„ clesia hucusque viget, audactet a„ mans, Scriptor confidentissimus, „liam fuisse per longam sæculorum „riem veterum justorum consuetu„ nem, quam addit esse & securior„ & tutam magis; alteram vero p„ xim, quam, ipso judice, introdu„ novitas, prava consuetudo & pig„ tia, ut supervacaneam traducit d„ riculosam, atque inde concludit, „ tius fore ab illo usu sese prorsus re„ mere, tanquam ab onere gravi ma„ plius non ferendo.„

„II. Dum ponit ac figit certas quæ„ dam regulas, quibus venialia delic„ a lethalibus peccatis secernantur, ad„ distingui queant, innuit, evenire pos„ nunquam, ut homo committat pec„ catum in materia gravi cum plen„

„voluntatis consensu, nec tamen ex„cidat a justitia; quod certe nihil a„liud est, quam fidelibus aperire viam „latam & facilem, apertamque introducere morum corruptelam; quam„vis tenebricosus Auctor ex eorum „grege sit, qui pharisaica austeritate „graves, sese passim venditant tan„quam severioris disciplinæ vindices „& patronos, aliosque pie insimulant „& carpunt, veluti totidem alumnos „aut magistros Ethices laxioris.„

III. „Ubi dubium suboritur, utrum „peccatum lethale sit, an inter de„licta duntaxat venialia computan„dum, vult ejusdem libelli Autor, ut „quilibet justus sit hoc in casu suus „ipse judex, neque teneatur adire „Confessarium Sacerdotem, vel Docto„res in rebus ad conscientiam perti„nentibus eruditos; quia justus ille, „eo ipso quod sit justificatus, spiritum „sapientiæ & discretionis habet, ple„namque ac sufficientem ad dijudican„dum potestatem. Poterit igitur lai„cus simplex, vir rusticus & idiota „judicare, an veniales sint, an lethales „culpæ, quas commisit; & re, peritis „ipsis, quin etiam & ipsimet Augu„stino difficili ac lubrica apud semet„ipsum sic dijudicata, pronunciabit „intrepide, posse se sine prævia pecca„to-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„torum confessione & pro arbitrio
„mensam Domini accedere;
„Christus Dominus Ministros non
„tuisset in Ecclesia, qui dijudicar
„*inter lepram & lepram, & forent*
„*fatores misteriorum ejus.*„

„Intellexit tamen, non di
„dum, plurimos fore, quos privat
„cogniti Scriptoris auctoritas no
„ducet, uti præter consuetum
„in negotio salutis se nullius
„opera indigere consentiant. Se
„est in promptu responsio. Se
„sibi, inquit, duces quos v
„minime approbatos; ab illis con
„exquirant, finant se eorum
„duci; melius est & tutum ma
„libus, etiam interdictione mul
„utendo ducibus, abstinere a C
„sione peccatorum, quam recu
„ad Sacerdotes approbatos, si
„ipsis non occurant nisi obsequ
„Constitutioni. Dicebat olim S.
„gustinus de quibusdam Docto
„hæreticis, qui suos asseclas a
„cionibus Catholicorum abduce
„talem agendi rationem apertam
„nequitiam; *Hanc habent intentio*
„inquit, *ut ab auribus animarum*
„*seducere moliuntur, excludant eos*
„*idonei sunt edocere eloquia Dei.*
„idem certe præstat libelli Au

„dum ſuorum *animas* deterret a Con- Sæc. XVIII.
„feſſione peccatorum, ne incidant in A. C. 1734.
„eos Sacerdotes, qui ab Epiſcopis ju-
„dicantur *idonei* Fideles *adducere* ad ob-
„ſequium debitum Eccleſiæ. „

„Ne tantum conſilium iſtud ſuum
„ad juſtos, ſed etiam ad peccatores
„dirigit, cum enim hominum pecca-
„torum converſio duo poſtulet, alte-
„rum ut prioris vitæ pœnitentes viam
„novam ineant, in qua deinceps am-
„bulent, alterum, ut rite confeſſi vir-
„tute clavium cum Deo reconcilien-
„tur; quantum ad hocce caput ulti-
„mum, Scriptor Libelli facile annuit,
„ut tales peccatores plures annos vitæ
„ſuæ tranſigant ſine Confeſſione, &
„parvi momenti eſſe putat, ſi abeant
„ex hac vita non recepto abſolutionis
„beneficio, modo recurrant ad perfe-
„ctam contritionem, non ſecus ac ſi
„ipſis omnino deeſſet copia Sacerdotis;
„quia quicumque Miniſtri obſequuntur
„Conſtitutioni, eo ipſo fugiendi ſunt
„& vitandi. „

„Cum ergo nihil non tentet, ut ſic
„inviſos reddat tales Sacerdotes ap-
„probatos, & eos, a quibus ad exci-
„piendas Confeſſiones inſtituuntur,
„quid mirum ſi totis viribus debacchari
„non erubeſcat adverſus præſentem
„Eccleſiæ ſtatum, quem atris & hor-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„rendis coloribus exprimit, ex
„Novatorum exemplo, qui sæcu
„nostra ætate non remotis Eccl
„truculenter vexaverunt; si missa
„reverentia, primos Ecclesiæ pa
„iisque obsequentes Ministros,
„quam projectæ nequitiæ viros,
„lege, sine conscientia exhibea
„pariter non parcat præcellen
„Regiæ potestati; si impediat as
„suos, ne obediant Præpositis, qu
„*suit Spiritus sanctus regere Ecclesiam*
„si denique non vereatur affirmare
„scuratam nunc esse in Ecclesia v
„tatem, & ejus hostes universe
„valere, contra fidem promiss
„Christi asserentis se præsenti Num
„*omnibus diebus* Sponsæ suæ *affu*
„*usque ad consummationem sæculi.*
„olim tempore S. Augustini Donat
„extinctam ubique, sed apud se
„in Africa superstitem esse Eccles
„mendaciter buccinabant.„

„Cæterum dum sic omnem visi
„Ecclesiæ auctoritatem spernit,
„que per summum nefas edocet
„non audire; ne tamen caussa, qu
„sustinet omni auctoritate destitut
„deatur, recurrit ad miracula no
„quæ magno verborum apparatu jact
„& quæ supponit esse certissima; qu
„Deus veritatis patrare posset vera
„racula

„racula in erroris ſubſidium & favo- Sæc.XVIII.
„rem, nec *cautos* Fideles ſuos feciſſet A.C. 1734.
„contra ſimiles, ut loquitur ſanctus
„Auguſtinus, *Mirabiliarios*, qui divi-
„dunt unitatem.„

„Nemo certe negaverit Scriptorem
„hunc novum, eſſe ex eorum ſecta,
„qui apud nos eas turbas excitarunt,
„quibus ab annis nonaginta & amplius
„agitatur & commovetur Eccleſia;
„hominem quippe multis in locis ipſius
„loquela manifeſtum facit; quæ et-
„enim circa gehennæ metum identi-
„dem interſerit, ejusdem furſuris &
„doctrinæ ſequacem ſapiunt; neque
„etiam, niſi ex Iprenſis Janſenii placitis
„hauſit, Chriſtum Dominum, *qui dedit*
„*ſemetipſum redemptionem pro omnibus*,
„erga ſolos electos *proprie* adimplere
„officia Capitis, Pontificis & Media-
„toris.„

„Opportunum igitur fuit, ut ad-
„verſus tam perverſum opus, tot ſca-
„tens erroribus inſurgeret Sacra Fa-
„cultas Pariſienſis, in tuenda Catho-
„lica veritate Majorum ſuorum æmu-
„latrix ſtudioſa.„

His præmiſſis Sacra Facultas ſuam unicuique propoſitioni cenſuram attribuit, eo ordine, qui ſequitur:

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

ARTICULUS I.

De natura & ſtabilitate juſtitiæ Chriſti.

Ex Epiſt. 2. p. 39. & 61.

Propoſitio I. „Fides, qua juſtus
„vit, independenter ab auxiliis
„bilibus intrinſecam habet virtu
„qua de omnibus hujus ſæculi
„ſtitiis, cunctisque obſtaculis
„ſaluti adverſantibus triumphare
„ſumus . . . . immerito igitur
„mus, Chriſtianam juſtitiam ad
„conſervationem ex ſemetipſa, d
„dependenter a certis ſenſibilibus
„diis eſſe inſufficientem.

Cenſura. Hæc propoſitio cap
eſt, ad ingerendum ac fovendum
glectum & incuriam Sacramentor
aliorumque externorum Chriſti
Religionis ſubſidiorum ſubdole
lata.

Pag. 58. 59.

Propoſitio II. „Non conjectura,
„certum dogma eſt nomine Ec
„a S. Joanne nobis propoſitum.
*nis, qui ex Deo natus eſt, non pecca
omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum
facit, quoniam ſemen ipſius in eo ma
& non poteſt peccare, quoniam ex
natus eſt.* Saltem nobis indica
„paucos inter juſtos in peccatum
„tale relabi . . . . Hoc impecca
„tatis genus eſt quod S. Joannes
„dix-

„attribuit, ejus ſtatui eſt eſſentiale, & Sæc.XVIII.
„hoc unico ſigno Dei filios, id eſt ve- A. C. 1734.
„ros juſtos a peccatoribus, quos filios
„diaboli vocat, diſcerni vult.„

Cenſura. Hæc propoſitio falſa eſt, a genuino verborum ſancti Joannis ſenſu aliena, ad hæreticam de impeccabilitate juſtorum doctrinam accedens, & erronea.

Propoſitio III. „Nonne homo eſt „fragilis, corruptus, & in periculo „gratiam juſtificantem amittendi con„ſtitutus? Id verum eſt de homine „auxilio & Dei ſpiritu deſtituto, homo „autem juſtificatus in alio longe ſtatu „eſt.„

Cenſura. Hæc propoſitio eo ſenſu *Epiſt.* 4.
intellecta, quod homo juſtificatus non *p.* 74. & 75.
ſit fragilis, nec verſetur in periculo amittendæ gratiæ juſtificantis eſt manifeſte verbo Dei contraria & hæretica.

Propoſitio IV. „Quamdiu homo ad „relabendum in priſtina peccata pro„nus eſt, ſive hi relapſus ſint frequen„tes ſive rari, talis firmiter ſibi perſua„dere nequit, ſe eſſe vere juſtificatum „per virtutem Sacramentorum,„

Cenſura. Hæc propoſitio quatenus docet homini poſt abſolutionem acceptam etiam raro in peccatum mortale relapſo, nullum ſolidum eſſe fundamen-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

damentum existimandi se fuisse ... justificatum, per virtutem Sacram... falsa est, & conscientiarum pe... bativa.

Pag. 53. *Propositio* V. „Christianus non ... „est esse vere justificatus, nisi tali... „constanter.„

Censura. Hæc propositio falsa ... temeraria, & erronea.

ARTICULUS II.

De Confessione peccatorum venialium.

Propositio I. „Certum est, quod ... „per plura retro sæcula peccata ... „venialia confessi non fuerint, nec ... „solutionem receperint.„

Epist. 8. *pag.* 171. *Censura.* Hæc propositio falsa ... & temere asserta.

& 172. *Epist.* 9. *pag.* 210. *Propositio* II. „Opinio de præter... „hac sæpe ad pænitentiæ ministeri... „recurrendi necessitate justorum, ... „taxat ab educatione, consuetud... „exemplo & præcipue a quadam ... „via descendit, qua mallent sequ... „sequi viam tritam, & antiquam ... „consuetudinem, quam sese erig... „super se per generosos conatus, ... „bus sese a servitute indies magis ... „commoda, & periculosa liberos ... „possent.„

Cor...

Censura. Hæc propositio quatenus usum confitendi peccata venalia, quem recte & utiliter servari declarat sancta Synodus Tridentina, periculosiorem indies fieri asserit, falsa est, temeraria, scandalosa, piarum aurium offensiva; & erronea. „ Sæc. XVIII. A. C. 1734.

ARTICULUS III.

De consensu requisito ad peccatum mortale.

Propositio I. „ Si peccati objectum est „grave, & legis essentiæ contrarium, & „si consensus in hoc objectum, est ple„nus & integer, plerumque tale pec„catum recensendum est inter peccata, „quibus destruitur justitia. „ *Epist.* 9. *pag.* 198.

Censura. Hæc propositio quatenus significat peccatum in materia gravi, cum pleno & integro voluntatis consensu commissum, ordinarie & non semper, esse recensendum inter peccata, quibus destruitur *justitia*, scandalosa est, morum laxitatem fovens, & erronea.

Propositio II. „ Quantumcumque „actio aut omissio in suo objecto con„siderata destruat justitiam, talis ta„men actionis vel omissionis reus ma„net adhuc justus, si consensus in il„lam non ad illum plenitudinis & in„ten- *Pag.* 197.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„ tenſionis gradum deveniat, qu
„ gravem Dei offenſam neceſſario

Cenſura. Hæc propoſitio, quæ
nuit juſtum a juſtitia non excid
quamvis plene conſentiat peccat
tione objecti mortifero, ſi ad cer
plenitudinis, & intenſionis gra
conſenſus non acceſſerit; captioſa
errori favens, & ad excuſanda &
minuenda gravia peccata viam aper

ARTICULUS IV.

*De poteſtate dijudicandi proprio lu
quænam culpæ ſint veniales, quæ
nam lethales?*

Epiſt. 9. pag. 194. & 195.

Propoſitio I. „ Omnis Chriſtian
„ qui ſua fide & ratione recte utit
„ in ipſo fidei ſuæ lumine, & in p
„ priæ conſcientiæ ſuæ teſtimonio
„ bet, moraliter certum medium
„ candi, an peccet, vel non . . .
„ ergo aliud in juſto requiritur, ut
„ ficienter judicare poſſit, an ea, q
„ committit, ſint venialia, vel lethal

Cenſura. Hæc propoſitio, quæ
rit ſufficere juſto propriæ rationis
fidei lumen, ut tuto judicet, num
nialiter an lethaliter peccaverit; fal
eſt, periculoſa in praxi, temeraria
perſumptionem inſpirans.

Pro-

Propositio II. „In Praxi, & quoad „justum sano judicio præditum, ve- „rum non est, quod difficulter discer- „nat, quid sit justitiæ essentialiter con- „trarium vel non sit . . . S. Joannes „ait, quod justi non indigeant exte- „riori Magistro, sed unctione Spiritus „Divini habitantis in eis, qui illis „omne lumen necessarium confert. „. . . Haud hæsitanter affirmo, con- „scientiam vere Christianam præstare „mille Casuistis in discernendo peccato „gravi a non gravi.„ Sæc. XVIII. A.C. 1734. *Pag.* 199. *Pag.* 200.

Censura. Hæc propositio, quæ per falsam verborum sancti Joannis interpretationem cuilibet justo tribuit, indiscriminatim & in omni casu jus discernendi inter peccata mortalia, & venialia; periculosa est in praxi & pernicioſa. Eadem propositio Pastoribus atque Ethicæ Christianæ Doctoribus est injuriosa.

Propositio III. „S. Paulus non ait, „ut fideles, priusquam ad S. Mensam „accedant, sua peccata Sacerdoti con- „fiteantur, *sed probet seipsum homo*, si „ergo quilibet seipsum judicare debet, „se certe non condemnabit sine caussa, „nullus in judicio nisi ob crimen cer- „tum damnatur, non sufficiunt suspi- „ciones, vel semiplena probatio: quare „ergo Christianus, qui se nullius pec- „cati *Epist.* 12. *pag.* 261. *Pag.* 262.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„cati gravis reum scit, semetipsum
„condemnet, ad jacturam justæ
„pretiosæ possessionis participandi
„Corpore & sanguine Christi, dum
„legem imponit sese subjiciendi
„nitentiæ tribunali, perinde
„esset reus.„

Censura. Hæc propositio pernic
est, per abusum textus Apostoli,
ineptam comparationem, Fideles
cramentali Confessione Eucharistiæ
ceptioni præmittenda avertit,
viam pandit ad sacrilegia.

Propositio IV. „An non talis
„circa cordis sui judicium semet
„decipere potest? tunc ad mens
„suæ negligentiæ, vel connivent
„discutienda conscientia reus qui
„erit, illum tamen contra confess
„præceptum peccasse dici nequit,

Censura. Hæc propositio falsa
temeraria, pernicios, & Sacram
talis confessionis necessitati derog

ARTICULUS V.

De Duce vitæ spiritualis seligendo.

Epist. II. *pag.* 258.

Propositio I. Hodie omnia ad fel
„ctionem & ruinam animarum con
„rant, ubique scandala videntur, P
„storum potissimi non ad ædificand
„sed destruendum intenti sunt, imm
„hoc

„ hoc tempore non est examinandum, Sæc. XVIII.
„ an inter illos, qui pœnitentiæ sacra- A. C. 1734.
„ mentum exercendi facultate destituti
„ sunt, ductorem eligendi methodus
„ universali praxi sit consona, sed vi-
„ dendum est, an ea sit utilior, secu-
„ rior, & sola, quæ magis convenit.„

Censura. Hæc propositio falsa est, scandalosa, in Pastores Ecclesiæ contumelioſa, Fidelium saluti noxia, dum eos a tutissima, imo sæpe necessaria praxi conatur avertere, & tamquam tutiorem, securioremque, imo solam convenientem proponit praxim, quam pravæ novitatis amor, & spiritus schismatis adinvenit.

Propositio II. „ Timent æternæ suæ „ salutis curam Ministro absolvendi po- „ testate destituto committere: Si au- „ tem hi fidei oculos haberent, cernerent „ contrarium; honoratius enim, & per- „ fectæ confidentiæ dignius est hoc „ commodum postponere debito: Ipse- „ met D. Paulus sibi apud fideles suos „ majorem honorem & auctoritatem ac- „ cessisse putavit, dum pro nomine Jesu „ in vincula conjectus est.„

Censura. Hæc propositio falsa est, scandalosa, schismatica, in Pastores Ecclesiæ contumelioſa, ingerens contemptum authoritatis Ecclesiasticæ, dum Ministros sacerdotalis ministerii

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

interdictione mulctatos, eo no
digniores esse asserit, qui in du
rectores conscientiarum eligantu
qua parte eosdem cum S. Paulo
fert, impudens est, piarum a
offensiva, & ipsi beato Apostolo
juriosa.

Propositio III. „Homines, q
„convertendi desiderio ardenter
„grant, non semper sese ordinari
„Pastoribus, aut illis, qui inter
„Pœnitentiæ ministerium exerce
„commiserunt. Historia Eccles
„docet, illos plerumque selegisse
„ros probitate magis conspicuos,
„curent, an absolvendi potestatem
„berent. „

Censura. Hæc propositio falsa
& in quantum lethalium peccato
reos oblique inducit, ut sacrame
absolutionis beneficium parum co
captiosa est, perniciosa, divinæ
& Ecclesiasticæ Confessionis leg
versatur.

Propositio IV. „Christianus ad
„conversionem utiliter & fidenter
„est adlaborare sub directione M
„absolvendi potestate exuti, & ur
„validæ rationes, ob quas talem
„ctorem aliis præferre deberet: id
„modo verum est de justis, sed & p
„catoribus, imo his adhuc magis
„cessarium est. „

Censura. Hæc propositio pernicioſa est, ſcandaloſa, ſaluti animarum valde noxia, ſpiritu hæretico & ſchismatico prolata, de neceſſitate ſacramentalis abſolutionis detrahens. Sæc. XVIII. A C. 1734.

ARTICULUS VI.

De præſenti Eccleſiæ ſtatu.

Propoſitio I. „Jam ſunt Sanctuarii „januæ illis occluſæ, qui primas „ſedes occupandi digniores ſunt: non „admittuntur niſi ſub conditionibus, „quæ ſupponunt, vel quod Religionis „veritates magis eſſentiales, magis „neceſſariæ ignorentur, vel quod quis „ſuam fortunam illis præponere, pa„ratus ſit.„ *Epiſt.* 1. *pag.* 12.

Cenſura. Hæc propoſitio falſa eſt, ſcandaloſa, Ordini Epiſcopali & Sacerdotali, cæterisque Eccleſiæ Miniſtris injurioſa & in eosdem calumnioſa.

Propoſitio II. „Ignominioſe vilipen„ditur Sacerdotium, vix alii, quam „idiotæ, mercenarii, Prophanatores, „ignavi veritatis deſertores, aut illius „jurati hoſtes in Sanctuario & Sacra„rum functionum exercitio videntur. „Ad hæc mala poteſtas non modo „claudit oculos, ſed etiam manus „præbet, & illius Auctores deprædi„cat, & contra puſillum gregem, qui *Epiſt.* 10. *pag.* 221.

Sæc. XVIII. A. C. 1734. „ſe eis opponit, & contra iniqui
„torrentem vires & animum adh
„totam ſeveritatis molem exone

Cenſura. Hæc propoſitio falſa eſt, f
daloſa, piarum aurium offenſiva, ca
nioſa, in poteſtates Eccleſiaſtica
Civiles contumelioſa, ſeditioſa,
ſchismaticum animum ſpirans.

Pag. 223. *Propoſitio* III. „Ut quis a S.
„ſterii exercitio excludatur, ſ
„hodie, ut veritatem tueatur; &
„ſcientiæ ſuæ curam habeat, fru
„Paſtor edocet viam Domini in
„tate, hæc ipſa ſæpe prærogativa
„ſufficiens creditur, ut de Religi
„ſuſpectus habeatur.„

Cenſura. Hæc propoſitio falſa
in Paſtores Eccleſiæ calumnioſa, in
rumdem contemptum ſcandaloſe
lata, ſchisma ſapiens, inobedient
& rebellionem adverſus Eccle
nutriens.

Pag. 12. & 13. *Propoſitio* IV. „Sub ejusmodi
„ſtoribus nullus Chriſtianus, qui
„vitæ doctrinæ fidelis Conſtitutio
„quæ eam condemnat, non adhæ
„unquam prærogativis & Religio
„privilegiis ſecure frui poterit . . .
„Cavete, veritatis inimici auge
„ubique prævalent, & quis ſcit, q
„usque veritatis obſcuratio, &
„defenſorum oppreſſio, iniquitatis
„ſolo

„ seductionis torrens, Deo permittente, Sæc. XVIII.
„ sit progressurus. „ A. C. 1734.

Censura. Hæc propositio falsa est, in Ecclesiæ Principes injuriosa, rebellionem falso fidelitatis & constantiæ in antiqua Ecclesiæ doctrina retinenda nomine prædicans: & qua parte asserit, ita obscuratam nunc esse in Ecclesia veritatem, ut hujus hostes universe prævaleant, verbo Dei & Christi promissis contraria est, atque etiam hæretica.

Propositio V. „ Quo collimat Bulla *Epist.* 10.
„ *Unigenitus* in sensu naturali expli- *pag.* 231.
„ cata? nempe ut Deo suam omnipo- & 232.
„ tentiam in corde hominum abneget,
„ Ecclesiæ doctrinam circa gratiæ Di-
„ vinæ necessitatem, gratuitatem &
„ virtutem obscuret, novi Testamenti
„ privilegium annihilet, & magnum
„ præceptum charitatis Dei evertat. „

Censura. Hæc propositio falsa est, calumniosa dogmatico Sedis Apostolicæ Decreto, quod universæ fraternitatis irretractabilis firmavit assensus, schismatice & impudenter obtrectans.

Propositio VI. „ Constitutionis ac-
„ ceptatio ab illius defensoribus jacti-
„ tata nil aliud est quam chimæra, quæ
„ nonnisi a dissimulatione & artificio
„ ortum, a machinationibus dolosis
„ progressum, & a violentia suum fi-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„nem habet: nil magis caduc
„ruinosum, & infirmum est, qu
„hæc acceptatio, utpote sine exam
„sine judicio, sine unitate, & sin
„bertate Acceptantium facta.„

Censura. Hæc propositio falsa
temeraria, scandalosa, in Cleri G
cani Præsules; cæterosque Orbis
tholici Episcopos contumelios, e
ribus damnatis favens, & schisma

Propositio VII. „Sicut Oppone
„ex miraculis, quæ Deus in eo
„favorem operatus est, ingens hab
„veritatis momentum, ita & hæ p
„rogativæ etiam Acceptantes perp
„vere deberent.„

Pag. 234. *Censura.* Hæc propositio, qua
patrocinium eorum, qui judicio Ec
siæ detrectant acquiescere, præt
miracula advocat, falsa est, vetere
hæreticorum artes renovat, ad
plicium & incautorum seductio
tendit, ac fanatismo hisce tempori
renascenti aperte patrocinatur.

ARTICULUS VII.

*De metu gehennæ, & de officio Ca
Pontificis, & Mediatoris in Chris*

Epist. 7. *pag.* 144. 145. 147. *Propositio* I. „Duplex est tim
„primus pro objecto habet Dei exc
„lentiam, sanctitatem, justitiam, p

„ritatem, legis ſuæ rigorem, & pro „principio habet deſiderium ſe eidem „conformandi. Hunc timorem inſpi- „rat Spiritus Dei, Spiritus unctionis „& charitatis. Alter eſt, quem juſtus „abhorrere debet, tanquam periculo- „ſiſſimum hoſtem fiduciæ, quæ ei pro- „pria eſt, & ad confidentiam, quam „juſtitia Chriſtiana profert, labefactan- „dam imo & deſtruendam tendit. In „quo hic timor conſiſtat, docet S. Joan- „nes, unde enim eſt, quod expellat „charitatem, niſi *quoniam timor pœnam „habet*, id ergo timori attribuendum „eſt, qui confidentiæ adverſatur. Ubi „hic timor dominatur, omnia in Chri- „ſtiani animo ſunt confuſa, quod ipſum „deberet utiliter movere, ipſum de- „jicit, & concutit, quod ipſum a ſe- „curitate & præſumptione præſervare „deberet, ejus animam perturbat, „Deum ei oſtendit, ut implacabilem „Dominum & inflexibilem Judicem. „Extremi Judicii ſeveritas, quæ ipſum „ad expianda ſua vitia & implan- „tandas virtutes excitare deberet, ejus „cor indurat, & in otioſitatem ac per- „turbationem conjicit. „

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Cenſura. Hæ propoſitiones, quæ timorem quemlibet a filiali diſtinctum exhibent velut periculoſum, infenſum ſpei, ceu fiduciæ juſtorum propriæ,

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„continent doctrinam falsam, tem-
„riam, sæpius damnatam, Triden-
„Concilio adversam, erroneam,
„verbo Dei contrariam.„

Propositio II. „Capitis, Pontifici
„Mediatoris partes Christus Dom
„duntaxat erga electos plene ad
„plevit „

Censura. Hæc propositio capi
est, & intellecta eo sensu, quod C
stus non impleat proprie, nisi e
suos electos, officia Capitis, Pon
cis & Mediatoris, falsa est, temera
& hæretica, renovans hæresim
quinta Jansenii propositione dam
tam.

Pronuntiatis hisce censuris decl
rabat Sacra Facultas, „mentem sa
„non esse cæteras propositiones co
„tentas in Libello approbare, quin
„agnoscit plurimas adhuc extrahi p
„tuisse, quæ suam æque Censuram
„rerentur; sed ex istis voluisse fieri
„nifestum, quam sit prædictum
„contagiosum, quam merito ab
„condemnatum, & sicuti vehemen
„exoptat, ne fidelibus obsit, auct
„tate Regia supprimendum.„

Hunc quoque librum ipsius etia
Senatus Regii decreto fuisse suppr
sum, mox memorabimus.

§. III.

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

§. III.

Siſtaricenſis Epiſcopi lucubratio Regis juſſu ſuppreſſa.

Jam ſupra retulimus, Cardinalem Fleuryum firmiter ſtatuiſſe, quæcumque demum ſcripta tam pro, quam contra Conſtitutionem *Unigenitus* ederentur, promiſcue eſſe ſupprimenda: Enimvero Petrus Laſiteau Siſtaricenſis Epiſcopus nullum non movit lapidem, ut ſaltem refutationem, quam contra *Hiſtoriam libri reflexionum moralium*, necnon ſua anecdota a communi hac nota eriperet. Multo rationum pondere exponebat ipſus Cardinali, has lucubrationes non modo ejus conſilio ac juſſu fuiſſe concinnatas, ſed ab ipſomet amplis elogiis celebratas, approbatasque: Prævalebat tamen in Cardinale ſilentii a Rege impoſiti ſeveritas, & publicam tranquillitatem hac ratione reſtituendi ſpes ac deſiderium: Eapropter ipſo urgente Regius Senatus die vigeſima ſexta Januarii decretum promulgavit, vi cujus Siſtaricenſis Epiſcopi confutatio atque anecdota & confutatio ſuppreſſa fuere. Idem quoque fatum ſubiere Maſſilienſis Epiſcopi opuſcula, Tutelenſis Epiſcopi ſcriptum dogmaticum, Clementis Pariſienſis

Pag. 208.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Curiæ Conſiliarii Janſenianæ ſ
addictiſſimi liber nuper editus,
vis ejus nomen in hoc decreto
retur; Embrodunenſis Archie
epiſtola Paſtoralis, Epiſtola ad
ſiaſticum de juſtitia Chriſtiana &
latio eorum, quæ circa Regii Se
decretum die vigeſima ſexta Ju
Anno 1734. promulgatum geſta
Epiſtola Laudanenſis Epiſcopi ad
chiepiſcopos & Rhemenſis Provi
Epiſcopos, ac denique Epiſtola
dem Epiſcopi ac Ducis ad Regem

§. IV.

Motus contra hoc decretum.

Hoc Regis decretum male habu
ceptantes Epiſcopos; ſacrum
depoſitum, quod Chriſtus Domin
Religionem & fidei veritatem co
apertos ejus hoſtes ore & calam
fendendam eis concredidit, illis per
modi decreta injuſte auferri exi
bant. Hanc ob cauſſam novem
tim Archipræſules, partim Epi
juſtas ſuas ad Regem querelas de
decreverunt, ac Menſe Junio una
nes epiſtolam ſuo chirographo
tam Eidem obtulere, in qua debita
miſſione exponebant, „illos, qu
„perum decretum promulgari

Sæc. XVIII. A.C. 1734.

„sent, suæ Majestatis Religione fuisse „abusos, in eo præter Regis intentionem, Ecclesiam impugnari, Episcopalis Ordinis dignitatem vilipendi, „veritatemque unacum errore supprimi. „His addebant, exemplis quampluri„mis comprobatum esse, quod in fidei „controversiis silentium a Principibus, „etiam piissimis impositum ferme sem„per Catholicæ Religioni maxime fue„rit funestum; in præsenti autem re„rum vicissitudine silere, idem esse ac „fatalem invehere tolerantiam, Reli„gionem defensoribus suis destituere, „eam Sectariis in prædam relinquere, „rebelles, qui illam sine modo, sine „timore evertunt, in sinu suo fovere, „& oculos claudere, dum venenatus „calix fidelibus passim & ubique a no„vitatum amatoribus propinatur: li„cere quidem in rebus humanis quan„doque dissimulare, non vero in rebus „Divinis, & imminente Religionis pe„riculo; hanc enim ab hominum im„perio non dependere; ubi enim con„jurationis in Regem conflandæ timor „& suspicio esset, impiam esse dissimu„lationem, & silentium perduellioni „simile, nec ergo ad hæreses tacen„dum, quæ animas in ruinam trahe„rent, eosque, qui falsa dogmata dis„simulant, etsi ore negent, sua dissi„mula-

Sæc. XVIII. A. C. 1734. „mulatione probare, meritamque „ Novatoribus portionem referre „in caulam impune graſſante, Pa „ſi dormiunt, & tacent, lanienæ „æque reos eſſe, ac Dominos, „niſi canes mutos aut edentulos „ponunt; quicquid enim ſive „ſive multum contra Religionem „tholicam larvatis ejusmodi lupis „mittitur, approbaſſe, ſtatuiſſe. „cenſendum eſſe, præcipue his „ctariis ipſam tolerantiam ac S „tium pro conſenſu, pro man „proque approbatione interpretan „&c. Huic Epiſtolæ ſubſcripti „bantur Arelatenſis, Embrodun „Aquenſis & Apta-Julienſis Ar „ſcopi; ex Epiſcopis vero Bellic „Maſſilienſis, Laudunenſis, Dinian „& Siſtaricenſis.„

§. V.

Hujus oppoſitionis ſucceſſus.

Attamen huic Epiſcoporum epi non alius reſpondit ſucceſſus, quod hæc ipſa Regis juſſu die quarta Auguſti fuerit ſuppreſſa, Verſaliis hoc Regii Senatus decr „Rex comperto, ſcriptum „dam ſub titulo: *Epiſtola plurium „chiepiſcoporum, atque Epiſcoporum*

„ *Regem*, in vulgus ſpargi, haud imme- Sæc. XVIII.
„ rito indignatur, quod poſthabita re- A. C. 1734.
„ verentia Regiæ Majeſtati debita non-
„ nulli literas Eidem inſcriptas typis
„ edere, easque ſine ipſius conſenſu
„ divulgare præſumpſerint, minus vero
„ tolerare poteſt, quod Epiſcopi, quo-
„ rum ſingulis tamen ad ejus protectio-
„ nem recurrere integrum eſt, quoties-
„ cunque id neceſſarium eſſe judicave-
„ rint, ſeſe unire, atque inter ſe inita
„ mutua conjuratione ſine obtenta Re-
„ gis venia ad eum unito calamo ſcri-
„ bere audeant: Rex ergo, ne alii tale
„ exemplum adeo Regni legibus & praxi
„ contrarium ſequantur, eo magis præ-
„ pedire cogitur, quo periculoſius eſt
„ ejusmodi factum & quidem ob chara-
„ cterem & ſtylum minus moderatum,
„ quo hæc epiſtola concepta fuit. Illius
„ plane Auctores haud ultra meminiſſe
„ videntur, quot luculentis teſtimoniis
„ ſua Majeſtas Zelum pro Eccleſiæ
„ cauſſa teſtatum reddiderit. Et tamen
„ eam arguere videntur perinde acſi
„ hic idem Regis Zelus nunc everteretur
„ tur per provida illa decreta, quibus
„ Rex ea omnia prævenire ſategit,
„ quæcunque ad contentiones ſemper
„ pernicioſas diutius fovendas conferre
„ poſſent; cum tamen ſua Majeſtas obe-
„ dientiam Eccleſiæ deciſionibus debi-
„ tam

Sæc. XVIII. A.C. 1734.

„tam præſtari, & ſacrata Epiſcop
„jura conſervari, omni tempor
„laboret, & ea firmiter tueri nor
„deſtitura ſit. Ut ergo his proi
„Regia ſua Majeſtas in Senatu ſu
„ſens, præcepit ac præcipit, ut
„ptum, cui titulus:

Epiſtola plurium &c. ſuppri
„& permaneat ſuppreſſa. Injung
„ſuper omnibus illis, penes quos
„exſtant exemplaria, ut ea ad S
„tus Curiam nulla mora deferant
„dem ſupprimenda. Prohibet
„que omnibus typographis, Bi
„polis &c.„

Perlecto hoc Regii Senatus
nil intimius hos Præſules afflixit,
quod eorum conſenſio, & pro tu
Epiſcopatus juribus facta virium
junctio ceu *conjuratio Regni legi*
praxi contraria in hoc decreto re
henderetur. Eapropter hi Præ
queſtum adibant Cardinalem Fleur
eidem exponentes, omni ævo u
tum fuiſſe, ut Epiſcopi in Reli
favorem Imperatorum Regumque
xilium ac protectionem *junctis* m
additisque propriæ manus ſubſcr
nibus imploraſſent; laudandæ
conſenſionis exempla in Sacris Eccle
faſtis non alio ex fine ad nos
transmiſſa, niſi ut præ ceteris

sum annalium suorum monumentum de sæculo ad sæculum nobis suppeditarent, exstare etiam in Galliis ejusmodi exempla, & quidem adeo recentia, ut a nemine ignorari possent. Constare enim, quod novem Occidaniæ Præsules ad Ludovicum XIV. Regiæ suæ Majestatis Prædecessorem Galliarum Regem epistolam ab omnibus hisce Episcopis subscriptam tradidissent, & quod paulopost novendecim alii Præsules pariter ad eundem literas communi omnium chirographo munitas dedissent, eademque die viginti octo Episcopi ad p. m. Aurelianensem Ducem tum Regni Administratorem binas epistolas ab ipsis subscriptas porrexerint, nunquam tamen eis crimini datum fuisse, quod propterea scribendi forma minus legitima fuissent usi. Subjungebant insuper Episcopi, eo ipso etiam tempore, quo ipsemet Fleuryus Regii Ministri officio fungeretur, duodecim Episcopos *una manu* ad Regiam Majestatem literas perscripsisse, hancque eorum conjunctionem non alio ex capite fuisse improbatam, nisi quod contra Embrodunensem Synodum conjurassent. Ad has Præsulum rationes Fleuryus flecti videbatur, illis officiose pollicitus, quod evoluto unius Mensis spatio, aut paulo tardius

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

tardius eorum votis satisfieri pot... Attamen hi Præsules vagæ huic ... citationi parum confisi, ad Cleri... licani comitia anno sequenti celebra... causſam suam remisere, ibidem ... beraturi, qua meliore via suas ad... gem querelas deferre, & ab eo, ... æquum esset, impetrare possent.

§. VI.

Aliorum Franciæ Præsulum Z... pro Constitutione Unigenitus.

Hæc fata quantumcunque Episco... ordini funesta, ceteros tam... Franciæ Episcopos adeo non terrebat... ut potius aucto Zelo Dei causſam ... gere, & insuperhabita adversantium... potentia, spretoque calamitatum pe... culo pro Dei honore, Religionis ... cremento, & animarum salute eam... mas vires impendere decernerent. ... his eminuit Joannes Josephus Lang... de Villanova-Gergy Senonensis ... chiepiscopus, qui ut gregem sibi cre... missum a venenatis pascuis longius ... ceret, Catechismum edidit, in qu... Catholicæ fidei præcepta, sanam ... rum doctrinam, & obedientiam Eccle... siæ decretis debitam non minus sobr... quam perspicue exposuit: fructum pr... men, quem inde se reportaturum ...

rabat, intercepit potiſſimum obſtinatio eorum, quorum tamen prima cura fuiſſet tam ſalutari conatui auxiliatrices præbere manus; quippe ferme quadringenti vaſtiſſimæ hujus Diæceſis Parochi palam recuſabant ad juventutis ac fidelium inſtitutionem novo hoc Catechismo uti: Adhibuit equidem Archiepiſcopus monita, preces, minas, & extrema Canonicæ ſeveritatis media; parum tamen profecit apud illos, quibus iniquiſſimo illo tempore in ſuos Paſtores palam inſurgere, conſuetum erat erroris præſidium: Haud ſegniori ſtudio Petrus Guarin de Tencin Embrodunenſis Archiepiſcopus Janſenianam peſtem a ſua Diæceſi penitus eliminare conabatur; hanc in rem adverſus Appellantes, ceterosque Conſtitutioni refractarios Menſe Majo librum vulgabat, præfixo hoc titulo: *Paſtoralis epiſtola & decreta ad Embrodunenſis Diæceſis fideles.* Attamen mox infauſtus ſerpebat rumor, hac epiſtola quietem publicam everti, Eccleſiam Gallicanam novo contentionum incendio involvi, atque ejuſmodi latratibus animarum tranquillitatem turbari: Erat equidem vetus hæc querela de canibus; valuit tamen tantum, ut Archiepiſcopi epiſtola Senatus Regii decreto ſupprimeretur: Indignius adhuc

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

fatum, ut anno sequenti memo-
mus, tulit Instructio Pastoralis
chiepiscopo Cameracensi die
quarta Augusti edita:

Insuper Carolus Gabriel de
Levis Antissiodorensis Episcopus
tam Apostolicis decisionibus obe
tiam strenue urgebat, sed prop
a Gianensi Parocho opprobriis, ac
lestiis horrendum in modum vexab
Sub idem ferme tempus P. Cae
Parochus ad S. Medardum Parisis
tinaci cuidam Appellanti morien
Sacramenta administrare recu
mox vero Parlamentum in rabiem
tur, & Parochum severo mulc
dicto, quod tamen Regius Senatus
posito decreto nullum irritumque
clarabat, frustra reclamante P
mento. Ita nempe tunc omnia
confusionibus plena, ubi quo
Tribunal adversus alterum suam
ritatem augere, ac extendere pot
dum unumquodque continua co
propriam imminuit.

§. VII.

Diversi ob Jansenismi suspic in Galliis relegati.

Ea tum in Galliis erat rerum co
sio, ut quamcunque viam quis
ret,

ret, vel Regis, vel Parlamenti vel Epi- Sæc. XVIII.
scoporum indignationem incurreret; A. C. 1734.
vexantur Constitutionis vindices æque atque Appellantes; supprimuntur illorum scripta, apologiæ, & Pastorales Instructiones, & non raro ad inferendam his molestiam valuit violati silentii prætextus; hi autem ab Episcopis exagitantur, a Parlamentis commendantur, nisi ipsis aliisque ad simulandam erga Regis mandata obedientiam utilis & opportuna videretur horum quoque insectatio. Id funesto satis fato experti sunt septem doctrina & eruditione Viri longe celeberrimi ex Congregatione S. Mauri, scilicet P. La Vie, Prudentius Maran, qui nova S. Justini Martyris editione, aliisque doctis lucubrationibus celebre sibi nomen comparabat, Martinus Boucquet Bibliothecarius, Ursinus Durant Galliæ Christianæ Continuator, Maurus D'Antine, qui novæ editioni Du Cangii utilem navavit operam, Felix Oudin & denique Nicolaus de Le Bar: Hi acceptis Regiis literis ex Conventu S. Germani de Pratis in varia monasteria emigrare jubebantur, eoquod in odiosam incidissent suspicionem, perinde acsi Constitutioni *Unigenitus* obsisterent. Progressu tamen temporis, vel detecta horum innocentia, vel cognitis, quæ ex

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

intempestiva hac severitate tim... essent, gravioribus periculis unaco... revocati fuere. Ceterum fanat... Jansenistarum æstus in tantam deg... rabat insaniam, ut corpus Parisii... sui Thaumaturgi anno priori Ul... ctum ad parvam suam Ecclesiam tr... ferri machinarentur: ast non sine li... tatis discrimine a vesano hoc molim... præpediti fuere.

§. VIII.

Concertationes literariæ.

Divulgabantur hoc anno varii lib... circa quæstiones theologicas, ... quibus ultro citroque disputandi lib... tatem certa Universalis Ecclesiæ d... nitio nondum ademerat; illius e... ævi contentiones, indeque exorta p... punis scribendi sentiendique liber... eruditis ampliorem aperuerat campu... quippe occasione Bullæ *Unigenitus* ... ardentius agitabatur, quam qua... de infallibilitate Pontificis, quam ... immodice efferebant, alii ad infi... & pene ad nihilum deprimebant; p... diam viam ingredi sibi videbatur Fi... cinthus Serry ex FF. Prædicatorum Ordine Theologus Reipublicæ Venet... ac in Academia Patavina Primarius S. Theologiæ Professor ac Magis... tris

Hic jam Anno 1732. Patavinis literis binam dissertationem adornavit, *de Romano Pontifice in ferendo de fide moribusque judicio falli & fallere nescio, eodemque Conciliis Oecumenicis auctoritate, potestate, jurisdictione superiori.* Huic lucubrationi Serryus celeberrimus hic Theologus appendicem subjunxit *de mente Ecclesiæ Gallicanæ, & Academiæ Parisiensis circa præfata duo Sedis Apostolicæ privilegia:* In his dissertationibus propugnatur, Papam quidem in rebus fidei ac morum esse infallibilem, dummodo præcesserit matura cum celebrioribus Theologis consultatio, & demum judicialis Cardinalium consensus accesserit. Hoc ipsum vero temperamentum male habuit quemdam Anonymum patria Venetum, qui hoc anno Venetiis adversus Serryum sua opinione gravem edidit librum sub titulo: *Romani Pontificis privilegia adversus noviſſimos osores vindicata, duplex dissertatio cum duplici appendice.* In hoc opere Auctor acriter impugnat declarationem Cleri Gallicani de potestate Ecclesiastica die 19. Martii Anno 1682. factam, cujus apologiam edidit doctissimus Galliæ Antistes Benignus Bossuet. Postea declamabat Auctor contra Parisini Parlamenti sententiam anni prioris die vigesima tertia Februarii pronuntiatam: demum in

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734. prima sua dissertatione statuit, Pa
ficem in suis definitionibus, si ex
thedra loquitur esse infallibilem
altera Papam omnibus Oecume
Conciliis esse superiorem, eorum
creta Pontificem abrogare aut im
tare posse, & validam ab eis appe
tionem ad Papam esse, Cardina
denique consensum non esse condi
nem sine qua non, sed mere con
tativum. Verum hæc apologia
sponso non caruit, quippe idem P
ryus hoc anno librum edidit, sub
titulo: *Infallibilitatis Pontificiæ justa*
minis circumscriptæ explicatio atque a
sio, necnon dissertatio Apologetica ad
noviſſimum privilegiorum Pontificiorum
dicem, typis Bartholomæi Giavarin
netiis publicatum. In hoc opere A
suam sententiam solide comprobat
& Adversarii sui rationibus confu
ex communi Theologorum consi
præsertim ex Cano, Priera, Vig
Albizio, Bellarmino, Turre Crem
Hosio &c. comprobatum ivit, s
Papam non esse infallibilem, nec C
dinalium Consensum esse conditio
essentialem. Ceterum quantumvis
opinio non adeo favorabilis esset
manæ Curiæ Theologis, Venet
men Respublica non concessit, ut
liber Venetiis imprimeretur, uni

loniæ apud Petrum Marteau excusus legitur. Attamen Serryus inter ipsos suos Confratres habuit, qui ejus sententiam acriter impugnaret: Erat is Aloysius Maria Lucinius Dominicanus, S. Theologiæ Magister, & Romanæ Inquisitionis Commissarius Generalis: Hic anno sequenti non Parisiis, uti hic typi locus appositus est, sed Venetiis publici juris fecit librum ita inscriptum: *Fratris Hyacinthi Serry, Primarii Theologi Patavini ab Aloysio Maria Lucinio R. J. C. G. aperta jam fronte provocati iterata defensio, seu infallibilitatis Pontificiæ justis terminis circumscriptæ fusior explicatio firmiorque defensio, Dissertatio Apologetica secundis curis adornata.* Ex ipso titulo cognoscimus, Eundem Patrem Lucinium edidisse *privilegia R. P. adversus novissimos Osores vindicata.* Cum ergo hic Auctor sententiam Patris Serry refellere niteretur, hic appositio suo nomine librum suum *de infallibilitate Pontificia* potissima ex parte auctum rursus prælo commisit, ac in decimo seu postremo capite strenue sese vindicavit *contra obmurmurationes quorumdam sciolorum*, qui etiam tractatum *de Romano Pontifice falli & fallere nescio* Romanæ Curiæ Ministris suspectum reddere moliebantur, præcipue ob hæc verba: *Romani Pontificis, in judicandis* Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

fidei morumque quæstionibus, ἀσφάλειαν, *infallibilitatem, ejusdem supra Co[illegible] Oecumenica præstantiam & eminentia[illegible] testatis, ad fidei Catholicæ dogma[illegible] nime pertinere:* Enimvero tantum R[illegible] valebant Pontificiæ auctoritatis [illegible] ces, ut die decima quarta Ja[illegible] anno priori Serii opusculum *de Po[illegible] falli & fallere nescio* supprimeretur; [illegible] alio tamen, nisi consueto succe[illegible] plerumque enim libri, qui Romæ [illegible] alibi supprimuntur, aut damna[illegible] majori legentium aviditate conqui[illegible] tur, ab aliis ex censuræ contemp[illegible] ab aliis nescio quæ incognita, arca[illegible] nova, miraque inde addiscendi curi[illegible] tate; suæ enim libertati omni jure [illegible] bitæ ejusmodi interdicto vim infer[illegible] & veritatem, quam in proscripto li[illegible] detegere possent, sibi studiose occ[illegible] tari existimant, creduntque, cuilib[illegible] nisi Divina vel humana jura lædunt[illegible] integrum esse, amore veritatis perfe[illegible] dijudicare, suumque desuper judicium proferre:

Porro fervente tum scribillandi, [illegible] contradicendi æstu veteres quoque [illegible] suscitabantur controversiæ, & quidem *de Probabilismo*, quem jam Anno 1697 Innocentius XI. Pontifex e Scholis [illegible] Theologorum libris eliminaverat: Pri[illegible] mam occasionem præbebat Paulus Segneri

Segneri Societatis Theologus, qui edita epistola *de probabilitate* propugnabat, tam implicitas in morali doctrina quæstiones dari, ut non raro fatendum sit, in hominibus dari ignorantiam invincibilem, proin probabilem opinionem sequi sæpius necesse esse, præsertim si pro utraque parte doctissimi, magnique nominis Doctores militarent. Ad hanc epistolam Petrus Ballerinus Presbyter Veronensis anno hujus sæculi trigesimo secundo *responsum circa Probabilitatis materiam* Romanzinis typis edidit; ea vero, quæ hic Auctor in suo responso objecerat, alius ex eadem Societate hoc anno diluere nitebatur, hancque in rem in suo cursu Scholastico quatuor dissertationes publice in Schola dictabat, simulque divulgabat *epistolam cujusdam Theologi adversus eandem* Ballerini *responsionem:* Hæc agendi ratio vehementer pupugit Veronensem; quocirca eodem anno Veronæ quatuor hisce dissertationibus opposuit *epistolas quatuor Theologo-morales P. B. P. V. adversus Dissertatorem S. J. seu censuram quatuor dissertationum, quæ dictatæ fuerunt contra libellum inscriptum. Responsum ad Epistolam P. Pauli Segneri:* Addidit quoque *confutationem epistolæ cujusdam Theologi contra eandem Responsionem e clandestinis typis recens*

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

vulgatæ. In prima epistola Balleri egit *de ignorantia invincibili*, in al *de conscientia dubia*, in tertia *de Pr bilitate*, & in ultima *de doctrinis* nymi. Edidit præterea biennio *Historicam Dissertationem de Probabi ejusque falsitate.* Cum autem qui Anonymus ejus *responsum circa Pr bilitatis materiam* confutaret, eod anno edidit *epistolam ad Auctorem* *tationum in opus, cui titulus: confut epistolæ circa materiam Probabilismi.*

§. IX.

Fata Petri Giannone seu Jannoni suam Historiam Neapolitanam.

Jam supra memoravimus, infam ac sacrilegum librum sub titu *Jesus Christus anathemate percussus*, Jansenistarum officina prodiisse. Ho Authorem celebrem quemdam Fran Episcopum Constitutioni refracta exstitisse ferunt. Utut autem de h sit, certum omnino, quod damn hic fætus incerto Parente in lu protrusus promerito infamiæ stygn notatus fuerit; die enim vigesima ptima Novembris hoc anno Sacræ quisitionis jussu Romæ ante fores E clesiæ S. Mariæ super Minervam fame pegma erectum est, in quo

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

leſtum hoc ſchediasma carnificis manu laceratum probroſo incendio deletum eſt. Acerbior item, meritis tamen condigna ſors inſequebatur alium pravarum lucubrationum Authorem: Erat is Petrus Giannone ſeu Jannonius Jureconſultus ac Hiſtoricus celebris, cujus maximæ calamitates ab hoc anno initium duxere. Quæ, ut evenerint, paucis, quantum fatorum copia patitur, expediam. Neapolitanus hic Doctor anno hujus ſæculi vigeſimo quarto publici juris fecit *Hiſtoriam civilem Regni Neapolitani*, quam Carolo VI. Imperatori tum Neapolitano Regi nuncupabat, eamque facultate Comitis de Harrach Pro-Regis muniebat. Magno plauſu apud Neapolitanos excepta eſt hæc lucubratio, quæ tamen Romanis averſionem, & Auctori ſummam moleſtiam accerſivit; quippe is pro illius ævi genio ſummos Pontifices, Eccleſiaſticos, & Monachos liberiori, ac maledico calamo allatrabat, & quod capitale erat, pro ingenii ſui ad excogitanda nova acutiſſimi fæcunditate, neſcio, quas artes & media adinvenit, quorum ope ſummos Pontifices ſibi dominium in Neapolis Regnum, & Romanam ditionem ſenſim vindicaſſe aſſerebat: cetera autem exactiſſime deſcripſerat civilem ac politicum patriæ ſuæ

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

ſuæ ſtatum, ſyſtema, leges, & quicquid ad plenam hujus Regni co tionem ſpectare videtur. Eapropt grati animi teſſeram Neapolitanæ bis Senatus Auctorem collato pr inſigni dono ad Syndici officium movit. Nec hic ſtetit prima blandi tis fortunæ felicitas; quippe ipſe Imperator Carolus VI. hunc Vi Viennam evocavit, eumque Cæ Hiſtoriographi dignitate auxit, affig eidem peramplo authoramento: h tamen diu adſpirabat tam ſubitæ ſperitatis aura; paucis enim ab tione Menſibus Jannonii Hiſtoria mæ die prima Julii Anno 1723 carbone notata eſt: Tunc primum topere novitatum cupidi ardebant jus Hiſtoriæ deſiderio, ut creſc indies illius fama, & legendi a tate, hoc opus paulopoſt in Latin Gallicum & Anglicum idioma ver retur: Non deerant tamen, qui co hanc Hiſtoriam eruditos ſuos cala exercerent, graves hallucinationes tegerent, falſa convellerent, & tam excogitata ſolidis rationibus oppo que veritate dejicerent: Jannonius Viennæ potentum patrocinio tutus ſ adverſarios præcipue P. Felicium Je tam partim contemptu, partim ed vindiciis repellebat, atque contra ip

Rum-

Romanam Curiam, peregrinationes sacras, sanctorum cultum, Episcoporum ordinationes &c. calamum acuebat, scripserat etiam tractatum de prohibitione librorum, de remediis contra excommunicationes invalidas, de concubinatu, & alia nonnulla, quæ tamen adhuc inedita apud ipsum reperiebantur; ne vero ob anathematis fulmen sese exosum Viennensibus redderet, simulata pœnitentia ac palinodia Pignatellum Neapolitanum Archiepiscopum eo permovit, ut hic eum a censura liberaret, & absolutionis literas testes ad illum Viennam mitteret. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. X.

Jannonius ubique profugus.

Hucusque cuncta ad Jannonii voluntatem prospere fluebant, postquam vero hoc anno Imperator infausto Marte pugnans, Neapolis Regnum Carolo III. Burbonio cedere cogebatur, omnia quoque salaria, quæ ex Urbis redditibus assignata pendebantur, fuere extincta. Sinister hic eventus neminem gravius afflixit, quam Jannonium; suppetiis enim, quibus præcipue sustentabatur, spoliatus, ac sensim ab Amicis derelictus, quo se verteret nesciebat, insuper alius ex alio casus pristinam

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

ſtinam rerum ſuarum tranquillit
tantopere perturbabat, ut ob Hiſ
Inquiſitionis metum Neapoli di
ſubſiſtere veritus, Venetias ſece
Aſt nec hic ab infeſtæ fortunæ i
tutus erat, partim quod multam
exterorum Principum Legatis fam
ritatem foveret, partim quod libe
tem Venetam & jus Reipublicæ in M
Adriaticum ſuo calamo impugna
maxime vero, quia Romana indig
tio ſeſe contra illum etiam ad Re
publicam protenderet, unde acci
ut hi, qui ſanctæ Sedis auctoritate
jura ſeſe quam maxime revereri p
fitentur, apud Senatum, ſibique
dictos tantum efficerent, ut Janno
Venetiis expelleretur. Inde Medi
num fugere ſtatuit, ac tandem
ſemel præſentaneum ſuæ libertatis
riculum eluctatus, eo advenit, q
tamen ſine metu ſpirare poſſet; p
opportune autem poſt aliquot die
moram Genevenſis cujusdam Bib
polæ epiſtolam recipit, qua Gene
quantoprimum contendere rogabat
ut ipſus in nova Hiſtoriæ ſuæ edi
præſens curam ponere, illam en
dare atque augere poſſet. Hoc Nu
lætus, cum non modo inclinatis
rebus, ſed & vel maxime ſecuri
ſuæ ſat proſpectum crederet, nulla
mora

mora Menſe Novembri Genevam petit, ubi etiam anno hujus ſæculi trigeſimo quinto Urbem ingreſſus, res ſuas in tuto collocatas exiſtimabat: Attamen qui inſidias & odia hoſtium effugiſſe gaudebat. ſimulatæ amicitiæ laqueos declinare haud poterat; cum enim Paſchales feriæ anni ſequentis otium a literis offerrent, facile conceſſit humaniſſimis precibus cujusdam ſimulati amici, qui eum invitabat, ut cum ipſo per aliquot dies ruſticani receſſus amœnitate in ſua Villa frueretur: Ignorabat tamen Jannonius, hunc locum Sabaudiæ Ducis imperio eſſe obnoxium, nilque mali ſuſpicatus, ſine cura in Amici hoſpitio verſatus eſt, prima etiam nocte tranquillus quievit, ſed ſoporem mox intercepit cohors militum, qui ſemiſopitum primum Sabam, arcem natura & arte munitam, ac demum Taurinum abduxere: mox omnia ejus ſcripta, quæ penes ſe habebat, Romam Sabaudiæ Ducis juſſu transmiſſa fuere: ipſe vero ad carceres ad Portam Padanam ſitos abductus detinebatur. Sæc. XVIII. A.C. 1734.

§. XI.

Spontanea errorum abjuratio a Jannonio Taurini facta.

Hæſe-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Hæserat in hoc ergastulo Jannon integrum ferme annum, pe neste tamen habebatur, nec illi quam præter libertatem deerat; jungebatur etiam P. Joannes Ba Prever Congregationis Oratorii S. lippi Sacerdos, qui captivi cons tiam moderaretur, ejusque anim ad detestandos errores, veramque nitentiam disponeret. Nondum intr præterfluxerat annus, cum Jannon aut Directoris sui monitis, aut capt tatis tædio expugnatus, sinceram rorum abjurationem sponderet, ex fine Romam literas veræ pœnite testes ad S. Inquisitionem daret. P ad veniam pronior, quam ad pœn die duodecima Martii ad Joannem bertum Alferium Magistrum Gene lem sancti Officii Taurinensis Vica datis literis modum, quo Jannonii tractatio ad juris normam recipi tur, præscripsit, factæque disposit feriem Patri Prevero communicari sit. Die igitur quarta Aprilis præ tus Inquisitor unacum captivi Direct & Notario publico carceres adiit, co conspecto Jannonius pro exonerand sua conscientia benigne audiri pet moxque juramentum de veritate d cenda tacto S. Evangelii libro exsol ac Inquisitorem his verbis allocutus

„Te

„Te, Reverende Pater, vocandum „censui, facto ad sacram Congregatio- „nem recursu, ut sponte abs te audi- „rer, eo consilio, ut & conscientiæ „meæ consulam, & misericordia S. Tri- „bunalis Inquisitorii fruar, quibus- „cumque meis culpis ad ejus pedes „devolutis, qua facta confessione ab- „solutionem, si ei placuerit, nanciscar, „cum, qua ratione a S. Officio fuerit „judicatum, animam induxerim ad „abjurandum, detestandum, & revo- „candum id, quidquid fuerit mali, „quod vel publicis scriptis, vel factis „commiserim, S. Ecclesiæ & Sacro „Inquisitionis tribunali in omnibus & „per omnia me submittens. Quo ita- „que sincerior compareat & fuco vacet „hæcce mea proprio motu facta coram „Te comparitio, quo dignior evadam „hujus tribunalis misericordia, hisce „foliis propria manu id omne inscripsi, „quod commissum a me, quod a me „peccatum, quod censura dignum esse „queat, quæ folia jamjam prompta „habeo, & parata, ut in judicio ea „proferam, si Tibi, Vir reverende, „fuerit visum. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

His dictis subjunxit Jannonius, penes se habere quædam proprii chirographi scripta, in quibus omnes tam typis impressi, quam nondum editi

Sæc. XVIII. A. C. 1734

errores ſane gravi cenſura digni re
rentur, quosque S. Officio tra
mentemque ſuam deſuper explica
ratus eſſet: Ea ſex complecte
folia, quorum primum ita in
Quod Hiſtoriam Civilem &c. & de
verbis: *ut meos errores, & in
infirmitates deteſter.* Præprimis
circa Hiſtoriam ſuam civilem
Neapolitani ſuum errorem his
deprecabatur: *Quod Hiſtoriam
Neapolitani civilem ſpectat, alium
præfixum haud habui, niſi ut poſitiva
leges illius regni illuſtrarem. Id quo
ita nude fieri haud poſſet, niſi data
ordinis Eccleſiaſtici idea, qui majorem
lius regni partem conſtituit, de re
ordinibus tractandum mihi erat, qu
caſione quoque de abuſibus ſui locum
limites in referendis illis exceſſi, ut
ſentio & perſpicio: revocatum id vo
ſi fieri poſſet, non extare vellem illa
publico prælo donatos, ne per ill
ſcandalum in aliis ſive damnum
enaſcatur. Et ſic eos condemno &*

Cum autem inter alia accu
quod in ſuo reſponſo ad P. F
librum dato multa contra P
auctoritatem & miracula indece
ſcripſiſſet, hanc criminationem ita
luit: *Reſponſo autem, quod P. F
dedi, (qui duobus tomis, Roma in*

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

quadrata impressis, non contra historiam duntaxat solam sed potius contra auctorem scripsit, quem multis injuriis & contumeliis ita oneravit, ut ab ipso Consilio collaterali Neapolitano ejus libellus inter infamatorios sit relatus,) ego quidem nunquam cogitavi, Ecclesiam offendere Romanam, sed eo fine unice a me fuit dictatus, ut P. Felicio sanas facerem, qui hæretici notam mihi impressit, eo quod de pontificia potestate injusta & exorbitantia finxerim principia, cui ad oculum demonstravi, legi ea, quæ scripsi, in quamplurimis auctoribus Romanis; non nescius, graves seriosque auctores ab hisce principiis abhorrere; id quod pariter de miraculis dixerim, quæ ab incautis scriptoribus narrantur, improbata ab aliis gravioribus & seriis. Nec unquam volui, ut publica luce donaretur illud scriptum; quin & multum laboravi, ne unquam prodiret in publicum, siquidem nonnisi per jocum, & Patris Felicii irridendi gratia, pro meis amicis illud composui. Multum hinc dolui, quum resciverem, quod scriptum hoc per manus lectorum vagaretur. Uti itaque voluntas mea in publicando eo nunquam adfuit: ita jam assevero & volo, omnem ejus penitus deleri memoriam. Irritum id pronuncio, & revoco, & pro non scripto a me, nec unquam a me dictato, declaro.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Accusabatur etiam, quod libr... de Consiliis & dicasteriis Urbis V... nensis ediderit, pluresque in eo ... positiones erroneas ac hæretic... sperserit: Hanc tamen labem a ... moliri nitebatur, hunc in modum: *bellum de Consiliis & dicasteriis Urbis ... dobonæ pro meo factu non agnosco. ... ille ex manuscripta mea relatione extru... Neapolin ad quemdam Consilii collat... regentem missa, a quo fueram rogatu... distinctam ei texerem ideam omnium, ... Vindobonæ florent, Consiliorum & ... steriorum. Rem Italico sermone con... tam, amico in suum ipsius usum, ut ... instrueretur, donavi; neutiquam ver... fine, ut prodiret in lucem. Comper... postmodum habui, in manus Germano... id opusculum incidisse, qui latinitate do... tum, sic in publicam lucem protraxer... a primævo & originali manuscripto mod... alteratum. Meum itaque id agnoscere ... debeo. Quapropter etiam omnes propo... tiones, quæ in illo reperientur, falsa... losas, falsas, temerarias, contumelio... erroneas, hæresi proximas, ego ... condemno, reprobo, revoco, abjuro ... detestor.*

Plura adhuc alia scripta, & prae... cipue *de remediis contra excommunicatio... nes invalidas* offensioni erant, de quibus ... etiam rationem reddere jussus, haec ... repro...

respondit: *Quod vero reliqua mea manuscripta concernit, quæ Regia Majestas Sardica Romam misit, inter quæ primum est,* de remediis contra excommunicationes invalidas, *illud ego contra censuram Vicarii Neapolitani scripsi, qui fulmen hoc vibrari a se posse credidit, quia ab eo permissionem imprimendi historiam civilem regni Neapolitani haud petierim. Composui hunc librum in mei ipsius defensionem, ut excommunicatio, tanquam nulla & irrita, a me removeretur. Continet ille liber alias quoque partes, in quibus modum doceo, quo uti queant Principes, ut censuræ revocentur; sed non nisi eo casu fuerunt a me notatæ, si vicarius revocare id fulminis recusaret. Omnia vero istius generis scripta nec, ut prælo committerentur, fuerunt facta, nec postmodum quidquam juvabant. Purpuratus enim Pignatellius, Neapolitanorum tum temporis Archiepiscopus, cognita ratione movente, cui censura illa superstruebatur, me ab eminentia sua petentem, ut tolleret eam, exaudivit, absolutione mihi ad Vindobonenses transmissa. Fulmine igitur isto pro irrito declarato, nec opus fuit ulteriori illius scripti publicatione, sed profunda oblivione sepulta jacebant omnia, quippe nullo amplius usu futura. Quapropter a producendis illis in publicam lucem fui alienus, & nunc etiam, ubicumque manuscripta jacuerunt, ea retracto, abjuro, irrita volo & detestor.*

Sæc.XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A C. 1734

Idem ferme respondit Jannotius ea, quæ circa opusculum objicitur, quod *de prohibitione librorum* scr. hæc enim erat ejus responsio: *quoque manuscriptum* de librorum p bitione, *non, ut typis evulgaretur, posui, sed eo unice consilio, ut debili rumdam mens sincera luce illumina demonstraturus quippe, quoad ejus poterat, bene stare & apologia non eas propositiones, quas prohibitio rat. Eo vero opus haud fuit, & abscónditum tenebatur, ne unquam cem prodiret; unde, siquid in eo me peccatum, (ut excessum a agnosco) quod cum sana Ecclesiæ fide non concordaret, id revoco, abjuro, & detestor.*

Excutiebantur quoque cetera nia ejus scripta, quæ penes ipsum perta fuere, circa quæ tamen verbis purgabat: *Alia manuscripta annotationes, apud me reperta non rapsodiæ sunt, brevesque notæ, quas tidiana auctorum lectione mihi collegi Quæ licet inter se aliquem haberent adeoque secum ferrent diversorum farraginem: illi certe a me nec credi retenti sunt, sed eo fine collecti, rum scirem sensa & placita. Erra errasse me; neque enim decuit legere generis libros, sive ex iis errores*

Volo itaque & desidero, omnes illas rapso- Sæc. XVIII.
dias abolitas esse & irritas, nec ullum ea- A. C. 1734.
rum supereſſe vestigium, quia eas detestor, revoco, & abjuro.

Scripserat quoque tractatum *de concubinatu*, quem esse licitum, propugnasse accusabatur; hanc tamen labem diluere conabatur hac excusatione: *Tractatum* de concubinatu *prælo tradere non volueram, sed historice scripseram pro defendendis duobus ex historia civili capitibus, ubi ego de antiquo Romanorum concubinatu verba feceram; nec unquam credidi, hodie eum esse licitum. Pœnitet tamen materiæ, scripto publico propositæ, ex quo fortassis aliquid scandali nasci poterat. Uti itaque propositum mihi haud fuerat typis eum tractatum donandi, sic omnem jam ejus memoriam extingui volo. Illum igitur irritum pronuncio, detestor & abjuro.*

Denique rationem reddere jussus de suis scriptis Philosophicis ita respondit: *Palam apparet, scriptis philosophicis non animi mei sensa contineri, sed aliorum ibi extare Philosophorum placita, cum quibus non consensi, quin potius in illis chartis eorum errores notavi, atque blasphemias hæreticasque propositiones agnovi; quas scripsi, non ut sequar, sed ut mihi notem. Has propositiones detestor & abjuro.*

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

His ita partim confessis, pa[illegible] excusatis atque revocatis culpam [illegible] perdemisse deprecatus, veniam a [illegible] & Ecclesia humillime petiit, his [illegible] bis: *Si quid unquam in chartis his[illegible] que manuscriptis rapsodiis, penes [illegible] ventis, extaret, quod sanæ Ecclesiæ [illegible] ctrinæ refragaretur, aut aliis scan[illegible] vel errori esse posset: id omne refello, [illegible] futo, abjuro; divinam misericordiam [illegible] catus, ut, sicuti lumen mihi concessit [illegible] res meos agnoscendi, ita jam mihi [illegible] concedat, quam a S. matre Ecclesia [illegible] tholica, & ab omnibus fidelibus ob [illegible] scandalum, & partum damnum depr[illegible] orans omnes & singulos, ut errores [illegible] humanasque infirmitates, condonent, [illegible] que in posterum alium hominem rep[illegible] Volo vivere & mori tanquam verus & [illegible] sequens S. matris Ecclesiæ filius. [illegible] magis in vulgus evadat hæc mea retra[illegible] & omnibus sit nota, si S. Ecclesia [illegible] rit, imprimendam esse hanc meam retra[illegible] tionem, ut in publico in aliorum [illegible] plum prostet, in summam mihi glori[illegible] consolationem verget. Et sic, quo [illegible] sit S. Ecclesia, & quo majorem mihi [illegible] habeat S. Tribunal: iis, quæ in his [illegible] liis fui detestatus & detestor, nomen [illegible] scribo:*

PETRUS JANNONIUS

Pa-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Placuit cunctis præsentibus humilis ac candida hæc deprecatio; quam ut verbis protulit, etiam calamo consignare, ab Inquisitore jussus erat; cum autem non pauci ob suum ad Genevenses perfugium male de ejus Religione opinarentur, interrogatus de sui secessus caussa, hæc subjunxit: *Huic meæ spontaneæ comparitioni, quam Te Reverende Pater, scribi jubere precor, addo, me, Anni* 1735. *mense Novembri ad finem vergente, privatum & victu necessario, & terris excluſum Italicis, ob mala mea forsitan scripta, viam iniisse, ad Genevenses me conferendi, ubi refugium habeam, non, Deo sint grates, ut religionem mutem, sed necessitate victus parandi adstrictum. Illis versio, m Gallicam historiæ meæ Neapolitanæ parantibus prælo subjiciendam, quam gratissimum accidit, præsentia mea uti. Quam ob caussam eo me contuli præterclusa mihi alia via vitam sustentandi. Postea vero impressa ibi haud fuit. Translatam eam esse in Gallicum sermonem, facile est conjectu; & sane haud ignoro, partem illius esse translatam, nondum vero impressam, quod ego quidem sciam, cum jam triennium sit elapsum, ex quo hisce carceribus claudor; illinc exul.*

Id quidem fateri debeo, ne meæ conscientiæ quidquam oneris superſit, si apud Genevenses ulterius subsistere datum fuisset,

Sæc. XVIII A. C. 1734.

deficiente victu veriſimiliter futurum ſu... ut ne ad alium laborem, & ad quem... tomum componendum accingerem. Id q... ſi cenſuram mihi auxiſſet, omne id ... lium pariter deteſtor, & miſericordia... Deo & abſolutionem imploro; aſſeve... inſuper, per trimeſtre illud & quod ex... dit, quo Geneuæ ſubſiti, catholice ſem... me vixiſſe, & in audienda miſſa, & ... alio quocumque dogmate, ad Eccleſiam C... tholicam Apoſtolicam Romanam pertinu... Apparet id exinde, quod ipſo palmaru... die fuerim detentus eo tempore, quo ... Geneuam exivi in pagum, Sardiniæ Re... Majeſtati ſubditum, ut paſchale impe... præceptum. Hoc Tibi, Reverende Pat... dicere & profari debui in conſcientiæ m... exonerationem; ... ecatus quemque, qui ... pradictos libros aut Manuſcripta poſſi... rit, ut S. Eccleſiæ eos tanquam impu... ſceleſtos, ſcandaloſos tradat.

§. XII.

Jannonius ex juris præſcripto interrogatus.

Quamvis ex ſcripta hac revocatione quam Jannonius S. Officio confe... nabat, de ejus mente & orthodoxia ... ſufficiens haberetur certitudo, neceſſe tamen erat, ut ad ſententiæ & abſo... lutionis valorem ipſe etiam ore interro... retur.

tatem fidei ſuæ legali teſtimonio comprobatam redderet. Hoc igitur examen ſubire cogebatur, & quidem interrogatus, an credat, vel crediderit, licitum eſſe, vel fuiſſe viro Catholico typis mandare ſupradictam hiſtoriam, continentem propoſitiones temerarias, erroneas, ſcandaloſas, ſeditioſas, per ſummam calumniam injurioſas omnibus Eccleſiæ ordinibus & toti Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, præſertim S.Sedi Apoſtolicæ, & ſchismaticas & hæreſin ut minimum ſapientes? Reſpondit, Catholice. Sæc. XVIII. A.C. 1734.

Interrogatus: An credat, vel crediderit, licitum eſſe, vel fuiſſe viro Catholico ſcribere, vel aliis tradere manuſcripta ad invaliditatem & validitatem excommunicationum? prout in ſua ſpontanea comparitione. Similiter tractare de falſis imputationibus? prout in ſua comparitione. Nec non tractare, quam vim & vigorem habere debeant prohibitiones librorum Romæ factæ, prout in ſua ſpontanea comparitione. Concludere, quod ſimilia decreta prohibitoria vi careant, prout in ſua ſpontanea comparitione: quod expurgationes librorum a Principibus fieri debeant, prout in ſua ſpontanea comparitione. Reſpondit: jam in mea retractatione dixi, cur id fecerim. De cæ-

Sæc. XVIII. A. C. 1734

cætero male feci nec unquam cre
id esse licitum.

Interrogatus, an credat, vel
diderit, licitum esse, vel fuisse,
Catholico Venetiis imprimere, vel
mittere impressionem operis hujus
tuli: Jani Peruntini? prout in scri
Respondit Catholice.

Interrogatus, an credat, vel c
diderit, licitum esse, vel fuisse, r
Catholico dicere & sustinere, pro
bitiones Romæ factas procedere a c
suris fratrum qualificatorum prou
sua spontanea comparitione. Respo
dit Catholice.

Interrogatus: An credat, licit
esse, vel fuisse, dicere, vel scribe
(casuistas sibi moralem disciplinam
modo feciisse) prout in sua sponta
comparitione: Respondit Catholice.

Interrogatus, an credat, vel c
diderit, licere retinere manuscriptu
cum titulo *de regno celesti & terren*
continens plures propositiones hæ
ticales, nec non retinere plura al
manuscripta, quæ possent formare
ginti volumina & multa alia man
scripta seu folia, contradicentia d
clesiæ Catholicæ? Respondit: *Re*
me semper vixisse ut verum S. Eccles
tholicæ filium, uti & in omnibus, de qu
bus adhuc fui interrogatus. Agnosco
nem

tiam tum agnovi, id quod feci, facere non licere, ſine gravi conſcientiæ onere, & peccando contra leges Apoſtolicas Eccleſiæ Catholicæ Romanæ. Sed, quia abyſſus abyſſum invocat, in omnia ea, quæ dixi & ſcripſi, incidi; ob quæ miſericordiam S. tribunalis imploro, ut cum S. Matre Eccleſia concilier, gratiis actis primum Deo de lumine mihi ad agnoſcendos errores hoſce conceſſo, poſt Regiæ Sardiniæ Majeſtati ipſiusque Miniſtris quod detineri me juſſerint, quia in miſero ſtatu, quo eram implicitus, in alios errores poteram incidere, de qua re ſemper pro ipſorum conſervatione Deum precabor.

§. XIII.

Abſolutionis ſententia in favorem Jannonii.

Cum igitur ex Jannonii reſponſis luculenter comprobatum eſſet, eum non modo a Catholica fide nunquam defeciſſe, ſed etiam, ſi quid eidem fidei adverſum ſcripſiſſet, ſincero animo revocaſſe, hinc idem Vicarius Generalis ſancti Officii die quarta Aprilis hanc pronuntiavit ſententiam.

Nos F. Joannes Albertus Alſierius, S. Theologiæ Magiſter, Vicarius Generalis S. Officii Taurinenſis. Quod Tu, Advocate Petre Jannoni, Neapolitane, Fili de-

Sæc. XVIII
A. C. 1734

defuncti Scipionis coram S. Officio
comparuisti, & contra Te ipsum
deposuisti, imprimendos curasse Te
& composuisse plura alia scripta
gravi censura digna, scilicet: Histo
civilem regni Neapolitani, *cum*
nis & propositionibus falsis, temera
scandalosis, seditiosis, calumniosis,
riosis S. Sedi, & religioni; quod
contra P. Felicium Jesuitam, dictæ
impugnatorem manuscriptum evulgas
sub titulo: Professio fidei, *ut in*
tanea comparitione deposuisti, contra
ctoritatem & potestatem Ecclesiasti
Quod Venetiis opus sparseris sub
Jani Peruntini, *refertum propositio*
scandalosis, falsis, temerariis, contra
clesiasticam jurisdictionem: Quod
fueris, cum intentione, ut victum
prosequendi quintum dictæ historiæ
Quod diversa tenueris manuscripta de
communicationibus, tam validis,
invalidis *& librorum prohibitionibus*
tractatum scripseris de concubinatu
quitus permisso: Quod varia manus
retinueris, quæ omnia propositiones
S. Ecclesiam continent, ut supra in
ritione Tua spontanea: idcirco
interrogatus, Catholice respondisti.
rim visa & mature considerata
hac Tua comparitione, & eis
quæ perspici juris erat, contra

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

notatam sententiam definitivam descendimus. Invocato itaque sanctissimo nomine Domini Jesu Christi, gloriosissimæ matris, semper virginis Mariæ, & Petri Martyris nostri Protectoris habentes ante nos sacrosancta evangelia, ut a facie Dei procedat nostrum judicium, & oculi nostri videant æquitatem: hac nostra definitiva sententia, quam, sedendo pro tribunali, hisce scriptis, hocce loco, & hac hora, a nobis electis, proferimus, dicimus, pronunciamus, declaramus, ordinamus, quod Tu, dicte Petre Jannoni, ob res dictas, confessione Tua confirmatas; scilicet, quod libros typo evulgaveris, & multa alia scripta composueris, gravi censura dignissima, nempe historiam civilem regni Neapolitani, refertam doctrinis & propositionibus falsis, temerariis, scandalosis, calumniarum plenis, S. Sedi & religioni injuriosis: Quod contra P. S. Felicium, Jesuitam, manuscriptum evulgaveris subtitulo Professio fidei: Quod Genevæ fueris, cum intentione, ut victum parares, prosequendi quintum dictæ historiæ tomum: Quod varia MSCta tenueris de excommunicationibus, tam validis, quam invalidis, & librorum prohibitionibus: Quod tractatum de concubinatu antiquitus permisso, & contra prohibitionem librorum scripseris, ut in tua spontanea comparitione; Te hæresis valde suspectum reddidisti. Quocirca omnes pœnas,

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

pœnas. & censuras incurristi, a
canonibus aliisque constitutionibus,
generalibus, quam particularibus
similes delinquentes impositas &
mulgatas.

Quia vero sponte in hoc S. Officio
paruisti, libere confessus tuos errores,
sericordia & venia implorata: abso
Te ab excommunicatione erimus con
in quam ob res, supra memoratas,
risti, dummodo antea corde sincero &
non ficta, abjures, maledicas, & det
eosdem errores, & generaliter omnes
singulos errores, sortilegia & hæresia,
S. Catholicæ & Apostolicæ Romanæ
clesiæ contradicat, uti Tibi hac nostra
finitiva sententia mandamus, ut id modo,
forma Tibi danda, facias. Ut vero
errores non omnino maneant impuniti,
quo facilius a Deo nostro misericordiarum
veniam impetres: pœnitentiæ salutaris
Tibi imponimus. I. *Ut quam primum*
peccata Tua sacerdoti confitearis, ab eo
nario approbato, & bona ipsius cum
missione communionem adeas. II. *Ut*
annum semel in hebdomade tertiam
partem pro animabus, in purgatorio
stitutis, recites. III. *Ut per triennium*
proxime futurum ad confessionem & com-
munionem in majoribus solennitatibus, nati-
vitatis scilicet Domini, resurrectionis,
tecostes & omnium sanctorum festis,
quatuo

quentes. *Reservata nobis auctoritate, dictas pœnitentias, aut integras, aut ex parte augendi, aut diminuendi, commutandi, aut condonandi. Sic dicimus, pronunciamus, pœnitentiamus, reservamus hoc & quovis alio optimo modo & forma, qua de jure possumus & debemus.*

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XIV.

Solemnis abjuratio a Jannonio facta.

Perlecta hac sententia Jannonius flexis genibus errores suos ejuravit hac formula: *Ego Petrus Jannonius, filius defuncti Scipionis, Neapolitanus, ætatis annorum sexaginta sex personaliter in judicio constitutus, genuflexus, coram fratre multum Rev. Vicario generali S. Officii Taurinensis, ante oculos habens SS. Evangelia, quæ propriis manibus tango, juro, quod semper crediderim, nunc credam, & auxiliante Deo semper in posterum sim creditурus id omne, quod S. Catholica, Apostolica, Romana Ecclesia statuit, credit, prædicat & docet. Sed quia a S. Officio hæreseos valde suspectus fui judicatus, quod libros prælo commiserim, & multa alia scripta composuerim, digna gravi censura, scilicet,* historiam regni Neapolitani civilem, *doctrinis refertam, propositionibusque falsis, temerariis, scandalosis, calum-*

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

niosis, S. Sedi & religioni injuriosis; a MSCtum contra P. Felicium Jesuitam vulgarim sub titulo. Professio fidei *meam historiam impugnarat, ut in spontanea mea comparitione: quod Venetiis sparserim sub titulo* Jani Peruani *propositionibus scandalosis, falsis, temeriis refertam, contra jurisdictionem ecclesiasticam, ut in spontanea mea comparitione; quod Geneuæ fuerim cum intentione ut victum pararem, prosequendi V. Dominum dictæ historiæ; quod varia MSCta tenuerim* de excommunicationibus, [illegible] validis, quam invalidis, & libro[illegible] prohibitione, *ut in spontanea mea comparitione; quod tractatum scripserim* [illegible] concubinatu antiquitus permisso, [illegible] *multa MSCta tenuerim, continentia propositiones contrarias Ecclesiæ, ut in spontanea mea comparitione; ideo ego vehementem hanc contra me suspicionem sublatam ex mente fidelium, justis de caussis concepta, abjuro, maledico & detestor [illegible] errores, & generaliter omnes & quascumque errores, sortilegium & hæreticæ quæ S. Catholicæ Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ contradicat, & juro, me in posterum neque facturum neque dicturum [illegible] quam, ex quo talis contra me suspicio possit oriri, nec cum hæreticis me conversaturum, aut cum illis, qui de hæresi sint suspecti; sed si talem quemquam novero, [illegible]*

S. Of-

S. Officio & loci ordinario, ubi morabor, denunciabo. Juro etiam & ſpondeo, impleturum me omnes pœnitentias, ab hocce S. Officio mihi impoſitas, & ſi contra aliquam harum promiſſionum meumque juramentum peccavero, quod Deus a me avertat, me nunc & in poſterum omnibus pœnis ſubjicio, contra ſimiles reos a ſacris canonibus, aliisque conſtitutionibus promulgatis. Ita me Deus adjuvet & ſacra ſua evangelia, quæ propriis manibus tango.

Sæc. XVIII A. C. 1734.

Ego Petrus Jannonius promiſi, juravi, abjuravi hoc die 4. Aprilis 1738. in cujus fidem huic ſchedæ meæ abjurationis, prælectæ de verbo ad verbum in dictis carceribus portæ dictæ manupr. nomen ſubſcribo.

PETRUS JANNONIUS.

Facta hac abjuratione Jannonius ab anathemate, quod quomodolibet incurriſſet, ab Inquiſitore abſolutus, ac communioni fidelium, Sacramentorum uſui, & S. Eccleſiæ gremio reſtitutus eſt: cum autem ab hominum conſortio ſegregatus vivere vellet, reliquos vitæ ſuæ dies in Turrinenſi arce conſumpſit, plena libertate potitus, donec anno hujus ſæculi quadrageſimo octavo die decima ſeptima Martii annos ſeptuaginta ſex natus vitæ ac calamitatibus ſuis finem imponeret.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XV.

Novi Ultrajectenſis Archiepiſc. electio.

Poſtquam fœderati Ordines decre- ſuum Catholicis tantopere inju- ſum promulgaverant, Pater Düri- qui Patribus Oratorii attinentia bo- in Strandia Septentrionali admini- verat, in Brandiam ſeceſſit, ſu- loco Patrem Merlum conſtituit. S in propria domo, ac in Sacello die geſima ſeptima Aprilis, in quam D Dominica inciderat, rem Divinam p egit, confluentibus incolis religi- Catholicis. Jam vero in uno hoc cinore Calviniani cunctas ineſſe cu- maximas exclamant, queſtum re- runt ad Regium Gottorpienſe Tri- nal, tantumque obtinent, ut Dani- gis nomine Catholicis Sacerdotibus dicta centum aureorum mulcta, cæt victima litare inhiberetur: Anno ſe- quenti Barchmannus Ultrajectenſis A chiepiſcopus, ut memoravimus, fun- functus erat, hinc Canonici infra habito Sedis Apoſtolicæ interc Theodorum de Croon die vigeſima ſe- cunda Julii unanimi ſuffragio elegerun Petebant quidem conſuetas Pontifici confirmationis literas; cum autem pa-

hac vice reſponſum obtinerent, ipſi propria auctoritate Neo - electum hoc anno ſolemni ritu initiabantnr: Id tamen haud impune tulit Archiepiſcopus; quippe mox anno ſequenti per Apoſtolicas literas ejus electio tanquam nulla ac irrita fuit declarata, ac ipſe ejusque Canonici piorum communione exterminati ſunt, quam tamen cenſuram pro more ſuo appellationis remedio eluſerunt. Submiſerat equidem Pontifex Baronem de Hörde Flaviopolitanum Epiſcopum, Vicarium Apoſtolicum, qui tamen nec monitis nec precibus quicquam profecerat; Canonici enim Conſtitutioni *Unigenitus* pertinaciter obſtiterant, & prætenſi ſui Epiſcopatus jura firmiter tuebantur: Nec magis proſpero ſucceſſu hic Epiſcopus in Strandia ſuam exercebat auctoritatem; cum enim datis ad P. Düringk literis plenam eidem daret facultatem, ut vel ipſemet vel ejus nomine Notarius a Strandiæ Eccleſiaſticis conceſſas Sacerdotalis miniſterii literas ſibi exhiberi poſtularet, Düringkus invidioſum hoc negotium a ſe deprecabatur. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XVI.

Pontificis curæ ob petitum Hiſpani exercitus tranſitum.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Conflagrabat hoc anno Italia
admodum bello, Domui Aust
perquam exitioso, & Romanæ C
admodum molesto; postquam
Carolus VI. Imperator Carolo E
niæ Principi in Parmensem, &
centinum Ducatum investituram
tulerat, sibi hostem, quem bene
devinctum iri sperabat, accersiv
Pontifici præter opinionem suam
tiplicis molestiæ ansam præbuit.
cessit etiam ad adversitatis Aust
cumulum Stanislai Lescinsckii
sio a Polonico sceptro: Hunc enim
pote Socerum suum in Regnum
cere summa contentione adlabor
Ludovicus XV. Galliarum Rex,
simul vim liberæ Polonorum ele
per Cæsaris copias, sibi vero, to
familiæ Burbonicæ injuriam fuis
tam querebatur: quocirca fœder
Hispanis & Sabaudis inito bellum
sari indixit: Inde hi Reges perop
tunam captabant occasionem ea
vadendi Provincias, quas Aust
Domus hucusque in Italia poss
Jamjam Gallici exercitus Duct
larius cum quadraginta millibus
Delphinatum & Sabaudiam in
montium penetravit, seque ad
cellas cum duodecim Sabaudorum
libus conjunxit: Inde Sardiniæ

Ducatum Mediolanenſem movit, occupatisque celebrioribus quatuor munimentis, ipſam Mediolanenſem arcem & Urbem cepit, Daunio Gubernatore Mantuam, ac inde Viennam profugo. Fœderatis proſpero Marte pugnantibus, Catholicus quoque Rex infeſta Cæſari arma intulit, & conflato circiter quadraginta Hiſpanorum millium exercitu ductore Montemario Liburnum appulſus eſt, inde in Neapolis Regnum penetraturus: Permeandæ copiis erant Pontificiæ ditiones, hinc tranſitus libertatem a Papa petiit Carolus Hiſpaniæ Infans, cui ejus Pater ſummam militaris imperii demandabat. Id denegare, periculoſum, concedere invidia plenum. Habentur Romæ plures Cardinalium congregationes, in quibus ſerio, quid rebus in ſalebra hærentibus agendum, deliberatur: Pars major in hanc ſententiam ivit, neutri parti eſſe favendum, idque jam ſub primis belli auſpiciis promiſſum fuiſſe; proin tranſitus facultatem uni parti, ſine alterius injuria, & violatæ fidei calumnia dari haud poſſe; in Hiſpani Regis partem inclinabant alii, quos inter Belluga Cardinalis nomine ſui Regis ad propoſitam quæſtionem decretorium reſponſum mox dari importunius, additis quoque minis, poſtulabat. Quo-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

circa Pontifex imminenti periculo ritus, & plurimorum suffragiis per tus, indulsit, ut Hispanus exer suis tamen sumptibus, per ditione cleſiasticas in Regnum Neapolita libere duceretur: Qantocyus i duo, ut vocant Commissarii Per ablegantur, qui datæ facultatis tium ad Carolum Ducem supre Archistrategum deferrent, & Ro Aulæ nomine copias conducerent, ctaque tam provide disponerent, piis necessaria deessent alimenta. vero huic consilio Cardinalis Cie gos Cæsaris Orator totis viribus tit, nilque intentatum reliquit, ut tifex tanquam communis Pater mum, uti spopondisset, neutri addictum exhiberet: At nimis erat hæc sollicitatio; Galli enim spani jamjam victricibus suis armis tam pene Italiam emensi erant, ac met Carolus Dux ad Neapolis progressus, Traunium Cæsareum liducem, qui vix ultra tria armat millia sub signis numerabat, a oppidi S. Germani depulit, eum Capuam inter & Cajetam castr care compulit. Nec his terminis velox armorum felicitas; quippe pulso etiam Caraffa Duce Cæsareo rolus per Cajacium & Aversam

cessit Neapolin usque, quam Urbem, expugnatis arcibus, & Pro-Rege Anconam profugo, triumphantis more ingressus est. Martis prosperitas Carolo animum indidit, ut se in utriusque Siciliæ Regem a Papa agnosci percuperet: eo fine Thomæ Ratto Cordubensi Episcopo, qui apud Sedem Apostolicam Hispani Regni negotia procurabat, hoc ipso anno mandatum dedit, ut Papam ad ejus vota inclinaret. Hic quidem nil omnino prætermisit, ut a Clemente Papa obtineret, quo ipse Carolum ceu Regem agnosceret, ab eoque clientelæ nomine duodecim millium aureorum tributum acciperet, quod summo Pontifici, utpote utriusque Insulæ supremo Domino usque huc pendi consuetum erat. Attamen omnes hujus Oratoris conatus in irritum cecidere; cum enim universum adhuc Siciliæ Regnum sub Cæsaris imperio esset, ac ipse in Neapolitano Regno adhucdum Civitates Cajetam & Capuam possideret, haud consultum nimisque intempestivum censuit Pontifex, ut Oratoris Ratti votis annueret, quinimo Scipioni Poplicolæ Principi Sanctacrucio concessit, ut in pervigilio SS. Apostolorum Petri & Pauli solitum censum unacum Asturcone (*Chineam* Romani vocant) Cæsaris nomine offerret, prout ei a

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Carolo VI. Imperatore injunctum
set: Hac de re Hiſpani necnon de
tita, & tamdiu dilata Regni in
tura editis etiam ſcriptis vehem
querebantur; & jam non per amb
minas de invadendo Ducatu Bene
tano atque expellendo Nuntio Pon
cio jaciebant, viciſſim vero Pon
de uſurpato Parmæ & Placentiæ
catu palam expoſtulabat. Ut tan
Carolus Princeps nonnihil ſuæ in
gere poſſet indignationi, Colum
Principi Conneſtabili, Palæſtinæ
necnon Petræ & Caraffæ Cardina
aliisque Neapolitanis, qui intra
gnum bona immobilia poſſeder
præcepit, ut a ſuis Palatiis Romæ
faris inſignia tollerent, eorumque
Hiſpana affigerent, addita hac in
ptione: *Carolus Burbonius, Neapo
Siciliæ Rex, Parmæ Dux, & Mag
Etruriæ* Princeps. Permittebatur
men Columnæ Conneſtabili, ut
Hiſpana inſignia, etiam illa Ca
Romanique Senatus erigere poſſe

§. XVII.

Hiſpanorum querelæ ob denega Archiepiſcopatum Toletanum.

Nec ſolo hoc nomine Hiſpani C
mentem Papam incuſabant;

enim querelis mox aliam adjungebant; poſtquam enim hoc anno die nona Februarii Cardinalis Didacus de Aſtorga Toletanus Archiepiſcopus e vivis exceſſerat, & Belluga Cardinalis oblatam hanc dignitatem recuſaverat, Hiſpaniæ Regina Ludovicum Filium ſuum natu minimum, quem jam a teneris Sacræ militiæ deſtinaverat, in Toletanum Archiepiſcopum nominavit, eumque a Sacra Sede confirmari petiit. Ardua plane, Sacrisque Canonibus adverſa erat hæc petitio, ut octenni puero, & ad perpetuum vitæ ſtatum ſerio eligendum incapaci tam vaſtæ jurisdictionis Archiepiſcopatus traderetur: Ea erat potiſſima ratio, propter quam Pontifex petitam gratiam concedere recuſavit. Aſt Hiſpani ex pluribus Theologis & Canonum Doctoribus comprobatum ibant, quod pueris nonniſi tres, quinque, ſeptem, novem & undecim annos natis Epiſcopatus fuiſſent collati, horum quoque teſtimonia Romam fuere transmiſſa: Ad hæc vero Pontifex reſpondit; id non niſi in Germania, & raro admodum contigiſſe, ibique latius graſſantis hæreſis metu quandoque neceſſarium fuiſſe, ut ab Eccleſiaſticæ Diſciplinæ rigore nonnihil recederetur, conceſſa ætatis venia. Verum hæc ratio adeo nihil valuit

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII A. C. 1734

valuit apud Reginam, ut illa, ... sceptrum pro suo Filio haud ... superesse cerneret, eidem pe... conferri, importunius etiam a... etiam peteret, minasque, ne... quas intentaret, ne tamen ... nonnisi muliebriter hac in re tent... aut dixisse crederetur, pinquissim... hujus Archiepiscopatus proventus ... favorem sui Filii apud Sequestrum ... poni jussit, & Apostolici Nuntii C... riam occlusum iri comminata est. H... tamen difficultati cuneum reperit p... dens Pontificis moderatio; quippe p... titionis asperitatem tam provido em... liebat temperamento, ut Philippo Re... ejusque conjugi devotus videret... Toletano tamen gregi simul de oper... Pastore prospiceret. Regium itaq... Infantem hujus Ecclesiæ Administrat... rem in temporalibus & Commenda... rium ad tempus, usque dum legi... mam assequeretur ætatem, unacum ... tulo Archiepiscopi nominavit, vol... que, ut Princeps minores, ut vocat... Ordines interim susciperet, & ne qu... detrimenti animarum cura habet... exercitium spiritualis Jurisdictionis commisit Viro prorsus egregio Bernardo Froilano de Savedra, qui paulo ante Larisseus Archiepiscopus fuerat renun... tiatus. Hac ratione hæc contentio p... nitus

nitus dirempta credebatur: quapropter Alemannus Sedis Apoſtolicæ Nuntius Curiam ſuæ Nuntiaturæ aperuit, cumque ſe morti proximum cerneret, usque ad adventum novi Nuntii vices ſuas Auditori ſuo demandavit: Obiit etiam paulopoſt Madriti Menſe Aprili Alemannus annos natus quinquaginta ſex: quoniam vero pro Ludovico Infante nondum advenerant petitæ diſpenſationis literæ, hinc Regina denuo Nuntiaturæ Curiam occludi juſſit. Ubi autem ejus votis a Papa plene ſatisfactum erat, non modo libera Nuntiaturæ munus exercendi facultas eſt data, ſed etiam Rex Regio diplomate rationes expoſuit, ob quas Inveſtitutam in Parmenſem & Placentinum Ducatus concedendi Jus ſoli Sedi Apoſtolicæ competat. Viciſſim vero ad ornandum Apoſtolicum Collegium Pontifex Ludovicum Regium Principem anno ſequenti Purpura decoravit, uti poſtea referemus.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XVIII.

Diſſidia inter Papam & Venetorum Rempublicam.

Jam anno priori Papam inter & Venetos levis oriebatur contentio; cum enim Padus fluvius non raro extra alveum

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

alveum effusus, Bononienses cum & segetes vastaret, Pontifex incolu incolumitati prospecturus, rapidi lius cursum oppositio aggere alio avertere & coercere curavit. Inde suis agris ingens damnum acc querebantur Veneti. Nominantur tur utrinque Deputati rerum peri quorum sententia hæc lis cum u que partis satisfactione composita Gravioris diffidii argumentum ex pulare jurgium; cum enim Rom pervigilio S. Antonii Patavini pró more Romani Gubernatoris a ritores, quos *Sbiros* vocant, prop neti Oratoris Palatium obambula obviam habuere quosdam præfati toris famulos. Mox inter eos ver oritur contentio; jurgantium ira bis ad manus pervenit, exonera utrinque sclopi, stringuntur gla tres ex Venetis, unusque ex Pa tellitibus trucidantur: Hoc fa gravem sibi quoque injuriam fa latam querebatur Zaccharias C Venetæ Reipublicæ Orator, qui obl satisfactionem respuens, rem ad ad Senatum defert, cujus ex sen Orator illico Roma Venetias re & Nuntius Apostolicus e Veneta di ne excedere jubetur. Porro utres que sat perturbatæ ad pristinam

cerentur concordiam, desudatur plurimum, ac ipsemet Ludovicus XV. Galliarum Rex per suum Legatum Romæ perutilem navat operam, seque pacis arbitrum offert. Proponuntur variæ, pluresque reconciliationis conditiones, quas tamen omnes Pontifex rejecit, & ad manifestandam rei veritatem in ipsum hoc factum, factique originem auditis utrinque testibus inquisivit, cunctasque depositiones sedulo ad acta redigi jussit, quibus iterum iterumque discussis patuit, causse æquitatem pro Papa pugnare; quocirca hic nulla mora præcepit, ut Stampa Nuntius Apostolicus Venetias rediret, quod & factum est, præsertim Angelo Maria Quirinio tam prospero successu Venetos placante, ut haud amplius de hac molesta querela utrinque disceptaretur, ac ipsa etiam respublica revocato suo Oratore Aloysium Morosinum Romam Legatum decerneret. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XIX.

Lucernensium contentio cum summo Pontifice.

Præterfluxerat integrum decennium, ex quo ob varia delicta quidam nomine *Delnegris* per Lucernensis Magistra-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

giſtratus ſententiam perpetuo
mulctabatur, proſcriptis inſuper
bus ejus bonis: poſtmodum tam
notuit, haud exiguam bonorum
tem, nempe haud ignobile præ
Lucernenſis Eccleſiæ dominio fui
noxium, eamque exin quotannis
cepiſſe tributum. Hoc comperto,
ſuum erat, repetebat hujus Ecc
Rector, irrito tamen conatu, quo
totam rei ſeriem Romam perſcr
jus ſibi dici poſtulans. Dijudic
cauſſæ merita, & ex Cameræ Ap
licæ judicio declaratur, hæc
ipſius eſſe Eccleſiæ, proin fiſco
non potuiſſe, ſed Eccleſiæ reſtitue
lta reſcriptura eſt Lucernenſi Mag
tui, qui tamen prætenſo ſuo ju
ſiſtens reſpondit, ſibi oppido
videri, poſt tot annorum decurſu
re bene judicata litem moveri, &
dem apud Curiam Romanam, cu
men jurisdictio nulla in res alieni
eſſet, ac propterea ſe contra ejus
attentata ſolemniter reclamare &c.
reſponſo offenſus Pontifex, rem in P
puratorum Senatu propoſuit, cujus
que ſententia eo abibat, repreh
dam eſſe Magiſtratus repugnantiam
que ſub ſtatuta inobedientibus pœna
jungendum, ut ſine ulla tergiverſa
ne juſſa exequeretur. Pontifex

datis ad Lucernenſes literis præcepit, ut bona Eccleſiæ in publicum collata reſtituerent, ac illi Judices, qui proſcriptionis ſententiam tuliſſent, vel per ſe vel ſuos Deputatos Romæ comparerent, coram Rotæ Romanæ Tribunali de ſuo agendi modo rationem reddituri. Ad has literas Lucernenſis Magiſtratus reſponſum transmiſit, in quo, ſi verba ſpectas, mirifica eluxit humanitas, immota erga S. Sedem reverentia, & prona obſequendi voluntas, aſt, quin illam hac in cauſſa teſtarentur opere, excuſabant manifeſtam ſententiæ ſuæ æquitatem. Ultimum denique arietem admovendum ratus Pontifex, Lucernenſibus ſignificabat, ſi ea, qua cœpiſſent, contumaciæ via pergere vellent, ſe ad eam adigi neceſſitatem, ut illos tanquam ſacræ Sedi rebelles, cunctosque hujus culpæ conſcios diris & execrationibus devoveret. Exitus tandem hujus controverſiæ, ut videtur fuit, quem & Pontifex & Magiſtratus exoptaverat, concordatio pacifica. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XX.

Continuata Proteſtantium oppoſitio contra clauſulam Articuli IV. Risvicenſis pacis.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Ad hanc usque diem Protestantes admodum oculis aspiciunt cu lam, quæ quarto Pacis Risvicen ticulo a Gallis ac Cæsareis, aliisq ciscentibus anno prioris sæculi non simo septimo fuerat adjuncta: Ea n concluſum erat, quod Religio C lica in locis Imperio restituendis, eam Galli durante bello inven in eo statu, in quo tum erat, p tuo conservaretur. Quamvis ver met Protestantes immodico suo d quo Silesiorum & Hugonotarum sam arrogantius tuebantur, ad fir dam hanc clausulam plurimum co lissent, sæpissime tamen in con omnique data occasione impor postularunt, ut hæc clausula ex stitutionum Imperialium albo expu retur, & quidem non alia ex ca nisi quod magnam inde rei Catho accessionem fuisse factam, & di orthodoxam præcipue in Pala aliisque ad Rhenum & Mosam Ut a Gallis restitutam dolerent. No rant equidem hanc clausulam p tamque firmo pacto toties confir & ab ipsis Protestantibus accepto subscripto stabilitam esse, ut ad Protestanticæ partis voluntatem illa prætensa læsione immutari haud p set, quia Catholici æquiori jure

Vide supra Tomo 66. pag. 429. t. 68. p. 82. & 534.

ſtulare valerent, ipſam etiam pacem Religioſam & Weſtphalicam aboleri, utpote per quam rei Catholicæ gravius longe vulnus afflictum fuit, & hodiedum adhuc per artificioſas, ac ſiniſtras interpretationes affligitur. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Nihilominus anno priori Proteſtantes denuo pro aris ſuis efferveſcebant, ac inviſam ſibi clauſulam eradi a Cæſare poſtulabant; peropportunam ſibi temporis viciſſitudinem offerri exiſtimabant, dum Carolus VI. Imperator gravi bello a Gallis, Hiſpanis, & Sardis preſſus, armorum ſuppetias a Proteſtantibus etiam Imperii Principibus ſollicitare cogebatur: opem igitur ſpondent ſub ſpecioſo obtentu, ut Imperii honorem ſecuritatemque tuerentur, nec Cæſarem, Imperii caput, deſerere viderentur: Die vero ſecunda Decembris eodem anno Ratisbonæ *concluſum*, ut vocabant, *eventuale ſeu in caſum belli* inter ſe fecere, vi cujus communi voto ſtatuebant, bellum in Gallos eſſe movendum, & Cæſari opem ferendam, ea tamen lege, ut Cæſar præfatam clauſulam abrogare adſtringeretur. Proin Catholici *nec ratione præteriti, nec nomine futuri* hac clauſula contra Proteſtantes uti poſſent, ſed inſuper in locis, fors in hoc bello recuperandis *Inſtrumentum pacis Weſtphalicæ præ-*

Sæc. XVIII. A. C. 1734. *sertim in Ecclesiasticis pro unica bo fundamento habeatur.* Ea res haud rum offendit Imperatorem, qui et per Frobenium de Fürstenberg Im rialium Legatorum ad Ratisbon comitia Principem Mense Januario jus anni Acatholicis significavit, prorsus singulare videri, quod ipsum bellum rupta omni mora contra Gal decernere, omnino necessarium judicarent, eidem tamen ejusm conditionem annecterent, vi cujus ulla necessitate, utilitateque ener id omne, quod sine publici boni det mento ipsorum quoque opinione diff haud posset; haud obscure etiam ligi, quosdam Protestantes hanc co troversiam resuscitare, & Catholi ad abrogandam hanc clausulam a stringere, non alio ex fine, nisi ut spe cioſum se a bello Gallis inferendo ex mendi prætextum haberent; time dum vero esse, ne hi dum privata l commoda procurare gestiunt, omn ipsos communi incendio involvant. Ad hæc autem Protestantes die p Februarii responderunt, notam cla lam in pacem Rysvicensem intru & in Badensis Articulo III. a Gallis re novatam paci Westphalicæ recta adver sari, nunc autem ob bellum in Gallos mo tum ex se ipsa evanescere, proinse co fides,

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

fidere, Catholicos ad conſervandam inter utriusque Religionis Status concordiam conceſſuros, ut in proximæ pacis articulos, & Imperii leges inſeratur conditio, vi cujus *ratione avulſorum & recuperandorum* tam in Politicis quam Eccleſiaſticis omnia ad normam pacis Weſtphalicæ reducantur, præcipue cum utriusque Religionis Deputati in id jam Anno 1689. & 1702. conſenſiſſent: Attamen idem Princeps tam ſuo quam omnium Catholicorum Principum nomine Proteſtantibus die undecima Februarii reſpondit, hanc eorum petitionem eſſe nimis præmaturam, cum ipſimet hanc conditionem Imperii concluſo inſeri, petere haud poſſent, niſi poſt exitum belli unanimi etiam illorum conſenſu declarati; quo facto Catholicorum potiſſimos ad concedendam hanc conditionem propenſos fore. Hoc promiſſum nimis obſcurum, incertum, & aliunde ſat ſalebroſum eſſe reponebant Proteſtantes, quocirca die decima tertia ejusdem Menſis formulam Catholicis præſcripſere, qualiter hæc conditio Imperii concluſo circa belli denuntiationem erigendo eſſet inſerenda. Erat autem hujus tenoris: *Quicquid tam in recuperandis, vel occaſione priorum bellorum contra Gallos geſtorum, & inde ſecutam*

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Risvicensem & Badensem præcipue re
quarti & tertii articuli pacem aliunde
Gallos nunc violatam in Ecclesiastic
politicis immutatum fuit, id omne ad
mam pacis Westphalicæ optima fide
tuatur &c. His annuebant ceteri
nes Imperii Principes, exceptis C
niensi, Bavaro & Palatino Electori
qui suis Legatis ad nullam com
nem consultationem vocatis, hoc
clusum fuisse a ceteris factum q
exponebant, quod primo duntaxat
decernendo bello deliberatum,
nota clausula nulla specialis apud
tholicos facta fuisset mentio,
de re nullatenus cum bello con
de cetero hanc clausulam in Pace
vicensi. & Badensi fuisse solem
confirmatam, & pro fundamentali
Imperii habitam, sicut ergo leges
damentales unanimi Statuum con
ab Imperio acceptarentur, ita &
nisi ex unanimi eorum consensu (
ad omnes & singulos pertinerent)
abrogari, minus vero illis Stat
præjudicari posse, qui firmum jus
leges Imperii publicas Pacis Risvi
& Badensis aquisivissent &c.

Insuperhabita horum Legatorum
oppositione Principum sententiæ reg
bantur, ubi Protestantes alii in abroga
dam clausulam, alii duntaxat in

declarationem consensere, & alii clausulæ negotium silentio eluserunt, cujus tamen abrogatio juxta formam a Protestantibus præscriptam decreto de decernendo bello die vigesima sexta Februarii Ratisbonæ inserta est; Imperator enim, cum se undique ab hostibus pressum, & Italiam vix non integram sibi a Gallis ereptam cerneret, dura necessitate adactus, pronuntiavit, ut quæ in nupero Gallorum bello mutata fuissent, juxta Imperii Constitutiones in pristinum statum redigerentur, in locis & Urbibus, quæ prospero armorum successu recuperandæ forent. Quamprimum vero Imperator præliminaria, seu fundamenta pacis cum Gallo ineundæ Viennæ anno sequenti jecerat, mox Protestantes novas tricas movebant, & sæpius memoratam clausulam Risvicensem, ejusque abolitionem pacis instrumento inseri, importunius petebant: Respondit Imperator, se suis staturum promissis, curaturumque, ut omnia ad Imperii leges ac Constitutiones disponantur, dummodo unanimis Principum consensus accedat. Hoc tamen Cæsaris verbo non erant contenti Protestantes; cum enim verentur, ne Francia, quæ salutaris hujus clausulæ Auctor exstitit, pro veteri honorem suum ac Religionem defen-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

dendi ſtudio inviſæ huic aboliti
oppoſiturus eſſet, hinc Daniæ, S
& Angliæ Reges, necnon Fœd
Ordines, imo ipſam etiam Ruſſi
terpellabant, ut Regem Chriſti
mum in ſua vota inclinarent. E
vero hi Principes ſuas interpon
preces. Rex tamen Franciæ e
votis eo minus annuendum ce
quo exploratius habebat, quod P
ſtantes hac ipſa clauſulæ abroga
abutentes arma in ipſum conver
decreviſſent: Alia igitur adhib
erat machina; ut ergo manife
facerent, quantum ſecta damnum
hanc clauſulam fuiſſet perpeſſa, c
logum in vulgus ſparſere, in qu
bes, oppida & pagos mille trec
viginti tres recenſebant, in quibus
præfatam clauſulam ſimultaneum
ligionis exercitium fuiſſet introdu
Aſt hoc ipſo etiam artificio parum
ficiebant; ſaniores enim, ac Chri
næ tolerantiæ ſtudioſi cenſebant,
ſolemne ejusmodi pactum ſat be
cum illis geſtum fuiſſe, cum ut
que Religionis æqualitas, liberta
fuiſſet introducta, quam tame
poſt Weſtphalicæ pacis pactum Ca
licis nonniſi ægerrime in paucis
inviti conceſſiſſent. Ea ſane ratio
Clemens XII. ſummus Pontifex
ibus

ctores Catholicos atque inter eos Moguntinum, aliosque Imperii Principes paterne hortabatur, ut hanc clausulam in proxima pace salvam servari curarent, nec quicquam in rei Catholicæ præjudicium indulgerent illis, qui nec latum unguem in Catholicorum favorem a pace Westphalica recesserunt. Præcipue vero Pontifex Carolum Albertum Bavariæ Electorem, ut hujus clausulæ abrogationi totis viribus resisteret, his literis die octava vigesima Augusti animasse fertur: Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Dilecte Fili, Vir Nobilis, salutem & Apostolicam Benedictionem!

„Grave & crudele vulnus Catholicæ „dudum Religioni inflictum in Ratis„bonensi Conventu, ea lege abrogata, „quæ in IV. Pacis Riswic. articulo „nonnihil veteres illas injurias deliniе„rat, postquam rumore nuncio intel„leximus, Nobilitati tuæ detestabile „visum fuisse, Paterno Te sinu exce„pimus, tacite nobiscum gratulati, „æmulum Te repertum avorum Tuæ „pietatis, qui grassanti primum per „Germaniam hæresi frenum imponere „studuerunt.„

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„ In ſpem quoque priſtini jur-
„ cuperandi exarſimus, rati, quot
„ plures in eodem Conventu a
„ fidei veritate non aberrant, in
„ ipſorum animis virtutem exempl
„ denique excitaturos, quæ recen
„ taſſe rerum diſcrimine repentin
„ tumultu non parum obtorpuiſſe,
„ gumentum dederat.„

„ Verum, cum ipſa nos tam
„ fruſtretur ſpes, & vulnus viſce
„ adhuc hæreat, ſuſtinere non p
„ mus diutius dolorem noſtrum,
„ mæſtiſſimas querelas emittat,
„ neatque, quicquid eſt Catholic
„ minis, ut ad opem ferendam
„ gat, nec patiatur, pluris iſthic
„ heterodoxorum calliditatem,
„ exorbarunt olim Veſtri Conſilii im
„ nitates, acerrime tuentur, quam
„ Potentiſſimorum Principum, Ep
„ porum, Procerumque pietatem,
„ tamen in veſtro gentis conſilio
„ mas agunt.„

„ Ad id facinus adeo glorioſum
„ imprimis, dilecte Filii! Nobilis
„ inclamamus, quem iſthuc,
„ momento virtutis propendere
„ ſpicimus. Audi in terris ſupre
„ Paſtoris vocem & quibus plurim
„ potes authoritate Conſilioque enite
„ contende, incumbe, ut huic vulne
„ me-

„medicina fiat, neve posteris exem- Sæc. XVIII.
„plum nimis funestum præbeatur, po- A. C. 1734.
„tuisse hæretica infectos lue, vestræ
„fortissimæ nationis Catholicis eri-
„pere jus æquitate partum, fœdere
„sancitum, usu corroboratum, quare ut
„ipse eximia singularique excellis glo-
„ria, Apostolicam benedictionem Tibi
„peramanter impertimur.„

Postquam igitur tam Franciæ Rex, quam etiam ex Principibus Catholicis nonnulli celebrem clausulam Risvicensem nullatenus abrogari concesserant, durior effecta est factæ petitionis conditio: Ipse etiam Imperator, cum eum quidam haud obscure insimulare viderentur, perinde acsi in eo privatum pragmaticæ sanctionis commodum Religionis tuendæ studio prævaluisset, hac calumnia offensus, post initam cum Gallis pacem segnius rem urgebat. Id ubi animadverterant Protestantes, importunius instabant, ut præscripta abolitionis formula instrumento Viennensis pacis insereretur. Attamen Religiosissimus Imperator eis respondit, requisitum esse ab eis, imo & ab ipso Cæsare, Galliarum Regem, ut hanc clausulam revocaret, aut hunc nec olim Ultrajecti, nec nunc ad id induci potuisse, nec ullo etiam pacto cogi posse, ut clausula duobus solemnibus pacis

Instru-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Instrumentis, consentientibus ipsis testantibus, stabilita nunc ad partis voluntatem eraderetur; igitur objici non posse, quod stantes non obtineant id, quos salva fide publica & pactorum tate præstari non posset; nec ex parte Catholica ab eis peti, ut ipsorum favorem nimis ampla Westphalica fuissent statuta, rentur, vicissim ergo parem quæ Catholicis favent, ac firmitatem esse patiantur; enim æquum fore, ut ipsi aut negent, quæ sibi concedi vellent abrogari non paterentur; ceterum cis fœdus cum Francia initum, nullius offensam pertinere, sed ad totius Europæ quietem esse tum: Atque hinc optari, ut ii cipes, qui ob memoratam sæpius fulam Imperatorem tam impor motibus interpellarunt, remoti impedimentis ad hunc finem obtinendum pari Zelo suam operam, viresque conferrent, nec dissensionum fomite caro emptam quillitatem interturbarent; Imperii felicitatem, securitatem verti in sincera membrorum tam inter se, quam cum suo ad hanc ergo unionem tam

dam, quam conſervandam omnia col- Sæc. XVIII.
limare Cæſaris conſilia: Accepto hoc A. C. 1734.
reſponſo, ac rite penetrata Imperatoris mente Acatholici haud ultra ſperare poterant, ſalutarem hanc clauſulam in definitivo Viennenſis pacis cum Gallia firmatæ tractatu deletum iri: Permanſit igitur hæc in priſtino ſuo vigore in hanc usque diem, nec unquam abrogabitur, niſi hi viciſſim ea omnia, quæ per fœdera ipſis propitia fuere ablata Catholicis, eis reſtituant.

§. XXI.

Cæſarea belli declaratio per Italiam contra Gallos, eorumque Fœderatos.

Non eadem ſucceſſus felicitate, qua Clemens Papa Principes Catholicos ad hujus clauſulæ indemnitatem permoverat, Principes belligerantes a cruenti belli conſiliis abſterreri poterant; poſtquam enim Imperii Principes arma in Gallos convertere decreverant, Carolus Imperator publico, ut vocant, *manifeſto* die decima tertia Martii hoc anno Galliarum Regi, & Sabaudiæ Duci bellum denuntiabat: Erat hæc declaratio his concepta verbis:

„Nos Carolus ſextus Divina favente „clementia Electus Romanorum Impera-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„ perator &c. Notum teſtatumq
„ cimus tenore præſentium univ
„ quod poſtquam ſumma Decreti
„ Cæſarei, quo apud generalia I
„ comitia, ſub auſpiciis Noſtris
„ *bonæ* legitime congregata pro
„ na, eaque continua Noſtra in
„ publicam, & Univerſum ſacrum
„ manum Imperium cura & ſol
„ dine dicti Imperii Electores, P
„ pes, Status, ac ordines de ip
„ petulantibus perfidisque auſibus
„ imo vi & armis Nobis ſacroq
„ mano Imperio in Germanis I
„ *oris* & Provinciis per *Regem G*
„ & *Regem Sardiniæ*, *ac Ducem*
„ *diæ* jam tum attentatis & illa
„ quarta Novembris anni proxi
„ perioris per *Commiſſionem Noſtr*
„ *ſarcum* certiores publice fieri
„ mus, maturo per ſpectatos eor
„ in Comitiis Conſiliarios, Lega
„ Nuntios conſilio ponderata, in
„ compertum fuit, a dicto *Gallia*
„ *ac Corona* ſancitas cum Nobis
„ Sacro Romano Imperio die
„ Septembris anni milleſimi ſep
„ teſimi decimi quarti *Badæ* in
„ Pacis leges per malevolam
„ Gallicorum in indubias cis
„ ſacri Imperii ditiones die
„ quarta Octobris anni nuperi

„irruptionem, *hostilemque Imperialis For-* Sæc. XVIII.
„*talitii Kehl expugnationem*, ex quadam A. C. 1734.
„a negotio *Electionis Regis Poloniæ* tam
„inaniter mutuata, quam notorie fri-
„vola causſa, iterata vice non solum
„violenter infractas, tot fideles Im-
„perii ordines, horumque territoria,
„ac subditos, ingentibus extorsis *Ex-*
„*actionibus ac Contributionibus graviter*
„*oneratos*, denique sub ipsa iperatæ
„continuæ pacis umbra inique deva-
„statos: sed & simili dolo, multoque
„durioribus violentiis Imperiales in
„Italia Provincias uno quasi ictu ob-
„rutas & oppressas fuisse.„

„Regem vero *Sardiniæ* qua *Ducem*
„*Sabaudiæ* Gallicis illecebris inescatum,
„ac seductum, modo vix unquam au-
„dito, illo ipso tempore, quo *is solemne*
„*fidelitatis & homagii ligii jusjurandum*
„intuitu Imperialis Investituræ de va-
„stis suis Nobis & Sacro Imperio feu-
„dalibus Ducatibus, Principatibus,
„Terris & possessionibus, aliisque be-
„neficiis per sæculum propemodum o-
„missæ a Nobis nunc ipsi benigne col-
„latæ Deo omnipotenti, Nobis, &
„Sacro Imperio publice præstitit, in
„*Deum blasphemum & perjurum* atque in
„Nos *sacrumque Romanum Imperium per-*
„*duellem, ac Rebellem*, contra idem jus-
„jurandum hostile fœdus palam inire,

„quin

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„ quin & Nobis bellum denunciaru
„ ſum fuiſſe, porro armis viribu
„ ſuis cum Gallicis conjunctis occ
„ tionem præcipui Nobis & Sacro
„ perio aperto jure feudalis *Du*
„ *Mediolanenſis* una cum ſuis & alio
„ *ſacri Romani Imperii* Principum vi
„ lorum, ac ſubditorum oppidis &
„ pugnaculis pacifraga & perjura
„ ptione adjuviſſe, ac promoviſſe.

„ Inſuper etiam patere inſinua
„ *Electoris Moguntini Dilectioni* ut
„ ſacri Imperii per Germaniam
„ cancellario cæterisque Electori
„ Principibus, ac ordinibus per
„ *cum Moguntiæ Miniſtrum N. Blon*
„ clarationes, quam cavillantem
„ probrium & contemptum Natio
„ Germanicæ tam potentibus,
„ illuſtribus Imperii ordinibus co
„ cuæ, quamque ſubdolum eos a
„ ceu ſupremo Capite alienandi
„ oſtendant. „

„ Miſſis interea temporis quibus
„ de exercitu Noſtro agminibus
„ rarum, ubi vis inimica vicinior
„ batur, in ſecuritatem & tuitio
„ eorum Imperii Circulorum,
„ dinum, qui innoxii, periculo
„ nenti proxime expoſiti erant,
„ *cum Exercitum arrepto ultra Rhe*
„ reditu ſibi quidem proſpexiſſe:

Sæc.XVIII. A. C. 1734.

„Ex prædictis vero cauſſis, & quod „*Corona Gallica* adverſus *Monaſterien-* „*ſem*, *Osnabrugenſem*, *Neomagienſem*, „*Risvicenſem*, *Badenſem Pacis Tracta-* „*tus* tot inimicas violationes, præfa- „tasque retentiones tot amplarum ter- „rarum ac jurium, quæ reſtituere „ſancte promiſerat, neſande patraverit, „nunc vero, nulla plane legitima „cauſſa, laceſſita in *Sacrum Imperium* „irruerit, ejusdem Terras & Incolas „hoſtiliter obruerit, ac paciſrage oc- „cupaverit, ſæpe fati Electores, Prin- „cipes & ordines Imperii rependendo „Nobis humillimas gratias tum pro „Paterna Noſtra cura ac ſollicitudine, „quam præſente tanto periculo ad con- „ſervandam Sacro Imperio dignitatem, „libertatem, & prærogativas continuo „impendimus, tum pro communicato „Noſtro Cæſareo nutu, & capto juſtæ „vindictæ propoſito, provideque præ- „miſſis adverſus tam inopinatam ac „nefandam Pacis violationem auſpi- „ciis, laudabili, & ex genuino ſuo in „Patriam & Nos amore, ac Zelo e- „manato *Imperii Concluſo* die vigeſima „ſexta Februarii nuperi perſpicaciter „rimati ſunt, ſtantibus tot inſidiis, & „hoſtilibus factis non eſſe in præſen- „tiarum diſceptandum, de cauſſa belli, „ſed ſuper jure defenſionis, & vin-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„dicta tot injuriarum sumenda, „de conservanda sacri Imperii au„tate, & libertate consultandi „riam, indeque in eam collerum „tentiam, ut *Rex Galliæ*, prout „*Sardiniæ* qua *Dux Sabaudiæ* hu„que fœderati & socii, & quicu„adhærentes, nullius habito „mine, Nostri, & sacri Impe„stes reputandi, justum etiam „& ejusdem sacri Imperii no„contra ipsos bellum decernendum „clarandum, ac per *Sacrum Ro„Imperium, & Italiam* publican„Consequenter lacessita omnino „hostilium attentatorum, ac in„num vindicta nunc Nostro & „Imperii nomine, omni meliori m„& forma pro communi in Impe„bello ab omnibus habenda, N„omniumque sit, conjunctis, is„Deo impertitis potentibus vi„exemplo plurimorum Electorum „Principum, præsertim vero C„deratorum quinque Superiorum „perii circulorum, qui ex genu„Germanam Rempublicam, „triam, earumque conservation„more vires suas hostili torren„jam obices potissimum oppo„juxta Constitutiones Imperii ea„que Executionis ordinem, unita

„Noſtra quam fortiſſime in præſenta- Sæc. XVIII.
„neum periculum obvertere, omnique A. C. 1734.
„ope & opera fideliter repellere, ac
„alia plura Nobis ſano conſilio ſug-
„geſta remedia, ex plenitudine pote-
„ſtatis Noſtræ opportune, pro fuſiore
„prædicti Concluſi tenore opponere.„

„Nos igitur omnia ea, quæ Electo-
„res, Principes, Status ac ordines
„ſacri Romani Imperii ita conſtanter,
„cordate & laudabiliter deliberarunt,
„concluſerunt, ac fidelibus ſuis ſuf-
„fragiis Nos rogarunt ex parte Noſtra
„per aliud *Decretum Cæſareum* die de-
„cima hujus Martii ad *Comitia Ratis-*
„*bonenſia* datum benigne rata, grata-
„que habuerimus, & decreverimus
„pro ſupremi muneris Noſtri ratione,
„& authoritatis plenitudine omnia &
„ſingula executioni mandare, atque
„pro præſenti & futura ſacri Imperii
„ſecuritate & ſalute, ejusdemque ju-
„rium & prærogativarum conſervatione
„unacum ſæpe fatis Electoribus, Prin-
„cipibus, Statibus, ac Ordinibus om-
„nes vires fortiter intendere, firma in
„Deum Omnipotentem ac Dominum
„Dominantium fiducia freti, fore, ut
„*Ultrix injuſti Divina Manus vindicet*
„*atrociſſimam injuriam ac pacifraga &*
„*perjura molimina, quæ Reges Galliæ ac*
„*Sardiniæ, & Dux Sabaudiæ*, horum-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„que colligati & Adhærentes in
„ſtris ac ſacri Romani Imperii Fi
„nicis & *Italicis* Provinciis proc
„ulla legitimæ cauſſæ ſpecie me
„tur, ideoque militante pro Nobis
„juſtitia Noſtra ſacri Imperii, &
„fœderatorum Noſtrorum Arma
„corroboret, quo tot perfractis
„lentiis, unde Europæ tranquil
„adverſus ſancte concluſas Pacifica
„nes & pacta ſolemnia toties tur
„noſcitur, tandem obex & meta
„figatur, ac omnia eum in ſtatum
„ducantur, quo non tantum Nos
„imperium Sacrum, ſed & tota
„ropa perpetua pace & quiete u
„frui valeamus. Quapropter deci
„mus & publicamus.„

Primo: „Vigore harum Noſtrar
„Patentium ex certa Noſtra ſcien
„animo bene deliberato, ac de C
„*reæ Noſtræ* poteſtatis & autho
„plenitudine *Regem Galliæ*, ut &
„*gem Sardiniæ ac Ducem Sabaudiæ*,
„rumque fautores, ſocios, &
„rentes, prout & eorum Bellic
„Officiales, Milites, & ſubdito
„quam communes Noſtros & ſac
„perii hoſtes, quodque extortu
„bis *bellum amodo pro univerſali*
„*moque in imperio bello reputari*, &
„id feliciter proſequendum omn

„ſinguli Noſtri ſacrique Imperii fideles Sæc. XVIII.
„Status, Vaſalli, Clientes, & ſubditi, A. C. 1734.
„cujuscumque ſtatus, gradus, ordinis,
„conditionis, dignitatis, & præemi-
„nentiæ exiſtant, arma arripere, con-
„junctisque ſuis a Deo Nobis & Sacro
„Imperio ſibi impertitis viribus, quas
„comitante Divinæ juſtitiæ auxilio ad
„propulſandum præſentiſſimum peri-
„culum omnino pares & felices con-
„fidenter ſperamus, ad normam Con-
„ſtitutionum & *legum Imperialium*, ha-
„rumque exequendarum ordinem No-
„bis, ſuccurrere *prædictis hoſtibus*, *nullo*
„*modo adeſſe*, aut eos quocumque ſub
„prætexu *directe vel indirecte juvare*,
„multo minus eisdem hoſpitium, mili-
„tem, equos, arma, commeatum,
„pecuniam aut alia quæcumque bel-
„lici apparatus media ſuppeditare, ſed
„potius execrabiles eorum conatus
„omni meliori modo cohibere, anni-
„hilare, denique eos ita perſequi, &
„fugare debeant, ut pro communi
„dictorum Noſtrorum & ſacri Romani
„Imperii Statuum & Vaſallorum eo-
„rumque ſubditorum ſalute & quiete,
„avulſæ ab Imperio Provinciæ recu-
„perentur, ac in priſtinum ſplendorem,
„juxta Conſtitutiones Imperii ac re-
„cenſitos in memorato Imperii con-
„cluſo Pacis Tractatus in Eccleſiaſti-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„cis, & Politicis reſtituantur, „Imperii incolumitas, dignitas, „bertas vindicetur, juſtiſſima „Cæſarea eaque Paterna propoſi „tam metam attingant, ac „hoſtes ad debitam ſatisfactio „tione illatarum atrociſſimarum „riarum & damnorum, necnon „dationem ſive garantiam fr „impoſterum & ſecuritatis pro „ſalute adigantur, denique „omnibus honeſta, ac conſtans „glorioſe tandem comparetur, „inde publica Imperii totius „ropæ tranquillitas adverſus „tos vicinos tuto ſuffulta ſperari

Secundo: „Volumus, decer „& ſtatuimus, ut omnes & „Noſtri ſacrique Imperii fideles „ſalli, Clientes & ſubditi, ac „licumque vinculo Nobis, & „Romano Imperio innexi vel „incolatus jure gaudentes, cu „que dignitatis, ſtatus, gradus „conditionis ſint, qui apud „*Reges*, *declaratos* modo *Noſtros* „*Imperii hoſtes*, eorumque „ſocios, aut quocumque mo „rentes vel toga vel ſago aliaque „ſtipendia merentur, aut „eorum territoriis morantur, „matione harum *Noſtrarum*

„ iisdem non solum mox renuncient Sæc. XVIII.
„ atque ad patrios lares in Sacrum Im- A.C. 1734.
„ perium vel hæreditarias Nostras Pro-
„ vincias redeant, sed ne deinceps du-
„ rante hoc bello, ulli alteri, quam
„ Nobis, Sacro Imperio, ac Patriæ suæ,
„ aut denique iis tantum confœderatis,
„ qui Nobis in declarato hoc bello au-
„ xiliatrices manus reipsa præstituri
„ sunt, operas suas qualescumque lo-
„ cent, quin potius omnibus servitiis
„ & auxiliis declarato nunc communi
„ hosti navandis omnino abstineant. „

Tertio: Inhibemus & vetamus omne
„ neutrarum partium studium aut si-
„ mulationem, vulgo *neutralitatem*, li-
„ terarum etiam, & quarumcumque
„ mercium ex lana, serico, argento,
„ vel auro, aut aliis materiis cujus-
„ cumque generis factarum commer-
„ cium cum Gallicis & Sabaudicis pro-
„ vinciis hucusque usitatum; item di-
„ rectam & indirectam vinorum, &
„ quorumvis poculentorum, esculento-
„ rum, ac fructuum ex prædictis pro-
„ vinciis in Sacrum Imperium invectio-
„ nem, porro *mutuum* in hostiles terras
„ cambiorum negotium, & generaliter
„ omnem immediatam & mediatam cum
„ iisdem communicationem adeo, ut
„ & omnes nati Galli, Sardi & Sabaudi,
„ aliæque suspectæ personæ e finibus

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„ Imperii omnino exulare. omnes
„ liæ ac Sabaudiæ merces in com
„ sum cadere, ac Fisco cedere deb
„ huncque in finem in *Telomiis*, ac
„ per cujusvis loci Magistratum de
„ sedulo inquirendum, & procede
„ sit, prout isthæc Nostra & glori
„ morum Prædecessorum Nostr
„ hujusmodi jussa & mandata id
„ rius continent; præprimis vero,

Quarto: „ Omnes & singuli
„ & sacri Romani Imperii Elect
„ Principes, Status, Vasalli ac sub
„ eorumque Præsules aut Dynast
„ jurisdictionis Territorialis Præ
„ aliique omni cura præcaveant ac
„ curent, ne *triticum*, *farina*, equ
„ *jumentorum*, aliorumque ge
„ pecora, aut etiam *arma*, *pulvis*,
„ *bum*, *sulphur*, *nitrum*, vel aliæ
„ paratum bellicum necessariæ spec
„ aut merces extra Imperium,
„ citra expressam licentiam nec in
„ Provincias, quæ neutri belligeran
„ tium adhærent, ullo modo exp
„ tur. Porro etiam &

Quinto: „ Nullus *Gallorum*, Sab
„ *rum*, *aut Sabaudorum*, cujuscu
„ sexus aut Status *Ecclesiastici* vel
„ *cularis*, in Canonicorum Colleg
„ vel monasteria, aut Communit
„ vel Tribus deinceps recipiatur,

„in Domesticum vel famulum condu- Sæc. XVIII.
„catur: recepti autem vel conducti sub A. C. 1734.
„reatu pœnæ dimoveantur; exceptis
„tamen iis Ecclesiasticis, de quorum
„in Nos devotione illorum Episcopi,
„Prælati, ac superiores certi essent,
„& fidem dare vellent, quod iidem
„nihil in præjudicium Nostrarum &
„sacri Imperii rationum, literis vel
„alio modo acturi sint: inter sæculares
„quoque eximantur ii, qui multis
„jam ab annis domicilium in Imperio
„fixerunt, aut religionis caussa *ex*
„*Gallia*, *Sabaudia*, *vel Pedemontio* e-
„migrarunt, incolatumque apud quos-
„dam Imperii ordines. præstito etiam
„homagio nacti fuerunt, & de cætero
„præsenti & illis Imperii legibus ob-
„temperare accedente Superiorum con-
„sensu mallent. Pariter

Sexto: „Nulli Nostrorum ac sacri
„Romani Imperii Vasallorum ac sub-
„ditorum, quisquis ille sit, liceat sub
„quocumque prætextu in *Galliam* vel
„hostiles terras *iter facere*, & quemad-
„modum.„

Septimo: „Illæ exteræ Potentiæ,
„vel etiam illi Electores, Principes,
„Status aut Ordines Imperii, qui præ-
„sente bello eo devenirent, ut vel treu-
„garum, vel minuendarum virium No-
„strarum vel progressuum impedien-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„dorum cauſſa, vel ex aliis quibus
„aliunde deſumptis rationibus quo
„dam Imperii Electorem, Princip
„Statum, aut Ordinem, horum
„aut etiam confœderatorum terri
„& ſubditos hoſtiliter invaderet
„turbarent, ſimiliter ut Noſtri &
„Imperii hoſtes reputentur, & de
„rentur, ita &

Octavo: Ille Status, aut quisc
„que alius demum foret, qui as
„mis contra *Regem Galliæ*, *Regem*
„*diniæ*, *Ducemque Sabaudiæ* ac hor
„fautores, ſocios, & adhærentes
„ripiendis, abſtineret, aut Noſt
„Imperio *ſervitia militaria* juxta
„culam Imperii debita recuſaret
„ſtesque vel eorum Socios admitt
„litum conſcriptione, equorum
„ptione, & abductione, annona,
„que bellico apparatu quocumque
„mum modo clam vel palam jun
„tamdiu *Noſter & Imperii hoſtis*
„ſeatur, donec impetrata a Noſt
„Imperio culpæ venia obligationis
„debitum præſtiterit; interea
„Imperii Vaſallorum, aut ſubdi
„apud talem ſtipendia mereatur
„protinus eundem derelinquat, &
„Noſtris aut confœderatorum
„pro Patria militet: Non minus

Nono: „In eo etiam casu, quo unus „vel alter hostium potentia non impe„ditus ex Imperii Ordinibus Membrum, „civis aut subditus ad tenorem harum „*Patentium* aliorumque Imperii reces„suum in debita pro Imperio & Patria „præstatione tergiversarentur, vel vero „cum *Corona Galliæ*, ejusve affectis „de media via tenenda pacisci jamjam „cogitarent, vel deinceps cogitaturi „essent, contra hunc vel hos omnium „& singulorum a Nobis & Sacro Im„perio dependentium *feudorum*, *benefi„ciorum*, ac aliorum quorumvis tam „Ecclesiasticorum, quam Sæcularium „bonorum privatio decernatur, & juxta „modum & executionis ordinem super „Imperialibus Constitutionibus ac de „communis juris rigore procedatur. „Tandem

Decimo: „Omnes & singuli, qui „præsentibus *belli declaratoriis*, cete„risque Nostris Cæsareis ordinationi„bus, & jussis temerario quodam ausu „contravenire haud abhorrerent, ex „arbitrio, aut pro casus exigentia, & „delicti enormitate, vel privationem „omnium & singulorum tam feuda„lium, quam allodialium, ac hæredi„tariorum bonorum, & pertinentia„rum, jurium etiam facultatum, of„ficiorum, dignitatum, honorum, „gra-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„ graduum, & famæ, vel in mani
„ delicto deprehensi, capitalem pœ
„ contra absentes temerarios perfr
„ res etiam in imagine exequen
„ tanquam contemptores ac Patriæ
„ ditores reique *criminis læsæ Maj*
„ *perduellionis*, *feloniæ*, & *inobed*
„ severissime luant, ipsisque ac e
„ descendentibus, utriusque sexus
„ men, cognomen, honoris præ
„ tum, gentilitia, vel noviter acq
„ armorum insignia, dignitatum,
„ nobilitatis prærogativæ, jus
„ in comitiis, ac aliis ordinum &
„ bilium Conventibus ac Collegiis
„ crique Imperii Civitatis omnino
„ mantur, denique in genere & s
„ *infames & a Sacro Imperio prorsus*
„ *scripti*, vulgo *banditi* declarentur,
„ imo sancitum a cujusque loci
„ stratu in eos supplicium per to
„ Romanum Imperium judicetur
„ timum, ac pro modo requisito
„ que terrarum executioni mande

„ Quapropter universis & sin
„ Nostris & sacri Romani Imperii
„ ctoribus & Principibus Eccles
„ & sæcularibus Archiepiscopis,
„ scopis, Abbatibus, Ducibus,
„ chionibus, Prælatis, Comitibus,
„ ronibus, Militibus, Nobilibus, C
„ tibus, Magistratibus, Antianis,

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„xilliferis, Poteſtatibus, Civium Ma„giſtris, Conſulibus, Communitati„bus, ac omnibus denique Noſtris & „ſacri Imperii Regnorumque, & Do„minorum Noſtrorum hæreditariorum „ſubditis & fidelibus dilectis, cujus„cumque ſtatus, gradus, ordinis, con„ditionis, dignitatis, aut præeminen„tiæ exiſtant, de Cæſareæ Noſtræ po„teſtatis, & authoritatis plenitudine „ſerio mandamus, & præcipimus, ut „pro eo quod Nobis jurant, fidelitatis, „& homagii juramentum, proque eo, „quo Nobis, qua *Romanorum Impera„tori* tenentur obedientiæ vinculo, nec „non ſub periculo, & pœna incurrendi „privationem omnium beneficiorum, „immunitatum, & privilegiorum, quæ „a Nobis & Sacro Imperio, aut a„liunde habent, hanc *Noſtram belli „declarationem*, publicationem, inter„dicta, mandata, & juſſa in omnibus, „punctis, articulis & clauſulis firmiter „obſervent, defendant, & manute„neant, eamque in omnibus ſuis di„tionibus, territoriis, & pertinentiis „ubivis locorum per ſuos locumtenen„tes, vice Dominos, Conſiliarios, Ju„dices & quoscumque alios eorum no„mine jus & juſtitiam adminiſtrantes, „citra moram, publicari, conſervari, „defendi, & manuteneri faciant, ne„que

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„que eidem ullo modo clam vel
„lam contraveniri ſinant, in quam
„graviſſimam *Noſtram & ſacri Ro*
„*Imperii indignationem* & ſupradic
„amiſſionis aliasque in receſſibus
„perii Pacisque publicæ Conſtitu
„nibus in temerarios hujusmodi tra
„greſſores ſtatutas *pœnas irremiſſe*
„*luendas* evitare maluerint.„

§. XXII.

Caroli V. Imp. edictum ad Ita Principes ac Nobiles.

Facta hac belli declaratione Imp
tor Vienna die vigeſima Martii
ſingulos Italiæ Principes, Nobiles
Vaſallos ſequens transmiſit edictum

„Nos Carolus &c. Notum ex
„ratumque eſt Dilectionibus veſtris
„Vobis jam eſt, quibusnam innixi
„tionibus juſtiſſimum Noſtrum con
„pacifragos, perfidosque hoſtes, R
„ges Galliæ, & *Sardiniæ*, ac Ita
„*Sabaudiæ*, horumque Fautores, &
„cios, & Adhærentes, & *totius*
„*perium bellum* per patentes Noſtras
„teras de decima tertia hujus menſ
„declarari & publicari fecerimus.
„Confidimus proinde neminem
„dem ex Dilectionibus Veſtris a Vob
„& a pietate adeo alienum, aut dem

„ Nobis fidei & devotionis ſuæ ita im- Sæc. XVIII.
„ memorem fore, ut tam *nefandæ, per-* A. C. 1734.
„ *fidæ*, ac *perjuræ* hujus pacis *infractio-*
„ *nis*, *& rebellionis*, quæque inde flu-
„ xere, ac fluere poſſunt, criminum
„ participem ſe reddere, aut infenſis
„ hoſtium conatibus, in perfractam ani-
„ morum a Nobis alienationem, rui-
„ namque & deſolationem Patriæ unice
„ vergetibus, *ullum adminiculum*, *vel*
„ *auxilium* præbere velit, quin imo No-
„ bis pollicemur, quemvis veſtrum il-
„ licitam quamlibet cum dictis hoſtibus
„ communionem, prout & ſtipendia,
„ quæ aliqui forſan quovis prætextu aut
„ ſtudio, aut officio ab iis merentur,
„ mox ſua potius ſponte abhorrere, &
„ renuere.„

„ Ne tamen pro ratione ſuffragio-
„ rum, quibus Noſtri ſacrique Imperii
„ Electores, Principes, Status, ac Or-
„ dines Nos porro rogarunt, Imperia-
„ lis Noſtræ ſollicitudinis partibus
„ deeſſe videamur.„

„ Hinc eſt, quod de *Cæſareæ No-*
„ *ſtræ* poteſtatis & authoritatis pleni-
„ tudine, Dilectiones Veſtras & Vos
„ benigne & ſerio monemus, atque ſub
„ graviſſima Noſtra & ſacri Imperii
„ indignatione, ac pœna amittendo-
„ rum feudorum, & quorumcumque a
„ Nobis & Sacro Romano Imperio

„ ejus-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„ejusdem ac Vobis concessorum
„legiorum, jurium & gratiarum,
„non proscriptionis, vulgo ban
„*rebanni*; districte inhibendo, ma
„mus, ne quis Vestrum, cujus
„que ille status, gradus, condi
„dignitatis, aut præeminentiæ e
„rit, qui *Romano Imperio* qualicu
„vinculo innexus est, atque ejus
„honoribus & prærogativis gau
„ex quo ei hæc Nostra voluntas,
„ex originalibus Nostris literis,
„ex earum transumptis (quibus
„fidem adhiberi volumus) aut
„perspecta fuerit, sæpe dictis
„*& sacri Imperii declaratis hostibus*
„amplius operam navet, aut toga
„sago a consiliis vel servitiis sit,
„auxilia ulla submittat, sed subs
„protinus revocet, stipendiis, si
„ea ex Vobis, apud eosdem, e
„que Socios, vel Adhærentes
„*Equestribus, aut Pedestribus* signis
„alias meretur, mox renunciet,
„etiam deinceps ab iis se condem
„ciat, neve milite, pecunia, a
„cujuscumque generis armis,
„meatu, transitu, statione, au
„quovis modo iniquissima eorum
„limina, & conatus adjuvet, ne
„citos cum illis tractatus in Nos
„& sacri Imperii præjudicium

„ multo minus ſponte, vel dictorum Sæc.XVIII.
„ *Europæ Turbatorum* incitamento vel A.C. 1734.
„ adhortatu, Regna & Provincias No-
„ ſtras hæreditarias, ſive fideles *No-*
„ *ſtros & Imperii Vaſallos & Feudatarios,*
„ *Fœderatosve in vel extra Imperium*, ſub
„ ullo prætextu armis infeſtet, contra
„ Nos vel illos hoſtilia machinetur,
„ aut talium moliminum ſuſpicionem
„ præbeat, vel alia quæcumque atten-
„ tare præſumat. „

„ Dilectiones Veſtras & Vos inſu-
„ per benevole, benigneque hortantes,
„ ut ſi qui forſitan ex earundem & Ve-
„ ſtris filiis Conſanguineis, Clientibus,
„ Vaſallis & Subditis apud ſæpe dictos
„ declaratos Noſtros & Imperii hoſtes,
„ eorumque fautores, ſocios, & ad-
„ hærentes, aut eos etiam, qui Nobis
„ & Imperio, ejusque Membris, Va-
„ ſallis & Fœderatis adverſari velint,
„ militarent, aut alia ratione iis præſto
„ eſſent, eos non tantum ſub ſpe gra-
„ tiæ ac veniæ Noſtræ Cæſareæ, alte-
„ riusque ſui promotionis, ſed & ſub
„ communicatione graviſſimarum pœ-
„ narum, reſpective amiſſionis bono-
„ rum, feudalium & allodialium, ju-
„ rium, honorum, beneficiorum, gra-
„ duum, privilegiorum, municipii, fa-
„ mæ & vitæ, inde *avocetis*, & contra
„ refractarios confeſtim ſevere proce-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„datis; decet enim Vos vires &
„ram Veſtram juſtæ potius cauſ
„in defenſionem Imperii & Patr
„lacriter impendere, & Dilect
„Veſtræ & Vos exequendo hau
„ſtram voluntatem, de Nobis, S
„Romano Imperio, Patria, ac un
„Republica Chriſtiana præclare m
„bimini. „

„Quod ſi autem, quiscumqu
„ſit, contra expectationem & er
„ſam hancce Noſtram & totius Ro
„Imperii Sanctionem, ſub præ
„præſtiti forſan juramenti (quod
„contra Nos & Sacrum Imperiu
„ſe aliunde nullum, & nullius o
„tionis eſt, illudque pro tali ex
„tudine poteſtatis Noſtræ Cæſarea
„declaramus & irritum dicimus)
„alio emendicato titulo, aut te
„rio auſu injuſtiſſima dictorum ho
„eorumque ſociorum & adhæren
„molimina fovere, aut iisdem
„modo opem ferre, ac quibus
„mum Noſtris & Fœderatorum
„ſtrorum adverſariis, vel contra
„aut unum vel omnes Nobiſcum
„tientes ſacri Romani Imperii
„res, Principes, Status, Ordin
„liosve Vaſallos & Fœderatos
„patrare, ſeu moliri deprehen
„rit, is omnibus, quæ a Nobis

„dem Sacro Romano Imperio poſſidet, Sæc. XVIII.
„*beneficiis, juribus & privilegiis ſe noverit* A. C. 1734.
„irremiſſibiliter privandum, & a *Fiſco*
„*Noſtro* Imperiali contra eum ſine mora
„procedendum, aliisque ſupra recen-
„ſitis, in tales refragatores, præſen-
„tes vel abſentes, tanquam *Rebelles &*
„*proditores Patriæ, ſancitis læſæ Maje-*
„*ſtatis & perduellionis ac inobedientiæ pœ-*
„*nis* quam ſeveriſſime animadverſum
„iri.„

„Quod ut omnibus tanto magis
„manifeſtum fiat, neque ullus cauſſam
„ignorantiæ prætexere poſſit, a Di-
„lectionibus Veſtris, & Vobis benigne
„poſtulamus, ut has patentes Noſtras
„*literas avocatorias & inhibitorias*, re-
„ſpective in Territoriis & Diſtrictibus
„veſtris, publicari ac affigi curetis.„

Haud abſimile edictum promulgari juſſit die vigeſima ſecunda Martii ad omnes Italiæ ſubditos, quibus omne literarum, & negotiationis commercium cum hoſte interdixit: Hujus edicti tenor erat ſequens:

Nos Carolus &c. „Notum, teſta-
„tumque facimus tenore præſentium
„univerſis & ſingulis, quorum intereſt,
„aut quomodolibet intereſſe poteſt:
„Quod inhærendo *Cæſareis* Noſtris or-
„dinationibus, quas ob *juſtiſſimum* No-
„ſtrum & totius Imperii *bellum* contra

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„declaratos Noſtros *pacifragos*, qu
„*dos & perjuros hoſtes Reges Gallia*
„*Sardiniæ Ducemque Sabaudiæ*, eor
„*que Adhærentes*, Sequaces ac Fau
„res hactenus publicari fecimus, qu
„æquum, bonum, quin & neceſſari
„Nobis viſum ſit, etiam omne *Lib*
„*rum, mercium, cambiorum, & quor*
„*cumque negotiorum Commercium* Noſ
„*inter ſacrique Romani Imperii Teuton*
„*æque ac Italicas* & declaratorum h
„ſtium Provincias, ac terras, harum
„que incolas ſerio inhibere & veta
„& quamcumque directam vel ind
„rectam inter eos communicationem
„penitus reſcindere.„

„Quapropter Vobis omnibus & ſi
„gulis Noſtris ſacrique Romani Imper
„per *Italiam* fidelibus ac devotis ſub
„ditis & Incolis, cujuscumque Co
„ditionis, Ordinis aut Status exti
„ritis, aut quocumque nexu Nobis &
„Imperio obſtricti ſitis, vigore hujus
„Noſtrarum *Patentium Literarum* (quæ
„rum tranſumptis parem fidem adhi
„beri volumus) ſerio mandamus &
„præcipimus, ut pro eo, quo Noſ
„qua Romanorum Imperatori & S
„premo Domino, fidei devotionis, ob
„ſequii & ſubjectionis vinculo tene
„mini, & ſub *pœna amiſſionis omnium*
„*honorum, gratiarum, privilegiorum*
„libe

„libertatum municipii ac jurium quo- Sæc. XVIII.
„rumcumque, quibus a Nobis & Sacro A. C. 1734.
„Imperio im - vel mediate potimini,
„utimini, & fruimini, ab omni om-
„nino literarum, cambiorum merca-
„turæ, & cujuscumque generis nego-
„tiorum commercio, Societatibus, Con-
„tractibus, Conventionibus, Permu-
„tationibus, & qualicumque denique
„cum prædictorum declaratorum No-
„strorum & sacri Imperii hostium sub-
„ditis & Incolis, vel in eorundem ter-
„ras & Provincias antehac directe vel
„indirecte usitata communicatione,
„durante hoc bello & donec liberum
„commercium iterum restitutum fue-
„rit, penitus abstineatis & superse-
„deatis.„

„Mandamus insuper omnibus No-
„stris & sacri Romani Imperii per *Ita-*
„*liam* fidelibus dilectis Principibus,
„Ducibus, Marchionibus, Comitibus,
„Baronibus, Militibus, Nobilibus,
„aliisque Vasallis & Feudatariis, cu-
„juscumque Status, Gradus, Ordinis,
„Conditionis, Dignitatis aut præemi-
„nentiæ existant, ut *Cæsareas has Li-*
„*teras Nostras patentes inhibitorias* in
„suis respective territoriis & districti-
„bus pro cujuscumque notitia publi-
„cari & affigi, atque per se ac suos in
„Magistratu Constitutos, aut jus &

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„ juſtitiam nomine ſuperiorum ſuo
„ adminiſtrantes earum tenorem a
„ pleri, defendi & manuteneri, tr
„ rarios & refractarios transgre
„ vero pro delicti gravitate ſupra
„ pœnis, aliisque modis idoneis a
„ ges, & conſtitutiones Imperii
„ nino coerceri curent, in quantu
„ ipſi graviſſimam *Noſtram & ſacri*
„ *mani Imperii indignationem* evitare
„ luerint „

Biduo poſt cunctis per Italiam
ſallis prohibuit Imperator, ne hoſt
annonam, vel alia ſuppeditarent, tr
miſſo ad eos hoc diplomate:

„Notum manifeſtumque jam tu
„cimus per *Cæſaream Noſtram* un
„ſalis Imperii hoſtes, *Reges Gallia*
„*Sardiniæ Ducemque Sabaudiæ*, a
„rum Fautores, Socios, & adhæ
„tes *Belli Declarationem* die decima
„tia hujus Martii, necnon *Patentes*
„*ſtras* literas quorumcumque
„rum, & ſacri Imperii Vaſallorum
„Subditorum ſub dictorum hoſtium
„gnis militantium, aut alias
„tium, avocatorias die vigeſima
„quanta cura & ſollicitudine
„Nobis nuper ab Electoribus,
„cipibus, Statibus, & Ordinibus
„*Comitiis imperialibus Ratisbonæ*
„gatis fideliſſima Conſilia execut

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„mandare desideremus: Ne autem quod-
„dam ex iisdem, ac pro communi Pa-
„triæ omniumque bonorum salute quid-
„quam omissum remaneat, summopere
„etiam necesse duximus cujuscumque
„generis annonæ, vel bellici appara-
„tus coemptionem & evectionem me-
„moratis hostibus in *Nostris & sacri*
„*Imperii Teutonicis & Italicis Oris &*
„*Provinciis* subito pro- & cohibere, fa-
„cile enim noscitur devastantes eorum
„vires per ejusmodi suppeditationem,
„in præsentissimum Nostrum & sacri
„Romani Imperii, Nostrorumque Fœ-
„deratorum damnum & detrimentum,
„admodum suffulciri.„

„Hinc vigore harum *Patentium No-*
„*strarum Literarum* (quarum transum-
„ptis eandem fidem adhiberi volumus)
„& ex plenitudine potestatis atque au-
„thoritatis Nostræ Cæsareæ, Dilectio-
„nes Vestras & Vos benevole clemen-
„terque monentes & adhortantes, ab
„eisdem & vobis postulamus, ut præ-
„fatis declaratis Nostris & sacri Ro-
„mani Imperii hostibus in omnibus &
„singulis Vestris Provinciis, Terris &
„districtibus non tantum cujuscumque
„generis annonæ, & pabuli, sed &
„omnium rerum, quæ ad Bellicum
„apparatum quoquo modo pertinere no-
„scuntur, coemptionem, & evectio-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„nem diſtricte prohibeatis, &
„diatis, multo minus eadem ac
„metipſi iisdem talia directe vel
„recte ſuppeditetis, venundetis,
„cetis, apportetis, aut adve
„vel ab aliis id fieri curetis, qui
„tius Nobis & Militi Noſtro h
„modi reſidua annona, pabul
„bellico apparatu erga refuſionem
„pretii, in Patriæ defenſionem q
„tocyus ſuccurratis, & ſubven
„temerarios vero transgreſſores
„fiſcatione pretii & rerum vendita
„ac pro delicti gravitate aliis con
„ad leges Imperii pœnis coerce
„ciatis, in quantum Dilectiones V
„& Vos ipſimet graviſſimam No
„ſacrique Romani Imperii indigna
„nem, & ſancitam per *Conſtitution*
„*Imperii* in hujusmodi caſibus ſeve
„mam animadverſionem evitare
„lueritis. „

„Atque hæc eſt ſeria mens &
„luntas Noſtra, qui contra in
„vim Dilectionibus Veſtris & Vob
„ficacem Noſtram protectionem
„mittimus. „

Sub idem tempus Ludovicus
Franciæ Rex per ſuum Oratorem
mæ a ſummo Pontifice petierat, u
concederet, quatenus nonnullas
nis Eccleſiaſticæ Urbes præſidiario
mil

milite firmari permitteret, ficque efficacius Cæſareis copiis tranſitum intercludere poſſet. Verum Clemens ad hæc reſpondit, ſibi firmum fixumque eſſe, neutrius partis ſtudia amplecti: id enim communis Patris officium depoſcere; ac propterea ſe ad cujuslibet Principis petitionem tam Cæſareis quam Gallo-Hiſpanis legionibus tranſitum per ditiones Pontificias indulſiſſe. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XXIII.

Franciæ Regis edictum contra libellos in præſentibus controverſiis editos.

Quamvis Ludovicus XV. Galliarum Rex ad ſopiendas, quibus occaſione Conſtitutionis *Unigenitus* publica tranquillitas plurimum turbabatur, altercationes iterato ſilentium impoſuiſſet, acriter tamen in utramque partem ore & calamo adhuc certatum eſt: Magis ergo ad reddendam Eccleſiæ, Statusque pacem efficax remedium fore cenſebat Fleuryus Cardinalis, ſi, ut ſupra meminimus, promiſcue omnia ſcripta & libelli de hac controverſia agentes Regio edicto prohiberentur. De hujus conſilii ſucceſſu adeo perſuaſus erat Cardinalis, ut ad ejusmodi decretum publice edendum Regem indu-

Sæc. XVIII. A. C. 1734

ceret, quo autem eventu, paulo
retulimus, nunc haud abs re fore
ſemus, ipſum Regii Senatus e
adducere, cujus ſumma hæc eſt.

Pag. 471.

„Jam antea Regia ſua Majeſ
„creverat, controverſiis circa ſta
„dos aut extendendos ſacræ & pr
„auctoritatis, poteſtatisque limit
„ortis, ac in Regno inde pertim
„dis malis obicem ponere, atqu
„Regia ſua Majeſtas jam Anno
„die decima Martii præcepit, ut
„nes ejusmodi controverſiæ, atqu
„tercationes, ceteraque eo collim
„penitus tollantur, ac propterea
„verſale abſolutumque ſilentium
„hanc controverſiam impoſuit, ac
„hibuit, ne ulla ſcripta, libelli,
„morialia aut alia quæcunque
„hoc negotium typis edantur, ve
„tur vel diſſeminentur, eoquod
„ſua Majeſtas hujus cauſſæ cog
„nem per præfatum edictum die
„ma Martii ſuæ curæ, ſibique ſ
„ſervaſſet, aliunde vero non
„neceſſarium fore cenſeat, ut
„controverſiam, quæ quotidie
„ne Bullæ *Unigenitus* innov
„ſuo partu ſuffocet, ac ideo
„quinta Septembris ejusdem
„rurſus decreto hanc Conſtitution
„optari præcepit, & diſtricte

„ejusmodi scripta aut libri, quibus ex- Sæc. XVIII.
„orta dissidia circa præfatam Bullam A.C. 1734.
„foveri, & jam decisa in controver-
„siam trahi possent, componantur, im-
„primantur, vendantur, aut in vulgus
„spargantur, aut litigantes mutuo ca-
„lumniosis Novatorum, Hæreticorum,
„Schismaticorum, Jansenistarum, aut
„aliorum probrosorum nominum inju-
„riis lacessant, ac provocent, cum Rex
„horum quoque cognitionem atque exe-
„cutionem suo reservarit judicio, nihilo-
„minus cum Regiæ suæ Majestati in-
„notuerit, quod spretis hisce edictis ac
„prohibitionibus, sequentes tamen li-
„belli in lucem prodierint: *Pastoralis*
„*Institutio Massilienses Episcopi de Eccle-*
siæ Gallicanæ libertatibus; Jus supremi
Principis in administrationem Ecclesiæ seu
de limitibus sacræ & profanæ potestatis
unacum summario Chronologico eorum,
quæ Pontifices pro extendenda sacra pote-
state attentarunt. Anecdota in Bullam
„Unigenitus. *Refutatio horum Anecdo-*
torum auctore Sistaricensi Episcopo; Dis-
„sertatio *in qua declaratur, quo sensu Ec-*
clesiæ Catholicæ judicium de variis propo-
sitionibus in globo damnatis dici possit: Re-
gula fidei per Carolum Tullensem Episco-
pum &c.

„Capta de his scriptis cognitione,
„cum sua Majestas intellexerit, quod,
„quam-

Sæc. XVIII. A. C. 1734

„quamvis diversi sint meriti, in
„rum quædam sanam doctrinam
„neant, quia tamen ea omnia
„muni laborant vitio, scilicet
„ejusmodi controversias renove
„Rex penitus supprimi atque
„gui vult, aliunde vero prior
„bitiones, atque edicta haud
„observarentur, si unum alter
„scriptum sub obtentu, quod
„scripta confutent, & præcip
„fundamentales Regni leges &
„cipia corroborent, exciperetur
„Rex hoc alias æquissimum dic
„unitatis pacisque necessitati
„nendum ratus, in secretiori
„natu præsens his inconvenient
„dium opposuit, ac præcepit,
„cipit, ut omnia ejus edicta die
„ma Martii & quinta Septembr
„no 1731. promulgata integre &
„mussin executioni dentur, proc
„dat, ut præfata scripta, utpot
„edictis contraria, suppressa sint
„neant. Insuper Regia sua M
„omnibus & singulis præcipit,
„rum scriptorum exemplaria,
„habent, quantocius ad Senat
„cellariam deferantur, ut suppr
„sint. Serio etiam inhibet
„Typographis, Bibliopolis, P
„&c. cujuscunque status aut dig

„sunt, ne ejusmodi scripta imprimant, Sæc. XVIII.
„divendant, distrahant, aut quovis A. C. 1734.
„pacto publici juris faciant &c. Da-
„tum Marlii in Regio sanctiore Senatu
„in præsentia Regis die vigesima sexta
„Januarii 1734.

§. XXIV.

Liberorum Murariorum Societas dispersa ac proscripta.

Hoc item anno detecta est nova Societas, cujus Sodales juxta idiomatum diversitatem *liberi Murarii*, *Francs-Maßons*, Free Massons, Frey Metzelers, Freymaurer &c. appellantur: Horum originem si petas, nil nisi ridiculum, mendax, falsum & fanaticum ab eis expectandum: cumque ceteroquin omnia in suo systemate singularia habere gestiant, id tamen cum omnibus pene hæreticis & Sectariis commune habent, quod sua incunacula ab antiquissimis temporibus repetant, partim ut obscuris spurii fœtus natalibus auctoritatem ex veneranda vetustate conciliarent, partim ut in suis Adversariis sacro cum horrore reverentiam instillarent erga illam societatem, quæ per tot annorum millia in sola Britannia conservari, & nostro primum ævo prodire, divinaque potius

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

potius quam humana virtute ta
pide propagari potuit. Fabulant
que hanc Societatem ortum tra
turris Babylonicæ fabricatori
muratoribus illis, qui in Divin
nipotentiæ despectum ædificii su
gium usque ad cælos in perenn
minis sui monumentum erigere m
nabantur, quorum tamen fastum,
vindex Numen linguarum confu
plecteret, novissimi hi Muratores
labii & proprii arcanique inter
monis usum invexere; in hoc sol
huc fato cum temerariis Murato
Babilonicis convenientes, quod
quoque unacum his in temerita
nam ubique non sine ignominia d
fuissent. Somniarunt alii, prim
jus Societatis Architectum fuisse
winum Athelstani primi inunct
gliæ Regis Filium, quem mur
opificium didicisse, Murariis di
rium erexisse, ac Statuta præscri
eaque plurimum aucta ab Henr
confirmata fuisse fingunt, men
me tamen, cum hic idem Rex
Societatem damnasse constet.
ergo de probrosa eorum origine
omnino exploratum habetur,
prima & præcipua eorum Sedes
terit Anglia, omnium sectarum
vies. Ibi jam per plurimos annos

sectæ Sodales publice ac impune in præcipuis Regni Urbibus, præsertim vero Londini domicilia (*Loges* vocant) quamplurima habebant, in quibus conventicula cum magno etiam apparatu, ac solemnitate celebrabant, ubi tamen id prorsus singulare est, quod Prædicantes in Anglia adversus privata præsertim Pietistarum conventicula magno Zelo ac stentorea voce declamarint, ad publicos tamen & nocturnos Murariorum congressus velut muti ac edentuli canes siluerint. Ceterum quamdiu hæc vipera ex ovis suis pullos duntaxat in Anglico suo nido excluserat, in ceteris Europæ Regnis ac Provinciis exigua prorsus cura de hujus mali periculo utpote remoto Principes ac Magistratus exteros tangebat; cum enim effrænata sentiendi libertas jam plura alia Societatum monstra in hoc Regno progeneraſſet, hæc quoque liberæ huic Nationi minime invidenda, nec aliter quam tacito cachinno explodenda credebatur: postquam vero virulenti hi Bufones hoc anno etiam trans mare volabant, & primos nidos in Hollandia construere cæperant; tum vero solertius in eorum mores, consortiones, totumque hujus factionis statum inquiri cæptum: ipsa enim jurata arcani religio, nocturnæ & clandestinæ coitiones, factio-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

factionesque latentis mali suspicio
& futuri periculi metum haud te
ingerebant: Acuebatur adhuc m
Magistratus vigilantia, dum eide
notuit, quod hujus sectæ homine
modo Hagæ Comitum duo aperu
domicilia, alterum pro Hollandis
liud pro Anglis, sed insuper et
Amstellodami duas itidem ædes
Gallica & Anglica Natione locar
ac demum eodem anno alios hujus
ctionis Viros in Franciam ablega
qui primam Sedem Parisiis ceperant
inde latius diffusi quinque alia e
modi diversoria in variis Franciæ
bibus erexerant: Hæc ipsa vero
diosa propagandæ sectæ velocita
lius dispersionem acceleravit; qu
ipse populus Hagæ adversus eo
conventicula utpote patriæ legibus
topere adversa excanduit, jamque
eo fuit, ut unum ex hisce domic
injecto igne devastaret: popularem
men tumultum tempestive inhibuit M
gistratus, donec de hujus Societ
conditione, fine, & statutis ex
haberetur notitia: dum vero acur
me in rem indagatum est, depreh
batur, quod Nobiles, Cives ac pl
maximo numero huic Societati la
diffusæ nomen dedissent: Cum ante
numerosæ ejusmodi Societates pro

mam seditionis fomentum essent, indeque Status in Statu (res in Republica exitialis) erigi videretur, hinc Hollandiæ & Occidentalis Frisiæ Ordines præceperunt, ut noctu, dum hæc conventicula haberentur, milites in eorum Triclinium improviso impetu irruerent, congregatos dissiparent, & quicquid deprehenderent, secum auferrent: Jussa executioni dantur, aperiuntur conclavis fores, dispersuntur factiosi, & præter varia Murariorum instrumenta abstrahitur ærarium, in quo non pauca scripta, aliaque, quibus mali suspicio plurimum augebatur, fuere reperta; inter alia etiam sequens juramenti formula: Sæc. XVIII. A.C. 1734.

Ego N. N. solemnissime profiteor, & coram Omnipotenti Deo & hac Societate juro, me arcana hoc vespere vel alio quovis tempore communicanda nec verbo nec signo unquam proditurum, nec ea vel calamo vel scalpro exaraturum, nec chartæ, nec cupro, æri, ligno aut lapidi inciſurum, nec eorum aliquid pro re immobili vel mobili vel alio quovis modo cuipiam manifestaturum, communicaturumque, secus non mitiori supplicio puniendus, quam quod cor meum per papillam sinistræ mammillæ meæ, & lingua mea ex intima radice oris mei eruatur, corpus meum comburatur, & cineres mei in aera dispergantur, ut me hu-

Sæc. XVIII. A. C. 1734. *jus Societatis membrum fuisse, hac re penitus evanescat memoria.* In ea arca reperiebantur instructiones pr cipiendis Candidatis, & varia de eorum instrumentis, necnon s signibus, vestibus ac sedibus Pra Commendatoris, Oratoris, ac Se dicum &c. Utrum vero hoc jura tum, ac reliquus eorum apparatu rit genuinus, vel duntaxat ad piendum, & in casum, quo arca in Magistratus politici manu veniret, ultro excogitatus, ac fi situs, scire parum interest, sed quoque inter Societatis arcana re sendum erit: nobis hac in re dictum Senecæ: *Si honesta sunt, facis, omnes sciant, si turpia, quid neminem scire, cum tu scias.*

Quantumvis omnia, quæ hac casione detegebantur, nonnisi pue ria, ridicula, imo & puerilia es derentur, Amstellodamus tamen gistratus, ut Urbis & civium quie securitati consuleret, die trigesima vembris Anno 1735. promulgato & sub pœna publicæ pacis pertu toribus debita inhibuit, ne quisquam clandestina & prohibita ejusmodi ventricula sub nomine *liberorum riorum* vel alio quocunque præte teneat, accedat, aut pro iis do

cubilia, atria, caveas, vel alia loca concedat, locet, conducat &c. Postmodum eodem tempore publicis Novellis Gallicis nuntiatum erat, quod die vigesima quarta Octobris Hollandicum Muratoriæ sectæ domicilium a supremo Societatis Magistro Joanne Cornelio Rademachero Orangii Principis thesaurario, præsente Joanne Keune Pro-Regente fuerit apertum, & non pauci huic Societati fuerint inscripti; Obstupuit ad hanc temeritatem Magistratus, factaque inquisitione deprehendit, hæc curante quodam Ludovico Dagrano Hagiensi Mercatore Novellis fuisse inserta: Hic publica auctoritate examinatus, Magistratui Constitutiones Muratoriæ Societatis Londini Anno 1723. apud Guilielmum Hauterum impressas porrexit, fassus, quod Londini plusquam viginti diversæ Nationis domicilia ad Murariorum conventus destinata reperiantur, in his a Sociis talia inter se tractari ajebat, quæ nemini præter solos Confratres scire licitum esset; ad silentium enim eos adstringi juramento & pœnis, quibus graviores vix Princeps statuere posset, familiare esse inter ipsos, per signa ab aliis discerni, & interiores mentis cogitationes aperire, ante conventus fores stricto ense nonnullos con-

Sæc.XVIII. A.C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734. fratres excubare, nullique extero tum permittere; in eorum Constitu nibus duo hæc esse præcipua. I. N Religionis aut sectæ ratione habita nes, dummodo morum Regulas nerentur, & honesti Viri sint, adm posse, exceptis tamen Atheistis d liticarum legum contemptoribus. Commendari quidem subjectionem civilem Magistratum, seditionis tra reos, si ab alio crimine immunes sent, a Societate non esse exp dos. Producebantur etiam eorum stitutiones Anno 1723. vel si cum insipere aliquantum licet, Anno rariorum 5732. Londini editæ, bus hæc legebantur, *circa offici Deum & Religionem antiquis quidem poribus Murariis præceptum erat, R nem profiteri illius Regionis, ubi d nunc autem consultius judicatum esse, eam illos adstringere Religionem omnes homines convenirent, & de cuilibet suam relinqui credendi libert & si honestus Vir est, de Religione non niendum, nec circa illam ullam alterca fore, proprium enim Murarii esse, nem seu Catholicam mox dictam Re profiteri.* Ex horum relatione futu riculi omen altius Fœderatorum insedit, hinc statuerunt novam Societatem funditus ex suis ditio

eradicare, præcipue cum jam aliunde omnes conſociationes, collegia, & conventicula, quæ publica Magiſtratus auctoritate ac conſenſu firmata non eſſent, patriis legibus in Republica bene ordinata ſint prohibita. & pro ſeminariis factionum, & tenebricoſarum libidinum habeantur, quocirca omnibus urbium & præcipue Hagenſis Præſidibus, Conſiliariis, Conſulibus ac Senatoribus ſerio demandatum eſt, ut Murariorum Societatem, ubicunque invecta fuiſſet, ceu illicitam novitatem proſcriberent, & in eos, qui huic mandato parere renuerint, ſeveritate legum procederent. Hoc edicto populi tumultus quievit, tranquillitas reddita, & Societas indies magis civibus exoſa, & de graviſſimis ſceleribus inſimulata, non ſine Sodalium infamia apud Hollandos evanuit. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Interim hæc peſtis ab Angliæ Regno adeo non depulſa fuerat, ut etiam ejusdem progreſſus per maximam publicamque ſolemnitatem anno hujus ſæculi trigeſimo ſexto Londini ſollicite promoverentur; cum enim die duodecima Februarii Lotharingi Ducis nuptiæ ibidem celebrarentur, Murarii hanc pariter feſtivitatem honoraturi, inter tympana, & concentus muſicos & campanarum ſonitus publice per no-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

biliores Urbis plateas die vige
quarta Aprilis solemni pompa curr
vehebantur: Processerat festivus
curruum ordo a supremi Societatis
gistri Comitis de Loudoum ædibus
que ad Londinensem pontem: ipse
mes sex jugalibus equis vectus, ag
cum splendido convivio claudebat.
dem adhuc anno die octava & n
Maij Societas rursus ejusmodi sol
nitates publice habuit, non sine l
lenta exempli pravitate ac corrupt
quippe hi Fanatici Lunæ - villæ
nio post albis ex undulato serico te
vestibus ornati publicam adorna
festivitatem, quamvis a Stanislao
in convivio, cui etiam Nobiles fœm
magno numero aderant, consueta
ratorii opificii instrumenta gestare
hiberentur. Parisiis quoque ine
anno hujus sæculi trigesimo sexto
Nobiles plusquam sexaginta in su
versorio in locum Jacobi Hectoris
cleane Scotiæ Equitis, qui per
annos Magisterio fungebatur, sole
ritu in Societatis Magistrum elige
Carolum Rateliff Angliæ Parem
mitem de Derwendwater, qui
rato decem Anglicorum aureorum
tio plures diversæ conditionis
atque inter alios etiam Marescall
D'Etreés Albo Societatis inseruit. C

autem ex arcanis ejusmodi conventi- Sæc. XVIII.
culis, omni tempore prohibitis nil niſi A. C. 1734.
periculoſæ conjurationes, factiones, tumultus, Sacræ & profanæ poteſtatis ac Religionis contemptus, ſeditiones, turbæ, morum corruptiones, ac denique extrema Regnorum pernicies, damna nullo remedio ſananda, & innumera pene mala jure pertimeſcenda eſſent, Sapientiſſimus juxta ac religioſiſſimus Franciæ Rex Ludovicus XV. Menſe Martio ſevero edicto inhibuit, ne deinceps ejusmodi conventicula haberentur, minus vero natione Galli huic Societati nomen darent. Verum Regiis juſſis obtemperare nondum aſſueta Murariorum factio, ſua continuabat conventicula, & ſine hæſitatione ſex omnino Equites Ordinis S. Spiritus ſibi aggregabat. Hoc comperto Rex graviter offenſus, Heraultio ſupremo rerum Capitalium Prætori in mandatis dedit, ut Regium interdictum de habendis ejusmodi conventiculis in omnibus tabernis denuo inſinuari curaret; ipſe etiam ex Regis mandato quosdam Nobiles Gallos, qui ejusmodi prohibitis Conventibus intererant, ad ſe accerſivit, eisque rurſus Regium mandatum prælegit, palamque edixit, ſibi in mandatis datum, ut eos cuſtodiæ daret, ſi vel ſemel illicitos

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

licitos ejusmodi conventus frequen
præsumpserint. Nihil tamen
rata hæc severitas quicquam pro
bat apud Murarios natione A
quapropter Heraultius Prætor
Augusto diversorium, in quo cong
erant, cingi, eisque varia inscr
ta, signa, figuras, ac Societatis
abstrahi jussit: Mirum plane, q
Sectarii etiam Catholici, qui Sc
tatum ad pios actus institutarum
ras gestare dedignantur, adeo abj
foveant animum, ut infimæ fort
ficii vestes & instrumentum pala
duere non erubescant. Magis
mirum, quod ipsi se ex instituti
ficio *bonos cives*, *subditos Zelo*
Principi ac patriæ suæ fideles jactit
tamen iteratis Principis sui ma
sine fronte tamque proterve re
ut Ludovicus Rex denuo prohiben
geretur, ne ullus Conventus re
cietas sub quocunque prætextu,
Regis auctoritas accedat, habere
& si ex Gallis quispiam ejusmodi
venticula accederet, Aulæ acces
dem sit interdictus, ad Bastiliæ
res abducendus: Chapelotus
Oenipola, qui ejusmodi conv
lum in suis ædibus celebrari perm
suam temeritatem mille librarum
luere cogebatur. Idem fatum

terdictum hi Muratores Genevæ, Holmiæ, Viennæ, in Hiſpania, Luſitania, Suecia, Polonia aliisque Regnis & Provinciis ſubiere: Nihilominus tamen non deerant, qui hanc atro ſtigmate ubique notatam abominationem publicis ſcriptis vindicare præſumerent: Præ ceteris liberior, an dicam impudentior erat apologia Procopii Medici, qui inter alia hæc ſcribere auſus eſt: *Inter nos dominatur libertas honeſtati ſubjecta; fruimur voluptatibus, ſed ſine cœli indignatione; delitiæ noſtræ oculis hominum ſunt quidem imperviæ, adſtringimur tamen ſeveris inſtituti noſtri legibus: Nullus inter nos conſcientiæ remorſus, nulla triſtitia pertimeſcenda; nil aliud intendimus, quam Aſtræam ad nos revocare, & homines ad ſtatum, quo tempore Rheæ erant, redigere; viam terimus, qua pauci incedunt; muratores ſumus, & ædificia conſtruimus, ſed ædificia noſtra ſunt vel carceres pro vitiis vel Templa pro virtutibus* &c. Piget & pudet inſipidis ejusmodi nugis chartam conſpurcare. Edidit alius quoque Dublini inſulſæ hujus Societatis vindex relationem *Apologetico-Hiſtoricam de Societate liberorum Muratiorum*, qui tamen infamis libellus Anno 1739. ſolemni Inquiſitionis decreto die decima octava Februarii proſcriptus,

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

die decima tertia Aprilis publice nificis manu combustus est.

Porro ad infamis hujus pœn veritatem vel maxime adigebatur mens Pontifex, quod certo intel set, infectum hujus sectæ aerem jam Italiæ fines corrupisse; quæ enim paulo ante Joannes Gasto Mag Etruriæ Dux Murariorum conven dissipassset, eaque deinceps habe vere inhibuisset, defuncto tamen mox Liburni & in ipsa Etruriæ Me poli denuo Angli in hunc Duc irrepentes, ibidem ejusmodi la aperuerunt, quæ Nobile hujus Caput Carolus Sackville Dux & mes de Midelsex præpostera libe tate dotavit, propterea a suis ado noratus, ut etiam in signum grat nis monetam cuderent, cujus typ una hujus herois effigiem cum hac graphe *Carolus Sackville Magister* . . . . *orentinus*, altera vero effig nudi hominis scilicet Harpocratis Ethnici Dei, qui silentio præesse ferebat & cornu Copiæ & Muratorii opificii instrumenta exhi bat: unde hæc Societas in Italia *Cucchiara* seu *Trula* vocabatur. tam temerario excitabatur vigilan Magni Ducis, qui a summo Pontifi remedium tempestive opponi pe

Eapropter Clemens die vigesima quinta Junii hac super re cum Cardinalibus Ottobono, Spinula & Zondadario contulit & Magnum Inquisitorem aliosque Roma Florentias ablegavit. Hi tam ex quorumdam resipiscentium confessione, quam ex editis eorum libris sat luculenter deprehenderunt, hoc monstrum in suis visceribus absconditum fovere Quietismi aut Molinismi venenum, ac dolose occultatum Epicureismum (*): Nec id diffitebatur classicus eorum Author, qui in fundamentali sua relatione de liberis Murariis Francofordiæ ad Mænum 1739. edita scribit: *Hi tanquam Generosi Epicurei felicitatem hujus vitæ collocant in voluptate Spiritus; securi sunt a periculo pereundi cum imprudentibus, qui communem omnium viam terunt, & a scopo aberrant, loquuntur, sicut plebeii, sed sentiunt sicut prudentes, ... convivia habent, ut corpori quid indulgeant, & intuitu animæ, quæ in corpore habitat, eidem necessaria suppeditant, imo etiam quædam delectamenta ei non denegant* &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Cre-

(*) Vid. geistliche Rede eines englischen Freymäurers, von der Nothwendigkeit Gutes zu thun, und fröhlich zu leben, so lang wir leben. Berlin 1744.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Crescente igitur indies perver... periculo Inquisitores omni legum ... ritate in hosce factiosos anima... runt, pluresque variæ conditionis ... mines ad carceres raptari juss... ac demum ipse Dux hæc conven... graviſſimis sub pœnis supprimi ac ... pari denuo præcepit. Tanta ta... eorum erat temeritas, ut Inquisi... bus Romam reversis velut hydra ... qua tot capita, quot resecta, reg... lant, nova etiam delubra aperir... die tertia Augusti anno hujus s... trigesimo septimo publicis, & qu... Florentinis Novellis divulgare no... rubescerent, ipsum magnum Ec... Ducem infami huic Societati no... dedisse: nempe omnibus pene Sa... semper familiare erat, confecto ma... rum Principum consortio iniquitas ... auctoritatem mendaciſſime conci...

§. XXV.

Hæ Societates a summis Pontifi... damnatæ.

Cum hoc malum præ foribus ... Romanæ ditionis jamjam ... quotidiana ferme experientia docu... hanc pestem, ubi semel invaluit, ... pene legum severitate penitus extir... posse, hinc Pontifex Clemens, ut ...

mis obstaret initiis, die vigesima octava Aprilis anno currentis sæculi trigesimo octavo hanc Societatem sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ ac soli summo Pontifici reservatæ damnavit, edita hac Constitutione. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„ In eminenti Apostolatus Specula, „meritis licet imparibus, divina di„sponente Clementia constituti, juxta „creditum nobis pastoralis providen„tiæ debitum, jugi (quantum ex alto „conceditur) sollicitudinis studio iis „intendimus, per quæ erroribus, vi„tiisque aditu intercluso, orthodoxæ „Religionis potissimum servetur in„tegritas, atque ab universo Catholico „orbe difficillimis hisce temporibus „perturbationum pericula propellan„tur. „

„ Sane vel ipso rumore publico nun„ciante Nobis innotuit, longe lateque „progredi, atque indies invalescere „nonnullas Societates, Cætus, Con„ventus, Collectiones, Aggregatio„nes, seu Conventicula vulgo de li„beri Muratori, seu Francs Massons „aut alia quavis nomenclatura, pro „idiomatum varietate nuncupata, in „quibus cujuscumque Religionis, & „sectæ homines affectata quadam con„tenti honestatis naturalis specie, arcto „æque ac impervio fœdere secundum

„leges

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„ leges & ſtatuta ſibi condita in
„ conſociantur; quæque ſimul
„ operantur, tum diſtricto jure
„ ad Sacra Biblia interpoſito, tu
„ vium pœnarum exaggeratione
„ violabili ſilentio obtegere adſtri
„ tur. Verum, cum ea ſit ſceler
„ tura, ut ſeipſum prodat, & cl
„ rem ſui edat indicem: hinc So
„ tes, ſeu Conventicula prædict
„ hementem adeo fidelium mec
„ ſuſpicionem ingeſſerunt, ut i
„ Aggregationibus nomen dare
„ prudentes & probos idem omn
„ ac pravitatis & perverſionis
„ incurrere; niſi enim male a
„ tanto nequaquam odio lucem
„ rent. Qui quidem rumor eo
„ percrebuit, ut in pluribus regi
„ memoratæ Societates per Sæcu
„ teſtates, tanquam Regnorum
„ tati adverſantes, proſcriptæ, a
„ vide elimintaæ jam pridem exti
„ Nos itaque animo revolventes g
„ ſima damna, quæ ut plurimu
„ hujusmodi Societatibus, ſeu
„ venticulis, nedum tempora
„ publicæ tranquillitati, verum
„ Spirituali animarum Saluti
„ tur, atque idcirco tum Civilibus &
„ nonicis minime cohærere San
„ bus, cum divino eloquio doce

„diu noctuque more ſervi fidelis, & „prudentis Domini familiæ præpoſiti „vigilandum eſſe, ne hujusmodi ho- „minum genus, veluti fures domum „perfodiant, atque inſtar vulpium vi- „neam demoliri nitantur, ne videlicet „ſimplicium corda pervertant, atque „innoxios ſagittent in occultis, ad la- „tiſſimam, quæ iniquitatibus impune „patrandis inde aperiri poſſet, viam „obſtruendam aliisque de juſtis ac ra- „tionabilibus cauſſis Nobis notis, eas- „dem Societates, Cætus, Conventus, „Collectiones, Aggregationes, ſeu Con- „venticula de liberi Muratori - - - - „ſeu Francs Maſſons, ut alio quocum- „que nomine appellata, de non nul- „lorum Venerabilium Fratrum Noſtro- „rum S. R. E. Cardinalium conſilio, ac „etiam motu proprio, & ex certa ſcien- „tia, ac matura deliberatione noſtris, „deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitu- „dine damnanda & prohibenda eſſe „ſtatuimus, & decrevimus, prout „præſenti noſtra perpetuo valitura con- „ſtitutione damnamus, & prohibemus. „Quocirca omnibus & ſingulis Chriſti „fidelibus, cujuscumque ſtatus, gra- „dus, conditionis, ordinis, dignita- „tis, & præeminentiæ, ſive laicis vel „Clericis, tam Sæcularibus, quam „Regularibus, etiam ſpecifica & in-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„divi-

Sæc. XVIII. A.C. 1734.

„ dividua mentione & expreſſione
„ gnis diſtricte, & in virtute
„ obedientiæ præcipimus, ne
„ quovis prætextu, aut quæſito
„ audeat, vel præſumat prædict
„ cietates de liberi Muratori ſeu
„ Maſſons, aut alias nuncupatas,
„ vel propagare, conſovere, ac
„ ædibus ſeu domibus, vel alibi
„ ptare atque occultare, iis
„ aggregari aut intereſſe, vel
„ tem ſeu commoditatem
„ alicubi convocentur: iisdem
„ miniſtrare, ſive alias conſilium
„ xilium, vel favorem palam,
„ occulto, directe vel indirecte,
„ vel per alios quoquo modo
„ necnon alios hortari, inducere,
„ vocare aut ſuadere, ut
„ Societatibus adſcribantur,
„ rentur, ſeu interſint, vel
„ modolibet juvent ac foveant;
„ omnino ab iisdem Societatibus
„ tibus, Conventibus, Collectionibus
„ Aggregationibus, ſeu Conventi
„ prorſus abſtinere ſe debeant
„ na Excommunicationis per
„ ſupra contrafacientes ipſo
„ que ulla declaratione incurrend
„ qua nemo, per quemquam,
„ Nos ſeu Romanum Pontificem
„ tempore exiſtentem, præterquam

„articulo mortis conſtitutus, abſolu- Sæc. XVIII.
„tionis beneficium valeat obtinere. A. C. 1734.
„Volumus inſuper & mandamus, ut
„tam Epiſcopi & Prælati Superiores,
„aliique locorum Ordinarii, quam hæ-
„reticæ pravitatis ubique locorum de-
„putati Inquiſitores adverſus trans-
„greſſores, cujuscumque ſint ſtatus,
„gradus, conditionis, Ordinis, Di-
„gnitatis, vel præeminentiæ, proce-
„dant, & inquirant, eosque tanquam
„de hæreſi vehementer ſuſpectos con-
„dignis pœnis puniant atque coer-
„ceant; iis enim & eorum cuilibet
„contra eosdem transgreſſores proce-
„dendi, inquirendi, ac condignis pœ-
„nis coercendi & puniendi, invocato
„etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii
„Sæcularis auxilio liberam facultatem
„tribuimus, & impertimur. Volumus
„autem, ut earundem præſentium
„tranſumptis etiam impreſſis, manu
„alicujus Notarii publici ſubſcriptis,
„& Sigillo perſonæ in dignitate Ec-
„cleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem
„fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis
„originalibus literis adhiberetur, ſi
„forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli
„ergo hominum liceat, hanc paginam
„noſtræ declarationis, damnationis,
„mandati, prohibitionis, & interdi-
„ctionis infringere, vel ei auſu teme-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„rario contraire: Si quis autem
„attentare præsumpserit, indig
„nem Omnipotentis Dei, ac beat
„Petri & Pauli Apostolorum e
„noverit incursurum.„

Hæc Pontificis proscriptio a
pupugit damnatæ hujus Societ
quaces, qui, ut tacita conscientia
sibi culpam exprobrantis convi
pirent, & inustum infamiæ stigma
dammodo delerent, sibi temere
suadebant, Clementis Papæ cen
duntaxat ex perversa æmulorum
gestione, & nescio qua atrocis
suspicione ac timore ex ipsa arca
ligione hausto ortum traxisse,
luculenter ex eo comprobari,
Benedictus XIV. dignissimus ju
oculatissimus Clementis Success
integros duodecim annos, etsi hæc
cietas ubique invaluisset, præ
Prædecessoris sui censuram non
firmasset, sed in utramque aurem
dormivisset. Ut ergo vigilantiss
Pastor hujus sectæ hominibus
quoque, quantumcunque frivolum,
lacem, ac nequiter excogitatum
landæ inquitatis prætextum au
exaltans vocem die decima octav
anno post Christum natum mil
septingentesimo quinquagesimo pri
illos Apostolico fulmine rursus per

Sæc. XVIII. A C. 1734.

sit, edita contra eos Constitutione sequenti:

„Cum, sicut accepimus, aliqui „fuerint, qui asserere, ac vulgo jactare non dubitaverint, dictam excommunicationis pœnam a Prædecessore „Nostro, ut præfertur, impositam non „amplius afficere, propterea quod ipsa „præinserta Constitutio a Nobis confirmata non fuerit; quasi vero pro „Apostolicarum Constitutionum a Prædecessore editarum subsistentia, Pontificis Successoris expressa confirmatio requiratur.„

„Cumque etiam a nonnullis piis, „ac Deum timentibus viris Nobis insinuatum fuerit, ad omnia calumniantium subterfugia tollenda, declarandamque animi nostri cum ejusdem „Prædecessoris mente, ac voluntate „uniformitatem, magnopere expediens „fore, ut ejusdem Prædecessoris Constitutioni novum Confirmationis nostræ suffragium adjungeremus.„

„Nos, licet hucusque, dum pluribus Christifidelibus de violatis ejusdem Constitutionis legibus vere pœnitentibus, atque dolentibus seque „a damnatis hujusmodi Societatibus, „seu Conventiculis omnino recessuros, „& nunquam in posterum ad illas & illa „redituros ex animo profitentibus, ab-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„ ſolutionem ab incurſa excom
„ catione, tum antea ſæpe, tum
„ xime elapſo jubilæi anno be
„ conceſſimus, ſeu dum facultate
„ nitentiariis a Nobis deputatis
„ municavimus, ut hujusmodi p
„ tentibus, qui ad ipſos confuge
„ eandem abſolutionem noſtro no
„ & auctoritate impertiri valerent;
„ etiam ſollicito vigilantiæ ſtudi
„ ſtare non prætermiſimus, uta
„ tentibus judicibus, & Tribuna
„ adverſus ejusdem Conſtitutiona
„ latores pro delicti menſura proc
„ retur, quod & ab eis reipſa ſæpe
„ ſtitum fuit; non quidem prob
„ duntaxat, ſed plane evidentia,
„ dubitata argumenta dederimu
„ quibus animi noſtri ſenſus, ac
„ & deliberata voluntas, quoad
„ ſuræ per dictum Clementem Pra
„ ceſſorem, ut præfertur, impoſit
„ gorem & ſubſiſtentiam, ſatis a
„ inferri debuerant: ſi quæ autem
„ traria de Nobis opinio circumfe
„ tur, Nos eam ſecuri contem
„ poſſemus, cauſſamque noſtram
„ Dei Omnipotentis judicio relin
„ ea verba uſurpantes, quæ olim
„ ſacras actiones recitatas fuiſſe
Præſta quæſumus Domine, ut meritum
probarum non curemus obſequium,

dem pravitate calcata exoramus, ut nec terreri nos lacerationibus patiaris injuſtis, nec captioſis adulationibus implicari, ſed potius amare quod præcipis: ut habet „antiquum Miſſale, quod S. Gelaſio „Prædeceſſori Noſtro tribuitur, & a „Venerabili Servo Dei Joſepho Maria „Cardinali Thomaſio editum fuit in „Miſſa, quæ inſcribitur: *Contra obloquentes.*

Sæc. XVIII. A.C. 1734.

„Ne tamen aliquid per Nos improvide prætermiſſum dici valeret, „quo facile poſſemus mendacibus calumniis fomentum adimere, atque os „obſtruere; audito prius nonnullorum „Venerabilium Fratrum Noſtrorum „S.R.E. Cardinalium conſilio, eandem Prædeceſſoris Noſtri Conſtitutionem præſentibus, ut ſupra, de verbo „ad verbum inſertam, in forma ſpecifica, quæ omnium ampliſſima, & „efficaciſſima habetur, confirmare decrevimus; prout eam ex certa ſcientia, & Apoſtolicæ auctoritatis noſtræ „plenitudine, earundem præſentium „Literarum tenore in omnibus, & per „omnia, perinde ac ſi noſtris motu „proprio, auctoritate, ac nomine primum edita fuiſſet, confirmamus, roboramus & innovamus, ac perpetuam „vim, & efficaciam habere volumus, „& decernimus.„

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„Porro inter graviſſimas pr
„prohibitionis & damnationis c
„in præinſerta Conſtitutione e
„tas, una eſt, quod in hujusmo
„cietatibus, & Conventiculis,
„cumque Religionis, ac Sectæ
„nes invicem conſociantur; q
„re ſatis patet, quam magna
„cies Catholicæ Religionis puri
„ferri valeat. Altera eſt arcan
„impervium ſecreti fœdus, quo
„tantur ea, quæ in hujusmod
„venticulis fiunt; quibus proc
„ſententia merito aptari poteſt.
„Cæcilius Natalis apud Minuc
„licem in cauſſa nimium diver
„tulit: *Honeſta ſemper publico*
„*ſcelera ſecreta ſunt.* Tertia eſt
„randum, quo ſe de hujusmodi
„inviolabiliter ſervando adſtri
„quaſi liceat alicui, cujuslibet
„ſionis, aut juramenti obtentu ſe
„quominus a legitima poteſtate
„rogatus, omnia fateri teneatur.
„cumque exquiruntur ad dign
„dum, an aliquid in hujusmod
„ventibus fiat, quod ſit contra
„gionis, aut Reipublicæ ſtatus
„leges. Quarta eſt, quod hu
„Societates non minus Civilibus
„Canonicis Sanctionibus adver
„gnoſcuntur; quum ſcilicet jure

„omnia Collegia, & Sodalitia præter „publicam auctoritatem consociata „prohibeantur, ut videre est in Pan„dectarum Libro 47. *Tit.* 22. *de Col„legiis, & corporibus illicitis*; & in ce„lebri epistola C. Plinii Cæcilii secundi, „quæ est 97. Libri 10. in qua ait, e„dicto suo, secundum Imperatoris man„data, vetitum fuisse, ne Hetæriæ „essent, id est, ne Societates, & Con„ventus sine Principis auctoritate iniri, „& haberi possent. Quinta est, quod „jam in pluribus Regionibus memo„ratæ Societates, & Aggregationes „Sæcularium Principum legibus pro„scriptæ, atque eliminatæ fuerant. „Ultima demum, quod apud pruden„tes, & probos viros eædem Socie„tates, & Aggregationes male au„dirent, eorumque judicio, quicum„que eisdem nomina darent, pravita„tis, & perversionis notam incurre„rent.„

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„Denique idem Prædecessor in præ„inserta Constitutione Episcopos, & „Superiores Prælatos, aliosque Lo„corum Ordinarios excitat, ut pro „illius executione, si opus fuerit, bra„chii secularis auxilium invocare non „prætermittant.„

„Quæ omnia & singula non solum „a Nobis approbantur, & confirman-

Sæc. XVIII. A. C. 1734. „tur, eisdemque Eccleſiaſticis S
„rioribus reſpective commend
„& injuguntur; verum etiam No
„pro Apoſtolicæ ſollicitudinis o
„præſentibus Noſtris Literis, C
„licorum Principum, omniumq
„Sæcularium Poteſtatum opem,
„xiliumque ad præmiſſorum effe
„invocamus, & enixo ſtudio re
„mus; quum ipſi ſupremi Prin
„& Poteſtates electi ſint a Deo
„ſores Fidei, Eccleſiæque protec
„ideoque eorum munus ſit idoneis
„busque rationibus efficere, ut
„ſtolicis Conſtitutionibus debitu
„ſequium, & omnimoda obſer
„præſtetur; quod iis in memoria
„vocarunt Tridentinæ Synodi P
„*Seſſ.* 15. *cap.* 20. multoque ant
„gregie declaraverat Imperator C
„lus Magnus, ſuorum Capitula
„*Tit.* 2. *cap.* 2. ubi, poſt dema
„omnibus ſibi ſubditis, Eccleſia
„rum Sanctionum obſervantiam,
„addidit: *Nam nullo pacto agnoſcere*
ſumus, qualiter nobis fideles exiſtere
qui Deo infideles, & ſuis Sacerdotib
obedientes apparuerint. Quapropter
„ctis ditionum ſuarum Præſidiis &
„Miniſtris injungens, ut omnes &
„gulos ad debitam obedientiam Ecc
„ſiæ legibus exhibendam omnino co
„

„pellerent; graviſſimas quoque pœnas „adverſus eos indixit, qui hoc præ- „ſtare negligerent, ſubdens inter alia: *Qui autem in his (quod abſit) aut negligentes eisque inobedientes fuerint inventi, ſciant, ſe nec in noſtro Imperio honores retinere, licet etiam Filii noſtri fuerint, nec in Palatio locum, neque nobiscum, aut cum noſtris ſocietatem, aut communitatem ullam habere, ſed magis ſub diſtrictione & ariditate pœnas luent.*

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Hac Paſtoris ſupremi voce excitati poſtea Principes quamplurimi pariter e ſuis Provinciis periculoſa hujus Societatis Zizania e radice evellere ſtuduerunt, atque inter alios etiam Hannoveranus Elector, cum ex Prædicantibus quidam hac peſte infectus eſſet, die decima quarta Januarii anno hujus ſæculi quadrageſimo quinto interminata pœna ſeveriſſima per ſuum, ut vocant *Conſiſtorium* inhibuit, ne Prædicantes huic Societati nomen dare præſumerent, ſed vinculo charitatis in Sacris literis ſtabilito contenti, profanum charitatis ſeu potius iniquitatis vinculum non quærerent. Si hæc in arido, quid fiat in viridi?

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

§. XXVI.

Controversia inter ipsos Prædic[illegible] circa fidem justificantem.

Epist. S. Jac. c. 2. v. 21. 22. 23. 24. 25.

„per quam remissionem præteritorum „habemus peccatorum, ac ideo arbi- „tramur, fide justificari hominem, „absque operibus legis, credimusque „& plane novimus, quod ex fide datur „hæreditas, ad quam per sola opera „nemo pervenire potest. Ore igitur „confitemur, & corde credimus, quod „Deus filium suum Jesum Christum pro „redemptione humani generis in mun- „dum demiserit, qui nos per passionem „suam redemit, & morte mortem su- „peravit, quem & Deus a mortuis su- „scitavit, quo in eo sepulti cum eo „quoque resurgamus; quinimo & hoc „firmiter credimus, quod omne, quod „non est ex fide, hoc sit peccatum, „ac ideo novimus, quod infidelium sive „non credentium opera, utcumque „specie bona videantur, nequaquam ad „salutem sint utilia, sed solum quæ ex „recta fide procedunt, & charitate su- „scipiuntur, hæc esse quæ Deus a no- „bis exigit. Ceterum cum ita creda- „mus, num ideo in peccato manebi- „mus, ut gratia abundet? absit, Quum „enim nos peccato mortuas esse con- „veniat, quomodo posthac vivemus in „eodem? Scimus enim, quod quem- „admodum excitatus est Christus ex „mortuis per gloriam Patris, ita & „nos in novitate vitæ ambulare de-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„cere, ut quam minime peccatum
„mortali corpore noſtro regnet, ne
„diamus illi per cupiditates ejus;
„quod accommodemus nosmet
„velut ex mortuis viventes. L
„igitur a nobis abſit, ut verbis
„jactemus, operibus vero manife
„contradicamus, quoniam non am
„ſimus ſub lege, ſed ſub gratia.
„enim nos in libertatem aſſertos
„ſcimus, ut ſervæ factæ ſimus
„ac ideo nos decere, ut membra
„ſtra præbeamus ſerva juſtitiæ
„ctificationem, quum autoramen
„peccati mors ſit, donum autem
„vita æterna per Chriſtum Jeſum
„minum noſtrum. Si igitur cum
„reſurreximus, convenit, ut
„curemus, & haud quaquam
„ſi ſaltem emortuæ fuerimus,
„noſtra abſcondita ſit cum Chriſto
„Deo, ut mortificemus membra
„terreſtria ab omnibus immundi
„poſtquam veterem exuimus hom
„cum factis ſuis, & induimus no
„qui renovatur ad agnitionem &
„ginem ejus, qui condidit illum.
„libertate igitur, qua Chriſtus
„beravit, ſtare jubemur, &
„ſervitutis jugo implicari, ne
„tem dare in occaſionem carni, ſed
„charitatem ſervire invicem. Pro

„poſtquam fide juſtificatæ & Deo re- Sæc. XVIII.
„conciliatæ ſumus per mortem filii A. C. 1734.
„ejus, & cum eſſemus oleaſter, in ar-
„borem inſitæ ſumus fructiferam, de-
„cet etiam, ut illa fructum ferat in
„tempore ſuo. Omnis enim arbor,
„quæ non facit fructum bonum, ex-
„ciditur, & in ignem mittitur, & pa-
„leam comburet ignis inextinguibilis.
„A fructibus enim arbor cognoſci-
„ſcitur, nec de ſpinis colliguntur uvæ,
„aut de tribulis ficus. Bona vero ar-
„bor fructus bonos facit: Putris au-
„tem arbor fructus malos facit. Non
„poteſt arbor bona fructus malos facere,
„neque arbor putris fructus bonos fa-
„cere. Quapropter neceſſarium duci-
„mus, ut non ſolum nos, ſed omnes,
„qui Chriſto nomina dederunt, fidem
„non verbis tantum jactitemus, ſed
„etiam reipſa & operibus illam in no-
„bis vivere oſtendamus. Nihil enim
„facilius, quam verbis fidem profiteri,
„quemadmodum nihil difficilius, quam
„illam rectis operibus exprimere. Ne-
„quaquam enim fides ficta & mortua,
„ſed vivens ac vera a Chriſtiano exigi-
„tur homine, quæ nonniſi per opera
„bona oſtendi poteſt, non quod nos ope-
„ribus noſtris, ut dictum eſt, juſtificari
„arbitremur, ſed quod jam juſtificati
„nequaquam deſidere otioſi, & (ſi

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„recte credimus) ſine bonis op
„vivere poſſumus: & ſi non ob
„cauſſam opera bona facienda
„ob animi ſaltem gratitudinem
„præſtanda, quo optimo ac
„Filioque ejus unigenito ob rede
„nem noſtram & tot beneficia
„gratias agere, & charitatem,
„nobis exhibuit, proximis etia
„ſtris retribuere poſſemus,
„quum conſtet, gentilium quoq
„loſophos quosdam, in quibu
„ſpiritus, ſed carnis viguit imp
„eo naturali perveniſſe inſtinc
„virtutis opera, honeſtatem vi
„proximorum dilectionem,
„hujus mundi prætulerint re
„quum a gentilibus ſit factum,
„magis a nobis requiritur,
„fide ſumus illuminatæ & Jeſu
„ſanguine a peccatis expurgatæ
„bemur igitur, ut lux noſtra
„hominibus luceat, ut viden
„opera noſtra, glorificentque
„noſtrum, qui in cælis eſt: Lice
„ex æmulis noſtris negent, ope
„cerni poſſe, tamquam Salvator
„aberraverit, dum ait: Ex fru
„eorum cognoſcetis eos. Ver
„nam tam impie contra Chri
„nam deblaterent, veſtræ pot
„dentiæ diſcernendum relinqu

„quam quod illorum figmentis quæra- Sæc. XVIII.
„mus respondere. Nam si & bona A. C. 1734.
„opera cerni nequirent, mala tamen
„nequaquam abscondi possent, ex qui-
„bus plane deprehendere liceret, num
„illa cum verbis convenerint, aut po-
„tius illis essent contraria ac penitus
„a fide aliena. Quisquis igitur fecerit
„& docuerit, hic magnus vocabitur in
„regno cælorum, & non ille, qui di-
„cit Christo, Domine Domine, introi-
„bit in regnum cælorum, sed qui fe-
„cerit voluntatem Patris ejus qui in
„cælis est: Ille etiam frater ejus est
„soror & mater. Huc & illud quoque
„pertinet: Si vis ad vitam ingredi,
„serva mandata, & quod Christus ju-
„bet discipulos suos docere, quo om-
„nia serventur, quæcumque ipse præ-
„ceperit eis, & si hæc noviſtis, ait
„beati estis, si feceritis ea. Et, qui
„habet præcepta mea, & servat ea,
„ille est qui me diligit. Unde & Apo-
„stolus: Quæcumque (inquit) honesta,
„quæcumque justa, quæcumque ac-
„commoda, quæcumque boni nominis,
„si qua laus, hæc cogitate, quæ &
„didiciſtis & audiſtis & vidiſtis in me,
„hæc facite. Rursusque, ut ambuletis
„digne in Domino, ut per omnia placea-
„tis in omni opere bono, fructificantes
„& crescentes in agnitionem Dei. Fi-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„des enim ſine factis mortua eſt, qu
„admodum & ex factis eſt per
„Nam ſicut corpus absque ſpiritu
„tuum eſt, ita & fides absque
„viva non eſt. Tenemur itaque,
„converſatione bona opera noſtr
„manſuetudine oſtendamus, &
„verbis ſolum gloriemur. Qui
„dicit: Novi eum, & præcepta
„non ſervat, mendax eſt, & in
„ritas non eſt. Qui autem ſerv
„monem ejus, in hoc vere charit
„perfecta eſt. Qui facit volu
„Dei, manet in æternum, &
„qui facit juſtitiam ex ipſo nat
„Qui exercet juſtitiam juſtus eſt
„& ille juſtus eſt. Qui comm
„catum, ex diabolo eſt, quoni
„initio diabolus peccat. Non
„verbis diligamus, neque lingu
„opere & veritate. Nam qui
„præcepta Dei, in illo manet, &
„in eo. Hæc eſt enim charitas
„ut præcepta ejus ſervemus, hæ
„musque opera digna iis, qui reſip

„Ceterum hic nobis æmuli ob
„ciunt. Non omnia opera, ſed bon
„ea, quæ recta fide ac charitate
„ficiſcuntur, meritoria eſſe, ut Deo
„exigi. Atqui nec hic contradicim
„quum certiſſimæ ſumus absque fi
„nihil perfecti eſſe poſſe. Unde,

„prædictum est, nec infidelium opera, Sæc XVIII.
„etiamsi optima esse videantur, ullius A.C. 1734.
„ad salutem esse momenti novimus,
„cum haud quaquam ex recta fide pro-
„cedant Quæ vero ex charitate su-
„scipiuntur, hæc sunt, quæ Deus a
„nobis exigit. Verum hic æmuli nostri
„exultant, ac si confessæ simus, nos
„in operibus nostris confidere. Cete-
„rum verbis Salvatoris edoctæ sumus,
„quod etiamsi omnia fecerimus, tenea-
„mur tamen nos inutiles servos cen-
„sere, quum solum id egerimus, quod
„debeamus. Verum quid prohibet,
„nos etiam in operibus sperare? ad
„quæ nos Deus non solum per remu-
„nerationis præmium provocat, sed e-
„tiam per pœnæ comminationem de-
„terret a contrariis. Tametsi nequa-
„quam in illis, sed solum in gratia
„Dei nostri ac meritis Filii ejus unige-
„niti confidamus, cum recte tenea-
„mus, quod filius hominis, quum in
„gloria sua venerit, mundum ex ope-
„ribus sit judicaturus, & quod ii, qui
„bona fecerunt, prodibunt in resur-
„rectionem vitæ; qui vero mala ege-
„runt, in resurrectionem condemna-
„tionis: Et Apostolus nos doceat,
„unumquemque reportaturum, quæ
„fiunt per corpus, juxta id quod fecit,
„sive bonum, sive malum. Cur igitur
„non

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„non diligenter caveremus, ne
„reperiamur, nobisque accidat,
„fatuis illis virginibus, quarum
„pades ob olei defectum extingu-
„tur: aut fici instar fructibus car-
„exscindamur: quum sciamus, la-
„nostrum non esse inanem in D-
„nec Deum injustum esse, ut obl-
„tur operis nostri & laboris ex
„tate susceptι. Nam quid de op-
„quæ haud quaquam ex fide a-
„ritate procedunt, sentiamus
„antea fecimus manifestum. S-
„tur, fide ac charitate, divina
„terea promissione repletæ, illis
„servari credimus adoptionem
„pectantes redemptionem corp-
„stri, ac neutiquam veremur,
„quam spe decipiamur, frustren
„confundamur: Tametsi nihil
„scutere attineat, cur Deus
„bus spem etiam ex operibus fec-
„neque enim summi Dei secreta
„anxie indagare studemus; sed
„nobis est, quod & operum nobis
„tributionem sit pollicitus, atque
„verbis & promissionibus ejus,
„quam infallibilibus, plenariam
„adhibemus, quæ adeo benigne &
„clementia sunt referta, ut etiam
„stum aquæ frigidæ ex charitate
„stitum Deus se remuneraturum
„deat. „

Sæc.XVIII. A.C. 1734.

„Ceterum quod nobis ſummi Pontificis objicitur veneratio, nequaquam „negamus, & illi & omni poteſtati „ſemper nos debitam exhibuiſſe obe„dientiam, quum omnis anima pote„ſtatibus excellentibus ſubdita eſſe de„beat, & qui reſiſtit poteſtati, Dei or„dinationi reſiſtat. Quænam igitur „pauperculæ tandem ſumus, ut tantæ „poteſtati reluctari poſſemus, aut etiam „deberemus, cui & Reges & Princi„pes orbis colla ſubjiciunt? aut quid „illius demit ſeu addit potentiæ, ſi ab „eo deficiamus, aut diutius ſub obe„dientia ejus perſeveremus, cum pul„vis exiſtamus & umbræ? Ceterum „longe a nobis Deus avertat, ut ei in „re aliqua impia, nefanda aut in„juſta adhæreamus, aut fidem præſte„mus, quum divina gratia inter bonum „&malum non penitus dijudicare igno„remus. Quod ſi aliquando in rebus „quibusdam lapſæ ſumus, evenit nobis, „quod mundo fere univerſo. Quis e„nim non aliquando ſeductus aut de„ceptus fuit? Nam quod Papa ſit ſan„ctiſſimus, aut potius ſceleſtiſſimus, „Chriſti vicarius aut Antichriſtus ipſe, „nihil ad nos, quæ a veri Dei gratia „pendemus & miſericordia, necnon a „cruce Filii ejus unigeniti, per quam „redemptæ ſumus ac liberatæ. Ita

„tamen

Sæc. XVIII A. C. 1734.

„tamen ſentimus, ſatius interdum
„poteſtatem, imo tyrannidem a
„gravem ac moleſtam, non d
„impiam aut ſaluti adverſam p
„ferre, quam per indignation
„gum rejicere, & adeo faciliter
„gæva diſcedere conſuetudine,
„pue quum ea nihil habeat, q
„modum conſcientias poſſit g
„ſiquidem dum vulgus ad Pon
„Epiſcoporum irritatur conte
„interim etiam proprios deſpic
„pit dominos, ita ut tandem
„contemnat poteſtatem. Teſta
„clades innumeræ, ſanguinis C
„effuſio miſeranda, tot cæde
„næ, ac monaſteriorum e
„plusquam hoſtiles, quum inte
„fuerit altiſſima in iis locis, u
„lus in ſuo retentus eſt officio. A
„melius fuiſſet, vel tyranniden
„rim aliquam toleraſſe, quoad
„populum ſuum liberaſſet, aut
„per Principum conventus &
„res ad meliorem ſtatum fuiſſent
„ctæ, quam ita furenter inſanire, A
„ſummis commiſcere. Sed hoc
„voluntas Dei, cui reſiſtere nem
„eſt. Proindeque aliquid humani
„buamus inſtitutis, non penit
„cenſemus errare, quum impoſſ
„exiſtat, privatam etiam domum

„dam, nedum monaſterium aliquod, Sæc. XVIII.
„ſine illis gubernari ac rite conſervari A. C. 1734.
„poſſe, Apoſtolusque doceat, omnia
„decenter & ſecundum ordinem fieri
„debere. Sed Deus prohibeat, ut hu-
„mana ſtatuta divinis comparemus
„præceptis. Quantum igitur ad cibum
„& potum pertinet, recte novimus,
„regnum Dei nec in cibo nec in potu
„conſiſtere, ſed potius id eſſe juſti-
„tiam, pacem & gaudium in Spiritu
„ſancto. Omnia igitur pura puris eſſe
„credimus, nosque poteſtatem edendi
„& bibendi habere ſcimus, ſed non
„omnia nobis licere, neque omnia con-
„ducere, nec omnium nobis poteſta-
„tem eſſe, etiam ſi ſub nullius rediga-
„mur poteſtatem. Eſcæ ventri deſti-
„natæ ſunt, & venter eſcis. Deus
„autem & hunc & illas abolebit. Quis
„igitur eſt, qui de alieno famulo judi-
„care audet? Proprio domino ſtat aut
„cadit: Imo fulcietur, ut ſtet. Potens
„enim eſt Deus efficere, ut ſtet. Qui
„igitur veſcitur, domino veſcitur. Gra-
„tias enim agit Deo. Et qui non veſci-
„tur, Domino non veſcitur, & gratias
„agit Deo. Verum non ob unam ſo-
„lam cauſſam, ſed varias & multipli-
„ces aliquando a licitis etiam abſtine-
„mus cibis: quamvis non tam rudes
„ac pertinaces ſimus, ut ſemper ac e-

„tiam

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„tiam exigente neceſſitate non ca
„bus quoque & reliquis minus com
„tis veſcamur eduliis. Fatemur, ra
„tempus Chriſtiano homini æquis
„debere, hoc eſt, ut omni tempor
„miſericordiam ac ſuam agnoſcat
„litatem, ac nunquam a bonis
„operibus. Ceterum negare haud
„ſumus. nondum ad eam perfec
„nos perveniſſe, ut ſemper &
„hora debito perfrui valeamus
„Quid igitur prohibet aliquando
„a licitis etiam abſtinere, & no
„per indulgere edendi & bibendi
„derio, ne dum omni tempore
„inſerviamus, nunquam mente
„tolamus ad cæleſtia, præcipue
„non poſtrema ſit virtus ſobrie
„quam nos Apoſtolus adhortat
„Proinde ne dormiamus, ſicut
„teri, ſed vigilemus & ſobrii
„Et ne inebriemini vino, in quo
„eſt; ſed impleamini ſpiritu, &c.
„beatus Petrus ſuccinctis nos
„mentis noſtræ ſobrios ſperare
„Quam quidem ſobrietatem
„in multis locis extollit, ac
„a mulieribus exigit. Non
„commeſſationibus & ebrietatibus
„bulare nos docet, quibus
„laſciviæ adhærent, ſed hoc potius
„induamus Dominum Jeſum Chriſtum

„& carnis curam ne agamus ad con- Sæc. XVIII.
„cupiſcentias. Quin & hoc conſtat, A. C. 1734.
„nihil magis ad vitæ diuturnitatem ac
„ſanitatem pertinere, quam modera-
„tum edendi & bibendi uſum, ex quo
„Spiritus vitalis potius roboratur, quam
„ſuffocatur. Paucis enim natura hu-
„mana contenta eſt, quam ſi plus quam
„neceſſe ſit, obruere velis, aut noxium
„erit, quod ingurgitaveris, aut ſaltem
„injucundum. Teſtantur hoc mona-
„chorum ac monialium exempla quo-
„tidiana. Illi ſiquidem ob abſtinen-
„tiam ac ſobrietatem vitæ ad æternam
„perveniunt ſenectutem: quod quidem
„foret impoſſibile, ſi edendo potius, ac
„bibendo aſſidue operam darent. Sane
„ſi etiam quotidie carnibus veſci velle-
„mus, facultates noſtræ haud qua-
„quam tantis ſuppeterent ſumptibus.
„Sexaginta enim & ultra ſumus, fa-
„miliamque copioſam agri & pecoris
„cauſſa alere cogimur, quam plane car-
„nibus exſaturare neceſſe eſt, quum in-
„terim nos herbis, lacticiniis, plumen-
„tariis & reliquis vilioribus ſuſtentemur
„eduliis.„

„Verum enim vero nobis hic obiter
„& orationes longiores ac vigiliæ ob-
„jiciuntur. Ceterum nec hic nos ab-
„errare credimus, licet quidam nos
„fatuas ideo ac ſtultas appellent, quod

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„non secus ac rusticæ tota fere n
„clamore ac campanarum sono o
„bus vicinis molestæ simus. I
„præterquam quod Christus nos
„per orare jussit, licet etiam b
„orationes esse voluerit, Apostolus
„multis in locis orare, psalmos c
„ac vigilare jussit, inquiens, pr
„*instetis*. Et iterum: *Obsecrationi*
„*vigilantes in ea cum gratiarum*
„Rursusque vult, ut loquamur
„ipsis per psalmos & hymnos,
„ut cantiones spirituales in corde
„cantemus, Dominoque in o
„gratias agamus. Et alio loco:
„*hortor igitur, ut ante omnia fiant*
cationes, obsecrationes, interpel
gratiarum actiones. Et docete com
que vos invicem cantionibus &
& cantilenis spiritualibus, cum gra
nentes in corde vestro Domino. Porro
„vigiliis Salvator ait. *Vigilate,*
„*nescitis, qua hora Dominus vester*
„*turus sit.* Et ne id de animi cura
„tum ac sollicitudine, sed etiam de
„porali vigilia dictum putetur, ait
„discipulos: *Vigilate, & orate, ne*
„*tretis in tentationem.* Rursusque: *Vi*
„*gilate, omni tempore orantes.* Et Apo
„stolus: *Vigilate, state in fide, viriliter*
„*agite, estote fortes, omnia vestra*
„*charitate fiant.* Et iterum: Ne

„miamus, ſicut & ceteri, ſed vigilemus & „ſobrii ſimus. Et mox: *ſemper gaudete,* „*indeſinenter orate, in omnibus gratias* „*agite.* Et beatus Petrus: *Sitis igitur* „*ſobrii, & vigilantes ad orandum.* Ac „rurſus: *Sobrii eſtote, vigilate, quoniam* „*adverſarius veſter Diabolus tanquam leo* „*rugiens obambulat, quærens quem devo-*„*ret.* Sane, patres conſcripti, ſi je-„juniis, vigiliis ac orationibus corpus „macerare & affligere peccatum eſſet, „perquam facile a talibus abſtinere „poſſemus delictis, inſtar æmulorum „noſtrorum, qui ſe diu noctuque in-„gurgitare non deſinunt, ac illud in „ore habent: Edamus & bibamus, cras „enim forſan moriemur. Verum „quum ſciamus, carnem adverſus ſpi-„ritum concupiſcere; ſpiritum autem „adverſus carnem, & qui Chriſti ſunt, „eos carnem ſuam cum affectibus & „concupiſcentiis crucifixiſſe, neceſſa-„rium ducimus, ut illam per inediam, „labores, & vigilias domemus, ſpiri-„tuique reddamus obedientem, quo non „ſemper in terrenis obambulemus; ſed „etiam mentes noſtras ad cæleſtia va-„leamus extoliere. Vere enim ſi in „hac vita tantum ſpem in Chriſto fixam „habemus, maxime miſerabiles om-„nium hominum ſumus.„

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„Ceterum quæ nobis de habitu
„silentio cum reliquis quibusdam
„nutiis objiciuntur, digna no
„ut diluantur, quum omnis
„dummodo sit honestus, Chri
„deceat mulieres: quæ etiam,
„plurimum garrulæ censeantur,
„melius quam silentii pœna plec
„sunt, si saltem pax & concordia
„eas conservari debeat. Comm
„nim contrariis curantur. Nam
„in commune vivimus, & bon
„inter nos publicamus, ex
„facimus Apostolico.„

Proinde jam ad virginitatis
„deveniamus & continentiæ, q
„ibi tota fere litis dependet
„versia. Nam si illam abjicer
„conculcaremus, proculdubi
„ac fideles censeremur mulieres.
„rum longe Deus avertat, ut,
„illi semel verbis promisimus,
„reipsa abnegemus, utcumque
„male audiamus. Scimus, h
„bile esse inter omnes conjugum
„cubile impollutum, quum &
„ipse nuptias sua præsentia hon
„Ceterum divina institutione
„virginitatem nequaquam
„esse concedemus, quum
„lorum spontanea castratione
„possit, & Apostolus omnes

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„esse cupiat, ut ipse erat, & haud obscure „ostendat, quid magis conducat, dum ait: „Bonum est homini, uxorem non at„tingere: Et, de virginibus præce„ptum se non habere; Bonum tamen „homini sic esse, & si solutus sit, ut „haud nubere quærat, quoniam divisa „sunt hæc duo, mulier & virgo, quum „nupta curet, quæ mundi sunt, & „quomodo viro placere possit; innupta „vero, quæ sunt domini, ut sit sancta „cum corpore & spiritu. Ac mox sub„jungit: Itaque, qui non elocat virginem „suam nuptui, bene facit: Attamen „qui non elocat nuptui, melius facit. „An hic obscure ostendit, quidnam sit „bonum, quidve melius existat? Ce„terum adversarii nostri castitatem non „omnibus a Deo esse datam, ac adeo „nec ab omnibus servari posse asserunt. „Sed esto: non sit omnibus data; non „tamen omnibus est negata. Ve„rum unde repente hæc pro nobis sol„licitudo emersit, cum in reliquis cun„ctis nulla nostri cura habeatur? Sci„mus in mortali nostro corpore ac carne „nihil nisi peccatum habitare, nec nos „viribus propriis cogitare aliquid, imo „nec velle, minus vero perficere posse, „nisi gratia & dono Dei, qui quum nos „prædestinavit secundum propositum „ipsius, & vi ejus fiant universa, pot-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„est etiam in nobis agere, non sol
„ut velimus, sed ut efficiamus pro
„animi proposito. Omnia enim per
„stum, qui nos roborare valet, p
„mus, etiamsi ex nobis ipsis n
„quam idoneæ simus, ut vel quid
„boni cogitemus. Nam dives est
„virginis, & omnium bonorum
„tor, licet multis videatur abje
„pauper, ac ideo nos instaurare
„cire, roborare & stabilire v
„quod ore promisimus, opere
„perficiamus, non solum quan
„carnis pertinet integritatem,
„puritatem mentis. Nobis igitur
„hæc supervacua relinquatur,
„aliqua ex nobis nubere, aut
„rium relinquere satius esse do
„niam vos ita præcipitis, j
„vultis, abeat, discedat, nubat
„que carnali fruatur libertate: Sed
„interim petimus, ut nulla invi
„jam factum est) abstrahatur, a
„bere cogatur. Sed Lutherus
„quiunt, manifeste ostendit, m
„momenti esse castitatem, aut
„observationem tam impii. V
„cur ille aliud diceret quam
„Nos autem haud quaquam in
„juravimus verba, præcipue ubi
„solum contra manifestam pugnat
„pturam, sed omnes antiquos & sa

„condemnat doctores. Longe igitur „magis nobis persuadet Tertullianus „ille auctor tam antiquus, Cyprianus „martyr glorioſus, Hieronymus ſacer, „Auguſtinus venerandus, Ambroſius „celebris, Nazianzenus doctus, Chry„ſoſtomus aureo oris flumine excellens, „Fulgentius pius, ac plures alii: qui „omnes uno ore ex diametro cum Lu„theranorum pugnant dogmate: nec „ſolum opiniones ſuas ex propriis, ac „humanis confirmant rationibus, ſed „plane cum divina ac minime detorta „corroborant ſcriptura, quemadmodum „legere volentibus abunde patebit: nos „enim jam brevitati ſtudere cogimur. „Et profecto ſi matrimonii ſtatus tam „perfectus fuiſſet, forſitan & Chriſtus „ipſe, qui in omnibus extitit perfectus, „a nuptiis haud abſtinuiſſet. At ille „non ſolum cælebs remanſit ipſe, ve„rum etiam a pura virgine naſci voluit. „Unde & beatus Hieronymus inquit, „virginitatem voventibus non ſolum „nubere, ſed & velle damnabile eſt, „quum Apoſtolus manifeſte eas rejiciat „viduas, quæ cum laſcivire incipiunt, „adverſus Chriſtum, nubere volunt, „habentes condemnationem, quod pri„mam fidem (id eſt, caſtitatis votum) „irritam fecerunt. Et ideo virgines, „quæ poſt conſecrationem nupſerunt,

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„non tam adulteras, quam incest
„cat. Si igitur Christi esse corp
„carnem nostram cum affectibus
„cupiscentiis crucifigere cogimur,
„spiritu vivere quærimus, contr
„carne spiritu incedere est nec
„haud quaquam dicere: Edamu
„bamus & ludamus, cras enim
„tan moriemur.„

„Verumtamen quod adversa
„non ideo ægre ferunt, nos a
„abstinere ac in claustris re
„quia bene nobis velint, aut q
„lutis nostræ curam aliquam g
„vel inde liquet, quod quam
„subdolis suis verbis ac consiliis
„alicui persuadent, ut relicto
„rio ad sæcularem redeat vitæ
„amplius de illa sunt solliciti, ut
„quam ei opem affere conantur.
„sufficit eis, si tantummodo ex
„tur a claustris, minime cura
„quidquid inde sequatur: Hinc
„rum illarum querelæ, quibus
„tidem deceptas ac circumventas
„mitant. Hinc desperationes
„rendæ, ac corporum prostitu
„blica & nefanda, quam profe
„sine amarissimis lacrymis rec
„sumus, quum audimus, va
„Spiritui sancto dedicata, ad eam
„venire immunditiam, ut publice

„nium expositæ sint spurcitiei & libidini. Sæc. XVIII.
„At interim Christiani illi viri suavissime A. C. 1734.
„cavillantur & rident, asserentes,
„quum satis superque pergræcatæ fue-
„rint, eas tandem ultro desituras, pes-
„simamque meretricem optima moniali
„esse meliorem. Hæc est vera homi-
„num illorum & Christiana charitas,
„& si illis credimus, sacris literis etiam
„confirmata & comprobata, Publicani
„enim, inquiunt, ac meretrices præ-
„cedent eos in regnis cælorum. Sed
„interim de pœnitentia silent. Ac uti-
„nam mulieres illas pœniteret! non
„amplius enim publice corpora sua
„prostituerent, & meretricio nomine
„essent indignæ. Sed non ignoramus,
„quid eos ad tanta impellat facinora,
„nempe malæ conscientiæ reatus ne-
„quaquam obscurus. Vellent enim,
„ut cuncti eorum vestigia sequerentur,
„ac omni Dei timore abjecto, hone-
„stateque publica conculcata, disciplí-
„naque severiore contempta eorum in-
„star debaccharentur, quo vitia sua,
„quæ nulla ratione excusari possunt,
„multorum delictis contegere possent.
„Sed & illos præcipue cruciat, quod
„vident, sexum infirmiorem longe vi-
„ris tam præstantibus esse fortiorem,
„stabiliorem, continentiorem. Qua-
„propter alienam virtutem in suam ac

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„propriam accipiunt contume
„Tametsi eos Mammon interea so
„tare non desinat, siquidem spe
„se hoc pacto ad monialium exp
„rum aut deceptarum bona aditu
„patefacere posse, quæ etiam spe
„devorarunt, ut quæ illis per vim
„mantur, eis nefande accrescant,
„habita ratione, sit ne hoc justum
„honestum necne. Nullum igitur
„jus vitium esse censent, quan
„nos bona monasterii non publica
„ac quemadmodum ipsi fecerun
„pauperum conferamus usum.
„Deum immortalem, quænam ea
„liberalitas? Tradiderunt mon
„nequaquam sua pauperibus, sed
„ditione, ut ipsi ab omni subl
„egestate & inopia non solum
„& vestitus, sed etiam, ut pecu
„mensa remunerentur, ut sive
„velint, seu cælibes remanere, ha
„unde lautissime vivere queant.
„hæc est in pauperes collatio, au
„tius pauperum spoliatio, cauper
„que nefanda, si ea, quæ illorum
„sunt, vendere, ac interim de
„tione pauperibus facta gloriari
„Etenim si pauperibus bona
„querent, quid ipsi, postquam
„tum ac disciplinam abjecerunt
„sticam, faciunt in monasteriis,

„noctuque, nihil aliud agentes, quam „quod vino & gulæ indulgeant, ut de „aliis turpioribus ſileamus, præcipue „ii, qui ſani ſunt, ac ad laborem ad„huc validi, quum Apoſtolus eum, „qui operari non vult, manducare quo„que prohibeat. Si vero verbis tan„tum tradiderunt, re autem minime „(quemadmodum & fecerunt) quid „attinet, eos tantopere gloriari in fa„cinore, quod nullo prætextu excuſari „poteſt? Etenim priusquam ipſi omnes „vita fuerint functi, omnia illa bona „devorabunt ac dilapidabunt, ita, ut „nihil tandem perveniat ad pauperes, „ac interim eſuriat egenus. Equidem „Patres conſcripti, non ſine magno „damno ac pauperum detrimento jam „experti eſtis, longe ſatius fuiſſe, mo„naſteria illa nequaquam ſub tam illi„citis conditionibus eſſe ſuſcepta, quam „tantis expenſis, quæ longe redditus „exuperant perceptos, turbam tam „immenſam alere & otioſam. Nec „dubitamus, ſi hæc facta haud fuiſ„ſent, quod nunquam eſſent eventura. „Exitus enim docuit, contractus tales „non ſolum rebus publicis utiles non „fuiſſe, verum etiam obfuiſſe pluri„mum. Sed nondum finis. Nec ſatis „illis erat, monaſteriorum bona dilapi„daſſe, niſi vaſa etiam ſacra ac reli-

Sæc.XVIII. A. C. 1734.

„quia-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„quiarum receptacula confregiſſent,
„ſtraxiſſent, devoraſſent: ſacras
„terea veſtes in uſus profanos, ac
„cipue in mulierum illarum, quas
„res vocant, abuſum vertiſſent:
„recte ac pie, tempus fortaſſis
„det. Quæ cum ita ſint, cur tam
„menter a nobis miſeris exigitur,
„omni calumniarum genere id
„ut ſi non ſponte, coacte tamen
„naſterium cum bonis ſuis tra
„& aliquando emigrare incip
„Sed quo tandem calamitoſæ
„gines, & omnibus ærumnis
„emigremus? Ad nubendum, in
„adverſarii noſtri, aut ad alii
„viendum hominibus. Sexagin
„mus, & amplius: ex quibus
„ſaltem ſeptuageſimum exu
„annum; ultra quindecim vero
„quageſimum exegerunt: ut
„de invalidis & ratione læſis ſile
„Et quo pacto illæ nubent, qu
„anilem ſenectutem pervenere?
„quomodo aliis inſervient? quam
„potius aliorum indigeant cura &
„vitute. Sed juniores, inquiunt,
„migrent, ubi vero reperient
„viros? At quid de ſenioribus
„Deus, ajunt, providebit.
„providit. Ita enim invicem
„mus, ut nulla alterius ope

„Sed non etiam iis (dicunt) qui in se- Sæc. XVIII.
„culo degunt, opera vestra prodest. A. C. 1734.
„Atqui si etiam in sæculo ageremus,
„nunquid omnibus opera nostra suffi-
„cere posset? aut sorores illæ nostræ
Christianæ non sunt, ut opera nostra
„sit inanis, aut eis minus debeatur?
„Facimus igitur quantum possumus,
„& nequaquam minori charitate invi-
„cem inservimus, quam si omnes in
„mundo degeremus, non solum com-
„monialibus nostris, sed & aliis pau-
„peribus ac indigentibus, quibus quo-
„tidie, quantum tenuitas facultatum
„nostrarum patitur, subvenimus: nec
„melioris apud nos conditionis ea cen-
„setur, quæ mille intulit aureos, quam
„ea, quæ nihil præter animum attulit
„promptum & obsequentem: de qua
„re, Patres conscripti, si lubet, eas
„interrogate sorores, quæ vi a nobis
„avulsæ, ac a monasterio sunt ab-
„stractæ: Et invenietis, qua animi
„promptitudine, charitate, ac unani-
„mitate inter nos vivamus. Speramus
„enim eas omnia vere & quemadmo-
„dum se habent prolocuturas: nec vos
„illis fidem negare potestis, quum
„partim vestræ sint filiæ, partim vero
„sanguinis vinculo vobis propinquæ.
„Proinde si ideo pertinaces videmur,
„& iniquæ, quia monasterium nostrum

„una-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„unacum bonis ſuis tradere & pati
„care recuſamus, nihil moramur, qu
„coram mundo habeamur ſceleſtiſſim
„quum Deus, qui eſt ſcrutator c
„dium, mentis noſtræ ſit inſpect
„recte inter pravum & bonum, ju
„& iniquum diſcernere noſcat,
„ideo potius perpeti valemus, ut
„vim expellamur, ac cuncta nobi
„jus mundi bona eripiantur, quæ
„ſponte turpiſſimis pactionibus contra
„tias noſtras prægravemus. Quid
„nobis prodeſſet, ſi totum etiam
„acquireremus, ac interim anima
„deremus proprias, ſtimulumque
„ipſis infligeremus perpetuum, a
„tam inureremus nunquam abolendam
„Quo pacto enim, quod non æ
„mus, poſſemus demoliri, aut
„noſtrum non eſt, proprii con
„gratia tradere? quum ea, quæ
„Deo ſunt dicata, amplius ad hum
„nos uſus redire nequeant. Cete
„ſi nobis per vim aliquid auferat
„ſecundum Salvatoris noſtri inſtitu
„nem paratæ ſumus non ſolum pa
„amittere, ſed & tradere tu
„Nihil enim in hunc mundum
„mus; nihil quoque nobiscum
„poterimus. Nec noſtra refert, a
„pterea contumaces reputamur, a
„arrogantes, quum nos hic conſcien

„noſtra nequaquam redarguat. Glo- Sæc. XVIII.
„rientur igitur adverſarii noſtri fictitia A. C. 1734.
„illa donatione ſua in pauperum uſus:
„Nos vero in Domino & in noſtra glo-
„riemur innocentia, utcumque male
„audiamus.„

„Ceterum quoniam paulo ante præ-
„deſtinationis incidit mentio, non abs
„re fuerit, proferre, quid de illa &
„libero ſentiamus arbitrio, nam & id
„quoque a nobis exigi videmus. Sci-
„mus igitur, quod non eſt volentis ne-
„que currentis, ſed tantum miſerentis
„Dei: & quod libertas arbitrii ſibi ſola
„ſine præſidio gratiæ ſufficere nequit.
„Omnia igitur ad divinam referimus
„gratiam, ſive inchoationis principia,
„ſive conſummationis extrema, ita ta-
„men, ut poſt acceptam gratiam, ſine
„qua nihil ſumus, officioſæ ſervitutis
„laborem aſſeramus, ac modis interim
„omnibus arrogantiæ crimen effugia-
„mus, quoniam quantum detrimenti
„eſt non laborare, tantum periculi eſt
„de labore præſumere. Semper ita-
„que laborem gratiæ ſubjicimus, ſem-
„perque laborem cum gratia ſociamus.
„Qui enim orare jubet, nequaquam
„ſtudium operandi excludit. Pulſare
„jubet, non ut fores claudantur, ſed
„aperiantur. Qui vero ſolam gratiam
„ſine operis & laboris exercitio, nec-

„non

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„non affectuum moderationem sum
„affirmat, nihil aliud astruit quam
„nemo oret, nemo vigilet, nemo
„junet, nemo indigentibus succu
„nemo misericordiæ opera peri
„nemo luxuriæ repugnet, nemo
„tui carnem subjiciat, nemo viti
„lum indicat, nemo humani g
„hostem crucis armatura repel
„contra ignea inimici jacula
„pectus exponat. Habeamus
„thesaurum hunc in vasis testeis
„virtutis eminentia sit Dei, & n
„nobis; si tamen induti & no
„reperiamur. Ac ideo libertate
„luntatis humanæ non penitus
„transgressionem extinctam esse
„sed attenuatam ac infirmatam
„tamen, ut per gratiam divinam
„difficulter resuscitari valeat.
„quod scriptum est: sine me nihil
„testis facere: & nisi Dominus
„caverit domum &c. Nemo ven
„me, nisi Pater traxerit eum, con
„milibus, contra Judæos & Pela
„norum arrogantiam, necnon
„qui solum in operibus eorum
„dunt, dictum est. Ad Christianos
„vero hæ pertinent voces: Operam
„bonum ad omnes. Et stabiles
„immobiles, abundantes in opere
„mini semper, quum scias,

„labor veſter non eſt inanis in Domino. Sæc. XVIII.
„Et, ne regnet peccatum in corpore A. C. 1734.
„veſtro mortali; ſed in novitate ſpiri-
„tus ambulate, illud ſcientes, quod
„vetus ille noſter homo cum Chriſto eſt
„crucifixus: Siquidem autoramen-
„tum peccati mors; donum autem
„Dei vita æterna. Et alio in loco:
„Mortificate membra veſtra terreſtria.
„Eratis enim quondam tenebræ; nunc
„autem lux in Domino, ut filii lucis
„ambulate, & abjiciamus opera tene-
„brarum, & induamur armis lucis,
„& carnis curam ne agatis ad concu-
„piſcentiam. Et luceat lux veſtra co-
„ram hominibus, ut videant veſtra
„bona opera, glorificentque Patrem
„veſtrum, qui eſt in cælis &c. non ut
„de ſolo labore præſumant, ſed cona-
„tibus ſuis aſſiduam & quotidianam
„Dei miſericordiam, & jugem gratiam
„implorandam eſſe ſciant. Neminem
„enim Chriſtus vult perire, ſed omnes
„homines ſalvos fieri, quoniam pro
„omnibus mortuus eſt. Generalis igi-
„tur præſcientia apud Deum de poten-
„tia naſcitur abſoluta: ſed nequaquam
„in cauſſa eſt, ut homines peccent.
„Aliud enim eſt præſcire, aliud vero
„prædeſtinare. Præſcientia enim ad po-
„tentiam, prædeſtinatio vero ad juſti-
„tiam pertinet. At quæ eſſet juſtitia,

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„hominem prædestinare, antequam
„tus foret? multumque justitiæ
„garetur & remunerantis gloriæ
„desides coronarentur, & labor
„condemnarentur. Nec ullam ca
„ad humanam carnem induendam
„stus habuisset; minus etiam
„necessitatem, si alii ad mortem
„ordinati, alii ad vitam jam
„stinati fuissent. Quid enim
„remedium agere potuisset,
„cuncta secula res humanas
„vetusta præfixisset? Vere enim
„causa peccati esset, si præ
„sua ad peccatum compelleret.
„vero scriptum est; Ego indura
„Pharaonis, &c. haud aliter
„gendum est, quam Ego illum
„tia & longanimitate mea in
„hominem evadere sinam. Ne
„Jacob dilexi, Esau autem od
„de personis dictum est, sed de
„bus duabus, ut hoc exemplo
„rum comprimeretur præsumptio,
„improbe de legis intumescebant
„ribus. Verum hoc admiratione
„gnum est, quod cum adversari
„omnia prædestinationi attribuit
„nitusque liberum a nobis tollit
„bitrium, interim tamen hos cogere
„volunt, ut contra voluntatem
„e monasterio emigremus, ac

„voto contempto rursus nos seculi im- Sæc. XVIII.
„misceamus negotiis. Si enim a Deo A. C. 1734.
„prædestinatum est, ut in monasterio,
„observato voto remaneamus, nec to-
„tus mundus nos inde extrahere qui-
„ret, nec nos, si vel maxime vellemus,
„contra vim fati emigrare possemus.
„Si vero præordinatum est, ut relicto
„monasterio ad sæcularem vitam re-
„vertamur: minime, etiam si contra
„nitamur, in monasterio tandem rema-
„nere valebimus, sed omnino aliquan-
„do emigrabimus. Ne igitur accele-
„rent, sed expectent, ac prædestina-
„tioni illi suæ totum committant nego-
„tium, quæ ultro & nemine adigente
„tandem ostendet, quid in fatis fuerit.
Nam vi quempiam ad rem aliquam cogere, non solum prædestinationi, sed fidei etiam contrarium existit, quæ quum donum speciale Dei sit, nulla violentia in hominum mentes penetrare potest. Si vero coacta fuerit, potius simulatio quam fides erit. Quidquid enim violentum est, durare nequit. Hypocritam igitur vis quempiam reddere potest; meliorem vero minime.

„Et profecto si videremus apud æ-
„mulos nostros fructus defectione eorum
„dignos, forsitan & nos desciscremus,
„ac ultro monasteria relinqueremus.
„Sed quum operibus plane ostendant,
„qualesnam sint, & olim etiam fuerint,

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„quamque ob cauſſam monaſteria
„lapſi rurſus ſe negotiis immiſceant
„cularibus; nemo tam hebes eſt,
„intelligat, quid eos ad hanc carn
„nequaquam ſpiritus, adigat
„tem. Ex operibus enim eorum
„ritas inquit, cognoſcetis eos.

„Ceterum quæ æmuli de noſtr
„riunt impatientia, reliquis a
„mus figmentis. Etenim ſi
„nia adverſa, quæ in homine
„poſſunt, & æquanimiter qui
„ravimus, nequaquam recuſamu
„cuncta iterum (ſi ſaltem po
„ret) ſuſtineamus. Sane tam
„in ærumnis noſtris enumera
„bitioſas eſſe haud deceat,
„tamen, Patres conſcripti,
„bona veſtra venia tantorum
„vel breviter meminiſſe licea
„quo vobis quidquam exprobra
„mur, ſed ut manifeſtum fiat,
„animi æquitate, quæ bonas
„dicatas decet virgines, adver
„noſtras ſuſtinuerimus, aut con
„mulum calcitare fuerimus au
„initium enim, quum Confeſſores
„ut vocant, expulſi ſunt, tole
„Ablata eſt nobis facultas a
„di: Toleravimus. Euchariſtiæ Sac
„tiſſimæ convivium nobis adempt
„ita ut quinque jam annis con

„ſanctiſſimo Chriſti corpore caruerimus: Sæc. XVIII.
„Toleravimus, non ſine ingenti tamen A. C. 1734.
„animi noſtri dolore, cum apud Tur-
„cas etiam & nationes barbaras libera
„Chriſtianis communicandi facultas
„relinquatur. Prædicatorem nobis at-
„tribuiſtis, qui omiſſo Dei verbo nihil
„aliud egit, quam ut aſſiduis nos laceſci-
„verit conviciis: Toleravimus. Soro-
„res tres per vim ac contra voluntа-
„tem earum ſunt extractæ: quod qui-
„dem non ſolum toleravimus, ſed &
„Deo egimus gratias, quod non etiam
„monaſterium totum ſit direptum, ſpo-
„liatum, & penitus everſum. Alia
„perſuaſa, a nobis emigravit, cui om-
„nia, quæ in communem uſum attule-
„rat, reddere fuimus coactæ: Tolera-
„vimus, & paruimus. Habitus con-
„ſuetus nobis prohibitus fuit: Tolera-
„vimus. Feneſtrarum clauſuras contra
„longævam & bonam conſuetudinem
„aperire coactæ ſumus: Toleravimus.
„Sororibus cum omnibus etiam ſolis,
„loquendi facultatem tribuere fuimus
„compulſæ: Toleravimus: ut interim
„prætereamus minas, injurias, ſanas,
„calumnias, deriſiones, etiam dum
„ſacros decantaremus hymnos: quæ
„omnia ea, qua potuimus toleravimus
„æquanimitate. Impoſuiſtis nobis tan-
„dem graviſſimum, tam ob vini quam

Sæc. XVIII. A. C. 1734

„cervisiæ potum vectigal, ita ut
„anno plusquam centum quinqua
„persolverimus aureos, ac ultra
„solvere jubeamur, cum interim
„men nobis nec ad victum sup
„necessaria: Obedivimus, nec un
„onus illud contra leges publica
„proclamavimus. Et tamen,
„placet, impatientes, & rebelles
„pellamur, quia potius cum a
„ac extrema victus penuria
„sterio perseverare, quam
„religione, neglectis votis &
„sionibus & gravata conscientia
„vire, ac non secus quam rust
„minæ passim discurrere, ac
„carnis libertatem vertere
„Verum quia novimus, has
„gentes adversitates non sine
„ciali fieri permissione, in
„animas nostras possidere
„quum tribulatio patientiam
„patientia vero probationem,
„autem spem, quæ non
„Quem enim diligit Dominus,
„pit, ac flagellat omnem filium
„recipit. Nondum talia
„mus, qualia Dominus &
„noster Christus, qui innocus
„tantasque sustinuit adversitates
„nas, tandemque pro miseris
„peccatoribus crudeli etiam

„peremptus. Is nobis concedat, ut Sæc. XVIII.
„in omnibus simus patientes, ac per A. C. 1734.
„tolerantiam curramus in proposito
„nobis certamine, quo tanti magistri
„sequamur vestigia, ac crucem nostram
„recte post eum portare valeamus. Ne-
„quaquam enim pares sunt afflictiones
„temporis præsentis ad gloriam, quæ
„revelabitur erga nos „

„Quum igitur Patres conscripti,
„totius vitæ nostræ verissimam, licet
„brevissimam, reddiderimus rationem,
„accusationique æmulorum nostrorum,
„quantum temporis angustia perpessa
„est, responderimus, rogamus, & vos per
„misericordiam Dei nostri obsecramus,
„ut non tam gravitatis, vestræ quam
„innocentiæ nostræ memores, adver-
„sariis nostris aures haud tam benignas
„præbeatis, nec hortulum hunc nostræ
„& Christianæ institutionis adeo tenere
„plantatum per feras has silvestres de-
„vastari sinatis: quandoquidem si vel
„minima charitatis scintilla, sine qua
„vera fides consistere nequit, in tam
„duris remaneret pectoribus, ab omni
„violentia, nedum calumniis & con-
„fictis abstineret criminibus. *Quis enim unquam audivit, fidem per vim aliquam infundi posse? ac ideo si etiam in quibusdam aberravimus, deceret tamen eos placidos erga nos esse, ac propensos ad do-*

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

cendum, quum malos etiam Apostolos ti-
randos, & cum mansuetudine eos erudi-
dos, qui obsistunt, jubeat, si quando
Deus pœnitentiam ad agnoscendam ver-
tem, quo resipiscant e Diaboli la-
capti ab eo ad ipsius voluntatem. Sa
„quidquam aliter quam decet, a
„actum est, non recusamus, qua
„rissime emendemur, ac graves
„ctorum pœnas expendamus.
„tis apud vos sorores a nobis
„ctas, illas interrogate, ab
„rate, an non cum Dei timore,
„ximi charitate ac omni ambi
„honestate. Non tacebunt,
„turpe viderunt seu audierunt.
„igitur neminem lædamus,
„tiam prosimus, nemini præter
„mendicando vel degravando
„vel injuriæ censeamur: per
„vos rogamus majestatem, ut
„vim a nobis arceatis, nec nos
„nissimis hominibus ludibrio
„tis, ut sine ulla culpa a mon
„expulsæ per mundum aberrare,
„panem mendicare, aut durios
„nobis consulere cogamur. Non
„cet hoc gravitatem vestram,
„conscripti: non majorum
„hæreditario jure acquisitam,
„pud multas nationes eam
„dis gloriam, ut omnia juste,

„ac honeſte peregerint. Horum vos „potius veſtigia ſequi decet, quam ſe- „ditioſorum hominum voces impias. „Quæ enim vos gloria manere poſſet „ob tam debilis ſexus injuriam? quæ „utilitas ex noſtris incommodis? quæ „demum laus ex tam violenta expul- „ſione? cum etiam Judæis & Saraceni „nis inter Chriſtianos habitandi non „denegetur facultas. Miſeremini igi- „tur noſtri, Patres, miſeremini, ut & „Deus vobis miſericordiam ſuam in ex- „trema mortis hora haud deneget. „Miſeremini calamitatis noſtræ. Mi- „ſeremini imbecillitatis fœmineæ, me- „mores, quod a mulieribus geniti eſtis, „& illarum ubera ſuxiſtis. Indignæ „ſumus, ut tam acerba patiamur. At „longe vos indigniores, ut talia per- „mittatis. Tandem ſi nihil preces no- „ſtræ, nihil tot vos lacrymæ com- „movent, conſiderate ſaltem, vos Ro- „mano ſubditos eſſe Imperio, Cæſaris- „que legibus ſubjectos, quas adeo „conculcatas & contemptas, nequa- „quam Imperator ipſe boni conſulere „poterit: Ac ideo ſi non ob commo- „dum noſtrum procurandum, ſaltem „ad incommodum veſtrum avertendum „mitius nobiscum agite, & vim tam „nefandam a nobis arcete. Quod ſi „nihil horum vos movebit, nec ulla „re-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„rerum humanarum cura tanget,
„omnia contemnetis. ſpernetis
„debitis, ad divinum tandem
„confugere compeliemur, illudque
„tam innumeras acceptas injuria
„vocare non deſinemus, nec
„mus, quin cæli numen, quum
„mana nos æquitas & auxilia
„tuunt, afflictis rebus noſtris
„aliquam ſit allaturum, quum
„quam magis ſit propinquum
„cum longiſſime abeſſe videatur
„enim Deus unquam firmiter
„ſperantem dereliquit, etiamſi
„animam ad inferum usque
„rit? Quemadmodum igitur
„Iſraeliticum, Dei auxilium
„tem e Pharaonis manu liberat
„nielem ex lacu leonum,
„ventre Ceti, omnes denique
„confugientes, & ſpem certam
„lius miſericordia potentes,
„bus adverſatibus eripuit: ita
„nobis calamitoſis, miſeris, &
„narum plenis virginibus
„divinam haud penitus
„certo certius novimus ac ſcimus,
„ſolum, ut ab omni violentia
„riis cunctis liberari poſſimus,
„ſub umbra alarum ejus
„imperterritæ in ævum
„leamus. Quod ſi aliter

„ſtati ejus viſum fuerit, aut peccata „noſtra nondum tot calamitatibus ſunt „expiata, fiat voluntas ejus, cui ſub„ſunt omnia. Nudæ de utero matris „ſumus egreſſæ: nudæ quoque in ter„ram revertemur. Dominus cuncta, „quæ habemus, dedit. Dominus & „auferre poteſt, cujus nomen ſit be„nedictum in ſæcula.„ Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XXX.

Varia Pietiſtarum fata.

Vix ullo alio tempore, quam hoc ſæculo in Auguſtanæ Confeſſionis agro plura factionum Zizania prodiere; Noviſſime in Hollandia ex orco prodiere duo Sectarum monſtra, quorum una Hattemiſtarum, altera Hebræarum nomen ſibi vendicat. Illa Parentem agnoſcit quemdam Pontianum de Hattem, ex cujus magiſterio Aſſeclæ propugnant, *nil eſſe peccatum, niſi illud, quod eſſe peccatum credatur:* Periculoſum ac nefandum hunc Spinoſæ errorem impugnabant acriter Hollandi Prædicantes, atque inter eos præcipue Jacobus Ferdinandus de Daverveld Ultrajectinus Præco, & Guilielmus Spandaw: Anno etiam priori per Ordinum Fœderatorum edictum Hattemiſtis, ne quocunque loco conventicula haberent, ſevere

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

ſevere inhibitum eſt, nec illi in ... tolerantur civitate; nihilominus tam... non paucos, qui huic ſectæ clam ... dicti ſunt, in Hollandia reperire ... Altera Hebræarum ſecta potiſſimum ... mulierculis conflata eſt, quarum ... ceps erat, Maria de Vos: Præcipu... ſedem habent Lugduni Batavorum ... ſingulis diebus Dominicis haud ... ab Eccleſia S. Petri conveniunt, ... earum una ceteris doctior ex ... circa hebraicum quemdam S. Scripturæ textum hermeneutica oracula ... facundia ſeu garrulitate muliebri ... fundit: Ceterum præcipua earum ... nio, quam tuentur, eſt, quemlibet Chriſtianum ad addiſcendum idioma hebraicum eſſe obſtrictum; de ceteris ... reliquos Religionis articulos plura ... ſus abſona profitentur; nec id ... ubi fidei depoſitum levitati ac arrogantiæ mulierum committitur.

Præterea inſuperhabitis Principum edictis Pietiſtarum & Diepeliſtarum ſecta latius ubique graſſabatur, faventibus ipſis Proteſtantium Theologorum non paucis: Eapropter præcipue ... Suecia Prædicantes juncto conſilio ... hujus factionis excidium conjunxerunt, ac ipſum Regem adeuntes, eidem expoſuere; hanc ſectam Quietismi venenum craſſiſſimo fanatismo permixtum

co

continere, suaque errorum peste jam plurimas infeciſſe Regni Provincias; nil ergo magis neceſſarium eſſe, niſi ut periculoſis hujus mali progreſſibus tempeſtive auctoritate Regia obviaretur: Nec eorum votis deerat Rex Fridericus, qui habito conſilio cum Ulrica Eleonora Regina pollicitus eſt, ſe nihil eorum prætermiſſurum, quæ ad extirpandam hanc novationem opportuna viderentur: Enimvero in comitiis proximi anni die vigeſima Martii ſeveriſſimum edictum contra Pietiſtas in toto Sueciæ Regno promulgatum ſtatutumque eſt, nullum ex hiſce Sectariis deinceps in Regno tolerandum. Nec benignius fatum hi in aliis Proteſtantium Provinciis ſubiere; cum enim in Hildesheimenſi ditione Alfeldienſis Eccleſia ſuo Paſtore orbaretur, & populus in Succeſſorem expeteret Grunetrum Halberſtadienſis cujusdam pagi Prædicantem, Hanoveranum *Conſiſtorium*, ut vocant, illum utpote de Pietismo ſuſpectum rejecit. Hujus excluſionem Angliæ Rex ac Hanoveranus Elector datis Anno 1739. die trigeſima prima Julii ad Conſiſtorium literis omnino ratam habuit, eoquod jam antea Regis edicto ſtabilitum eſſet, non alios quam indigenas ad vacantes Eccleſias eſſe nominandos, eoquod in Brandeburgica

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

ditione

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

ditione Prædicantium potissimi Hal[illegible] studiis vacarent, & plerumque Pie[illegible] mi principiis ibidem haustis imbu[illegible] essent. Insuper Rex Consistorio pr[illegible] cepit, ut contra hos Sectarios, eorum[illegible] que errores Regia decreta exacte [illegible] servaret, nullumque de hac secta [illegible] spectum, ad Pastorale munus adm[illegible] teret, exclusis etiam omnibus, [illegible] Hallæ Scholas frequentarunt, nisi eo[illegible] a Pietismo immunes esse certo constet. Hoc item anno die octava Junii idem Angliæ Rex invalescente hac Secta severius edictum promulgare con[illegible] est, quo separata conventicula, fa[illegible] tica & Enthusiastica dogmata, & [illegible] cum Pietismo connexa scripta & actio[illegible] nes severissime prohibentur, [illegible] nonnulli sub prætextu, quod cum ce[illegible] teris utpote gravissimis peccatoribus communicare non liceret, sese a pu[illegible] blico Dei cultu segregarent, in Sacra[illegible] mentorum administrationem contume[illegible] liosa verba evomerent, privatas Con[illegible] fraternitates erigerent, plurima con[illegible] venticula haberent, Sacram Cœnam sub nomine agape seu *amoris conviv[illegible]* indecenter celebrarent, doctrinas Re[illegible] publicæ nocivas spargerent, plurique alia haud toleranda molirentur. Mi[illegible] tius non nihil in Dania habebantur Pie[illegible] tistæ; quippe Christianus VI. Rex an[illegible] pri-

prioris die septima Octobris in omnibus Ecclesiis edictum promulgari jussit, in quo Prædicantibus præceptum, ut a dicteriis & declamationibus contra Pietistas abstinerent, exactius tamen puram doctrinam ad normam Confessionis Augustanæ proferre satagerent, secus prima vice quinquaginta, altera vice centum thalerorum, ac tertio demum officii privatione plectendi. Pariter Mense Martio Anno 1734. Holsato-Gottorpiensis Dux Prædicantibus injunxit, ut vel deviorum *conversioni vel extirpationi damnandi ac pernicioſi Atheismi, & abominandi ac maxime noxii Pietismi* serio incumberent: Ne vero ulla occasione, qua edictum contra Sectarios edebatur, Catholicis parceretur, Pseudo-Episcopus Londinensis hoc item anno ad omnes suæ Diœcesis Prædicantes epistolam encyclicam emisit, in qua eos serio hortabatur, ut omnem opem & operam impenderent, ne Catholici in Anglia numero crescerent, indeque Anglicanæ Ecclesiæ præjudicium inferretur: Eo fine Parlamentum quoque instigabat, ut nova edicta contra Catholicos ederet. Magis tamen humana sibi in Protestantium ditionibus Catholici cultiori hoc sæculo ex mutuo Christianæ tolerantiæ usu pollicentur.

Sæc. XVIII. A.C. 1734.

§. XXXI.

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

§. XXXI.

Instructio Pastoralis Episcopi Montpessulani a summo Pontifice proscripta.

Jam sæpius memoratum, quod Co-
lus Joachimus Colbert de Cr
Montpessulanus Episcopus insuper
bitis frequenti Papæ, Regis & Cl
Gallicani monitis, precibus ac mi
non modo Constitutionis acceptatio
sese incredibili pertinacia oppo
sed etiam ad ipsorum quoque fana
rum, & Enthusiastarum patro
nimis abjecte descendens, hoc
instructionem Pastoralem publici
fecisset, qua fidelibus suæ cur
missis confictum quoddam pro
per intercessionem (ut ipse ajebat)
cisci Parisii in sua Diæcesi an
bat. Cum autem summus Pontifex
dita Constitutione anni prioris die
tia Octobris cuncta hujus Episco
quem *sanæ doctrinæ & unitati Eccle-
sticæ infensissimum* appellat, scripta da
nasset, & eodem anno Embrodu
sis Archiepiscopus contra eum
libellos vulgasset, hinc infelix hic Epi-
scopus tam adversus hanc Papæ epi
stolam, quam Archiepiscopi scriptum
eadem sua Instructione populum (

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

scribere præsumpsit) *præmunire* satagebat: Tantam temeritatem hucusque in Catholico Præsule non auditam Pontifex inultam pati haud poterat, quapropter ejus Instructionem Cardinalium ac Theologorum examini subjecit, eorumque audita & ponderata censura, ut pro commissa sibi cura Pastorali Dominicas oves a noxiis pascuis præservaret, præfatam Epistolam Pastoralem sub quocunque idiomate vel versione impressam aut descriptam, hoc anno die undecima Octobris edita Constitutione Apostolica damnavit, eoquod contineret propositiones *respective falsas, scandalosas, simplicium seductivas, perniciosas, temerarias, contumelios as, Auctoritati sanctæ Sedis, & universæ Ecclesiæ derogantes, impias, schismati, schismaticis, & hæresi faventes, de hæresi suspectas, erroneas, & hæreticas.*

Insuper sub pœna anathematis Papæ reservati prohibuit, ne damnatum hoc folium a quocunque legeretur vel retineretur, sed statim locorum Ordinariis vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus consignaretur: Quam damnationem & prohibitionem Pontifex etiam ad quodcunque aliud ejusdem pravitatis scriptum ab eodem Montpessulano Præsule editum vel edendum extendi voluit.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XXXII.

Aliæ Clementis XII. Constitutiones ac decreta.

Equidem Pius IV. & postea Clem. die undecima Junii Anno Societatis Provincialibus in par Indiarum ad viginti annos concessa ut eorum Missionarii in gradibus prohibitis consanguinitatis & affinitatis ad contrahendum matrimonium dispensare possent: attamen hoc anno curator Generalis exposuit, hoc cessionis tempus jam dudum esse rasse, & dubium esse, an non Missionarii hanc facultatem innovatam rati, dispensarint, hinc Papa monia post expirationem termini contracta revalidavit, & pro contra dis (excepto tamen primo gradu sanguinitatis) gratis dispensandi & censuris & pœnis in foro conscientiæ tantum absolvendi facultatem die Septembris dedit, si Ordinarii non sint, vel ultra duas diætas existant. Insuper die tertia Decembris Pontifex ad implorandam Dei opem pro pace inter Principes Christianos aliisque Ecclesiæ necessitatibus Jubilæum universale indixit. Amplissimas quoque indulgentias Ordini Servorum B. M.

Mariæ ad preces Petri Mariæ Cardinalis Pieri ex præfato Ordine assumpti concessit, & ejus Superioribus Sacra indumenta, & propriæ Ecclesiæ, in quibus sancta unctio non intervenit, vasa benedicendi potestatem fecit. Hujus autem Pontificiæ liberalitatis causas Pontifex exposuit sequentes, quod hic Ordo a suis primordiis ad hæc usque tempora Catholicæ Ecclesiæ admodum utilis, & fructuosus exstiterit, & dilecti Filii ejusdem Ordinis Fratres quamplurima Christianæ pietatis & charitatis opera sedulo exercuerint, & præsertim in æterna Christifidelium salute procuranda assiduos labores alacriter susceperint, ac denique quia *erga dictum Ordinem* (ut inquit Pontifex) *Nos peculiarem devotionis affectum semper gessimus, ejusque Ordinis Protectoris munus olim a bonæ memoriæ Nereo, dum viveret ejusdem S. R. E. Cardinale Corsini nuncupato Patruo nostro obtentum, dum Cardinalatus honore fungebamur, per plures annos egimus, & ad summi Apostolatus apicem, divina favente clementia assumpti, quoad vivemus, retinere duximus. quique quando Deo placuerit, vita functi fuerimus, ad illud obeundum dilectum etiam Filium nostrum Nereum dictæ S Ecclesiæ Diaconum Cardinalem etiam Corsini nuncupatum secundum carnem ex* Sæc.XVIII. A.C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734

Fratre Germano Nepotem per literas Apostolicas, auctoritate Apostolico deputamus.

Denique die decima Novembris sceleratissimum librum Gallicum, cui titulus: *Jesus Christus anathemate percussus* S. Inquisitionis decreto damnavit, die vigesima septima ejusdem Mensis ante fores Ecclesiæ S. Mariæ supra Minervam ferale pegma erigi jussit, indemque infernalem hunc diabolici ingenii fœtum infamibus flammis carnificis manu absumi præcepit.

§. XXXIII.

Alexander de Falconeriis mortuus.

Inter Cardinales, qui hoc anno Purpuram cum morte commutarunt, primus erat Alexander ex pervetusta juxta ac illustrissimo Falconeriorum genere ortus. Humanioribus literis Romæ imbutus, Theologiæ & Jurisprudentiæ tam sedulo incubuit, ut Doctoratus lauream emeritus, suæ quidem obsequia sacræ Sedi dicare statueret, nullum tamen officium ambiret; brevi autem amplioris meriti rationem habuit Innocentius XI. a quo Alexander primo Congregationi de bono Regimine, ac postea alteri, quæ Consulta nominatur, admovebatur, demum vero

ab Innocentio XII. Cameræ Apoſto- Sæc. XVIII.
licæ Præſes dictus: Tria hæc munera, A.C. 1734.
quantumvis inter ſe vel maxime diſſimilia uno tamen tempore Falconerius rara prorſus induſtria, ac ſumma integritate obibat. Singularis etiam in eo elucebat imperterriti animi fortitudo; quocirca Clemens XI. perarduam ei provinciam demandabat; quamplurimi enim perditiſſimæ vitæ homines nefaria ſocietate conjuncti, eo tempore in Latio, & Neapolitani Regni finibus impune graſſabantur, ac viatoribus vicinisque oppidis admodum infeſti, per latrocinia, cædes & rapinas vitam tolerabant. Pontifex ergo coercendæ horum temeritati intentus, præ ceteris ſelegit Falconerium, qui etiam trecentis militibus & centum Sbiris ſtipatus intra breve temporis ſpatium viarum ſecuritatem reſtituit, & graſſatores æqua judicii ſeveritate, promeritisque pœnis delevit omnes. Inde Romam reverſus, inter Auditores Rotæ Romanæ relatus eſt, poſtea ad illam Congregationem aſſumptus, quæ ad recognoſcendos computus illorum, qui pecunias ad belli apparatum ſuppeditatas adminiſtrabant, deſtinata erat: Eo in munere tanta ſeveritate, juſtitia, & dexteritate eminuit, ut Pontifex Virum ad majora

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

natum expertus, illum Romanæ
bis Gubernatorem diceret: Enim
Alexander in adminiſtrando hoc
conſueta utebatur ſeveritate, quæ
men non aliis, quam ſceleratis
erat; cum enim infima fex populi
mani ad tantam morum licentiam
laberetur, tamque multas, mag
que inter ſe contentiones haberet,
intra ſemeſtre plusquam trecenti
tim graviter vulnerati, partim
mane trucidati in plateis reperiebantur.
Falconerius ad reprimendam
petulantiam ſaluberrima condidit
tuta, in reos debita auſteritate
vertit, nullique crimini, ſepoſita
conditionis aut ſtatus ratione,
hominesque audacia furentes,
lus anhelantes ex Urbe ejecit,
intra exiguum temporis ſpatium
pulſis flagitioſorum monſtris Rem
cam relevavit: qua re proterv
quidem invidiam ſibi accerſivit,
mam tamen ſibi nominis exiſtima
nem & laudem apud morigeros
paravit. Ea inſuper inclaruit
tia ac dexteritate, ut ex omni
iisque graviſſimis controverſiis
ei non raro Magnates, vel Regis Mi
niſtris addicti movebant, ſeſe
ac non ſine laude explicaret: Jam
ptimum annum in tam arduo, tot

periculis ac moleſtiis obnoxio munere exegerat, quin adhuc de laboris præmio jam dudum promerito ſpes affulgeret; tandem vero Benedictus XIII. æquiſſimus meritorum æſtimator digniſſimum hunc Præſulem jamjam ſexaginta octo annos natum Romana Purpura, & prædivite Abbatia de Claravalle unacum ſeptem aureorum millibus honoravit: Augebatur inſuper pluribus Cardinalitiis Congregationibus, in quibus rara ſuæ integritatis, ſapientiæ, ac juſtitiæ ſpecimina edidit, atque in Congregatione Epiſcoporum & Regularium cauſſam FF. Laicorum Ord. Carmelitarum Excalceatorum, quorum ſingularis erat fautor, ſtrenue promovit, donec Benedictus XIII. re ad ſeveriorem trutinam revocata, die vigeſima ſecunda Junii anno hujus ſæculi vigeſimo octavo decideret, hos Fratres ad officia domeſtica omni tempore obeunda adſtringi, eosque haud amplius in ullo Tribunali eſſe audiendos, quam Benedicti XIII. Papæ deciſionem Clemens XII. die octava Martii anno ſeptingenteſimo trigeſimo primo ſupra milleſimum Conſtitutione Apoſtolica confirmavit. Ceterum hic Cardinalis huic etiam Purpuratorum Congregationi accenſebatur, cui duodecim articulos a Noaillio Cardinale

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII A. C. 1734

propositos examinandi cura fuerat d
mandata: Eo fine frequens ei er
cum Cardinale Polignaco consultat
cujus tamen opinioni constanter r
stitit, circa totum Constitutionis negot
tium suam mentem paucis declara
consultius fuisset, ajebat, *in hac con*
versia nihil unquam actum quam mu
quid boni agere. Interfuit quoque Sa
cris comitiis, in quibus Clemens XI
in supremum Apostolatus honor e
vectus est; sua quidem suffragia Fal
conerium conferebant Cardinales
nonnulli, quo digniorem non crea
bant, utpote omnium judicio vir
prudentem, æquitatis studiosum, re
ctum, & longo rerum usu percelebrem.
Hispanæ tamen factionis Cardinal
obstitisse credebantur, qui in ej
miam carpebant severitatem: Acce
serat etiam privata, quæ ei cum Pol
lignaco intercessit, dissensio, cujus
origo erat hæc: Jusserat Franciæ Rex
Pollignacum, ut in Abbatis Gamachæi
Gallici Rotæ Auditoris mores & vitam
solerter inquireret, ac desuper ad Re
gem referret; cum ergo hic Cardinalis
Abbatem atris oppido coloribus de
pingeret, Falconerius Amici sui patro
cinium in se suscepit, hancque in rem
scriptum quoddam composuit, in quo
multa Gamachio perperam objecta
fol-

solide diluit: Inde autem enata est inter ambos Cardinales acrior verborum contentio, & diuturnior simultas: Protegebat insuper Coscìam in judicio exagitatum, ita tamen, ut illud patrocinium Purpuræ verius, quam criminis videri posset; ipse enim unacum Cardinale Judiceo libellum supplicem Pontifici porrexit, in quo Coscìæ causſam cum minori strepitu, & majori moderatione agi posse ostendit, idque Apostolicarum Constitutionum, Sacrorumque Canonum, quibus in Cardinalem nisi læsæ Majestatis reum acta judicii instrui vetitum, præscripto magis consonum videri, aliunde cum Cardinales præcipua Ecclesiæ, imo ipsius quoque Pontificis membra essent, quo uno tam fæde mutilato ipsum quoque Corpus deforme redderetur &c. Nec prorsus inane fuisse Falconerii patrocinium, patuit ex temperata sententiæ severitate: His aliisque præclare gestis tandem Falconerius Romæ paucorum dierum spatio lateris dolore & pleuritide consumptus, die vigesima sexta Januarii mortis violentiæ cessit, anno ætatis suæ septuagesimo septimo: Reliquerat testamenti tabulis tria aureorum millia *Prætendenti* ut vocant, Angliæ Regi, ejus Conjugi bis mille, & cuilibet ex ejus filiis mille quingentos

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII A. C. 1734.

aureos. Corpus ejus in Eccleſiam tra-
latum fuit S. Joannis Natio. Flo-
tinæ, ibique in Choro prope ar-
maximam in ſepulcro Majorum tu-
latum eſt, adjecto hoc elogio: di-
juſtitiam, & odio habuit iniquitatem.

§. XXXIV.

Didaci Aſtorgas Cardinalis

Sequentis Menſis Februarii die
eandem æternitatis viam ingre
eſt Didacus de Aſtorga & Ceſpedes
tione Hiſpanus. Hic pervetuſto
nere in oppido Gibraltariæ natus
pietatem, bonasque artes perdi-
das, ut primum per ætatem
egregie in Granatenſi Gymnaſio
cultus fuit, poſtea vero Theologiæ
Jurisprudentiæ incumbens, Cleri-
militiæ nomen dedit. Tanta apud
juvenis adhuc, erat illius exiſtima-
ut primo Epiſcopi Gaditani Vicarii
Generalis, & paulopoſt Septæ Epi-
pus renuntiaretur, ubi etiam Protec-
reri Cardinalis, qui tum apud Hiſpa-
niæ Regem gratia & auctoritate
rimum valebat, favorem & patrocinium
ſibi dextre conciliabat; nec
magno honoris proventu; quippe
jus Purpurati commendatione Didaci
a Philippo V. Hiſpaniarum Rege

Civitate Murciæ Quæsitor fidei assumptus est, quod munus cum ingenti prudentiæ & moderationis laude per plures annos obivit. Inde vero nominis sui fama tam amplis accessionibus excreverat, ut mortuo Cardinale Sala Barcinonensis Episcopus, & Molinesio Mediolani in carceribus extincto, supremus Inquisitor per universum Hispaniæ Regnum nominaretur, quam tamen dignitatem brevi dimisit, a Rege in Toletanum Archiepiscopum, & Hispaniæ Primatem nominatus. Nec his limitibus circumscripta erat festinata ejus felicitas; quippe præter ingentes divitias, & supremos honorum apices inter ornatissimos Præsules principem ubique locum habebat, & maxima apud omnes florebat auctoritate: Eminuit etiam singulari morum probitate, ac incredibili propagandæ Religionis studio, quo sibi Clementis XI. Papæ gratiam atque existimationem mirifice comparaverat: Indies etiam magis magisque provehebatur in gratia Philippi Regis, cui ab intimis consiliis esse jussus, negotium accepit, ut juncta S. Inquisitionis Hispanicæ opera, in omnia infelicis Alberoni Cardinalis molimina, quibus in Hispania agens, Regnum turbabat, sedulo inquireret, & de ejus moribus, ac vitæ genere ex-

Sæc. XVIII. A.C. 1734.

Sæc. XVIII. A C. 1734.

exactam relationem faceret: His m
datis obtemperaturus Astorga, q
tum hac in re explorare poterat, n
rate Regi referebat, simulque, q
que Romæ judicii acta in hunc
dinalem instructa processissent, s
cans, a Rege veniam petebat, u
cana a Marchione de Tolozza, d
sepho Patinho Regiis Ministris, rec
a P. Aubentono contra Alberoni
tecta Romam perscribere pos
nuit ejus precibus Rex, quo il
vicum I. Filium suum coronam
transferente, a novo Rege Didac
mus ejus Consiliarius est nomina
quam vero hic idem Ludovicus
adhuc anno sceptrum cum mo
mutaverat, Didacus interre
pore cum ceteris Administris
imperii moderabatur, donec Fer
dus Asturiæ Princeps fidelitatis
gium a Regni Ordinibus acc
Tot meritis claro deesse videbatur
prema Ecclesiæ dignitas, qua et
ad Philippi V. Regis preces die
ma Novembris augebatur, Purpu
rum Collegio a Benedicto XIII. a
ptus, Tum vero in eo clarius
resplenduit ardens Religionis
qui cum pietate in pauperes, d
genio in omnes tam fausto fœdere
junctus erat; ut non modo

acceptissimus esset, sed etiam Regi a confessionibus esse juberetur, nunquam ab ejus latere avulsus. Promovendi quoque Divini cultus studio accensus, in sua Primatiali Ecclesia Sanctissimi Sacramenti Sacellum immenso ac ferme regio sumptu ab imo exstrui curavit. Tandem dignissimus hic Præsul, suo exemplo de pietate, prudentia & Religione optime meritus, hoc anno Madriti decessit, sepultus Toleti in præfato Sacello. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XXXV.

Michaelis Friderici de Althann Cardinalis extrema.

Erat is Glacii in Bohemia utroque Parente illustrissimo natus: Genitor Comes Michael Wenceslaus, qui Leopoldo Cæsari a consiliis, ad Regem Sueciæ Orator, & Moraviæ Præfectus. Mater erat Anna Maria Comitissa de Aspremont, præstantissima ex Belgio Matrona. Ab his puer pie ac liberaliter institutus, primo in ampliſſima Paterna domo, dein in aula Cæsaris ad maximas spes adolevit, generisque sui claritatem virtutum nobilitate superavit. Annum agebat ætatis decimum octavum, dum in humaniorum literarum studiis probe exercitatus, Ro-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Romam mitteretur, ut in Semina
Romano ad rerum naturalium co
tionem, ac demum ad Theologiæ d
mata animum adjungeret. Vix
evolutis paucis Menſibus Viennam
vocatur, ubi legali etiam diſcipli
penſam navabat operam; quib
namentis excultus, cum inter Fr
ſuos natu minimus eſſet, propen
ſacratius inſtitutum indole, n
nactus idoneam Sacerdotio
luit. Porro Collegiis Pragen
muzenſium & Wratislavienſium
nicorum adſcriptus ſic enituit, u
in Romana Rota Sedes uni ex
niæ Nobilibus reſervata vacav
Cæſaris nominationem Michael
ricus admoveretur. Litibus
hoc Tribunali dijudicandis pr
per plures annos mirifica incl
tegritate. Paulopoſt pervetuſti Col
Boleslaviæ veteris ad SS. Cosm
Damianum Præpoſitus infulatus,
bas Topolczanus S. Petri, & in
Pragenſi Collegiatæ Eccleſiæ omn
Sanctorum Præpoſitus anno hujus
culi decimo octavo eſt renuntiatus.
rurſus Roma Viennam a Cæſare
ſitus, Vacienſi in Hungaria Epi
tui præficitur: Anno autem ſeq
nonniſi triginta annos natus, a C
mente XI. Papa in Sacrum Purpur

rum Collegium ſummo omnium applauſu & conſenſu adſcribitur. Ad id adjuverat potiſſimum commendatio Caroli VI. Cæſaris, qui non tam Perſonæ gratiam nec magis nobiliſſimæ familiæ merita, quam egregiam utilitatis ſpem de hoc Viro conceptam reſpiciebat: Pileolum, ceteraque Cardinalatus inſignia attulit Viennam præſtantiſſimus Præſul Sylvius Valenti, ipſe vero Imperator rubrum Piretum Cardinalis vertici maxima cum ſolemnitate impoſuit, eumque ſelegit, qui in exequiis Viduæ Imperatricis Eleonoræ Magdalenæ Thereſiæ Sacrum ſolemne decantaret: Demum hic Cardinalis Imperatori a ſecretioribus conſiliis eſſe juſſus, Cæſareus apud ſummum Pontificem Adminiſter dicebatur; quapropter unacum Cardinale Salerno Romam profectus, cum ſuæ familiæ ac Religionis Characterem, cultum ſcilicet Deiparæ Virginis mirifice ſibi peculiarem, & veluti a natura ingenitum haberet, in itinere Archetypam Lauretanæ Virginis Imaginem Cruce pretioſiſſimis gemmis ornata valoris quatuor florenorum millium decoravit, ac Cæſaris nomine votum nuncupavit, ut ſi Imperatrix maſcula prole fœcundaretur, ipſemet Sacras ædes inviſere, & piis muneribus ſuæ gratitudinis penſum ex-

Sæc. XVIII. A.C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

exsolvere vellet. Vix Romam a
nerat, cum illico Connestabilis Co
na, Burghesius & Sanctacrucius P
cipes Cæsareum hunc Legatum
plissimis donis honorare certarent.
autem vigesima sexta Augusti,
quam cum ingenti pompa solemn
Urbem ingressum celebraverat, a
tificis alloquium admissus, C
nomine Alvarum Cienfuegos ad P
puram, & Viennensem Eccles
Archiepiscopatum evehi petens. Ce-
terum ea fuit hujus Admin
in Cæsarem, ut quamvis
Sedi devotissimus esset, sui
tamen dignitatem & jura ad
intacta servare, totis viribus
quare merces ex Mediolanensi
veredariis equis allatas in
strari, ac literas ad se directas
gari non permisit; quamvis Inde
tificiorum Nepotum & Cardinalis
bani indignationem sibi tam
accerseret, ut eorum impulsu
querulas ad Cæsarem literas
Verum Cardinalis in sua agendi
ita se Imperatori, ac Viennensi
probavit, ut etiam ad vindicandam
juriam Alexandro Albanio, qui
Viennæ tanquam Papæ Nuntius
ordinem decretus agebat, tamdiu
cessus ad Aulam denegaretur, do
Pa

Pontifex viciſſim Althannio Cardinali alloquii copiam, a qua excluſus erat, denuo faceret. Ceſſit Pontifex, & Althannium ſingulari benevolentia ad alloquium admiſit, præſente ipſo etiam Albanio Romanæ Curiæ Præfecto: Reſtituta igitur priſtina concordia Cardinalis eo ſolertius Cæſaris juribus ac prærogativis invigilare cæpit, ac præprimis per ſuum Palatium pertranſire, Sbirris ſevere inhibuit, præcepitque, ut ante fores Eccleſiæ ad S. Mariam Majorem abſtractis Hiſpaniæ Regis inſignibus, illa Cæſaris appenderentur: Imperatoris etiam nomine jus Patronatus in Palæſtinæ loca firmiter Eidem aſſeri petiit, eoque titulo a S. Congregatione de Propaganda poſtulavit, ut ſententia contra quosdam Terræ ſanctæ Monachos ob malam bonorum adminiſtrationem pronuntiata mitigaretur. Ea res majoris contentionis argumentum exſtitiſſet, ni interveniens Clementis XI. obitus animos ad graviora diſtraxiſſet negotia; habitis enim ſacris comitiis Althannius nomine Cæſaris Purpuratos Patres pereleganti oratione allocutus hiſce interfuit comitiis, in quibus Cardinalis Paulucii, cui in prima ſcrutatione nonniſi duo deerant ſuffragia, feſtinatæ electioni fortiter obſtitit, eoquod nonniſi viginti octo Car-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

dinales tum Romæ præsentes fuit & quadraginta abessent: Electo nocentio XIII. Althannius in N polis Pro-Regem a Cæsare tus, hujus Regni investituram a mo Pontifice pro eodem Imper obtinuit, incassum reclamantibus spanis, Gallisque Oratoribus: igitur Neapolin profectus, Regis me honorum testificationibus, stiva universi populi acclamatione cipiebatur: Præclaro hoc mun tegro sexennio fungebatur, amor & impiorum terror, Pater, & populi delitiæ; eo clavum sedente, annonæ copia abundantissima, justum illius & frequentes ad populi delectam festivitates, scelerati furca fideles præmiis honorati, omnibus stitia ex integro administrata: prorsus mirificum est, quod Althan nius, dum fidem Cæsari servaret motam, reverentiam itidem Sedi debitam modis omnibus seferret; subortis enim dissidiis, & Regio Tribunali, *Collaterale* vocant, postulante, literæ Apostolicæ executioni rentur, nisi Regius præcederet sus, ipse imperterrito animo conatibus restitit: Aucta vero

tione

tione, ac in longius protracta, ipsemet luculentam typis edidit declarationem, qua ipsum Cæsarem perenixe rogabat, ut hujus Magistratus attentata pro innata sua pietate refrænaret. Omni etiam data occasione Cardinalis Ecclesiæ immunitatem pro viribus asserere & Catholicam fidem propugnare immoto studio conabatur: in primis etiam curis habuit, ut per schismaticorum ac hæreticorum errores irrogata Ecclesiæ detrimenta resarcirentur. Porro inter Melitensis Ordinis Equites adscriptus, a supremo Magistro magna Ordinis Cruce honoratus, atque a Neapolitanis Proceribus in censum primæ Nobilitatis accensitus est, demum post Innocentii XIII. obitum Romam profectus, Vaticanis interfuit comitiis, inde Neapolin redux a suprema Neapolitani Regni dictatura liberari a Cæsare petiit, obtinuitque; unde subrogato in ejus locum Augusto Thoma Comite de Harrach ipse iterum ad Regimen Vaciensis sui Episcopatus in Hungariam se contulit, sibique commissum gregem verbo & exemplo pavit, & ab Hæreticorum inquinamento egregie præmunivit: singulari quoque Zelo hæresis progressum in sua Diæcesi sistere adlaboravit; cum enim Protestantes in suæ sectæ favorem Cæsarea extor-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

sissent mandata, Ipse adversus ea pa-
lam reclamavit, & solemnem appe-
lationem suam ad summum Pontifi
Sacramque Sedem publicis Eccle
foribus affigi jussit, & quamvis Ce
ris indignationem propterea incurri
necnon Episcopalis mensæ reditu
tercepti fuissent, nil tamen a pris
Religionis fervore remisit, sed etia
quæ de facultatibus suis superfe
in pauperes Catholicos liberalissima
manu distribuit. Die autem decima
nona Junii, cum in Ecclesia Cathedra
Vespertinis horis intereesset, mor
tam violento obrutus est, ut alteri
Sacris Ecclesiæ Sacramentis prius
nitus, uti semper pie vixerat, pia
animam Deo redderet, annos natus
quinquaginta quatuor. Corpus ejus
in eadem Ecclesia habitis maxima
pompa exequiis, tumulatum est, non
sine ingenti luctu pauperum & litera
torum, quorum insignis fautor erat.

§. XXXVI.

Alexandri Aldobrandini Cardinalis fata.

Alexander Aldobrandinus patri Flo-
rentinus ex illustri ac pervetusta
familia in lucem editus est die prima
Maij anno millesimo sexcentesimo sexa-
gesimo

gesimo septimo. Patrem habuit Joannem Franciscum, Matrem vero Camillam Pasquali. Erat ex Fratre Nepos Bacii Cardinalis Aldobrandini. Artium liberalium fundamenta posuit Romæ in Collegio Romano, ubi linguis, Rhetoricæ, Philosophiæ ac Theologiæ egregiam navabat operam, ac demum percelebris Jurisconsulti Vincentii Viviniani Magisterio usus, Jurisprudentiæ strenue incubuit; mox autem mirificis plane laudibus ad altiores dignitates eluctatus est, nam primum ab Innocentio XII. inter honorarios Cubicularios adlectus, & Canonicus Basilicæ Liberianæ ob egregiam virtutem & doctrinam constitutus, multis aliis beneficiis cumulatus est: Nec tamen otiosus solius fortunæ aura elevari voluit, sed propriis meritis elucere anhelans in bonis literis, ac pietatis exercitiis tempus omne posuit, ingeniumque suum juridicis præcipue, Theologicis, & Historicis scientiis, ac omnigena eruditione excolere, indefesso labore studuit: eodem quoque fervore prosequebatur viros literatos, quos in suum usum largis muneribus adscivit, ut amplam doctrinæ usuram inde reportaret; probe enim prospexerat, ad Ecclesiæ utilitatem, & ad propugnandam Religionem plurimum momenti

Sæc.XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII A. C. 1734.

ac decoris habere in Clerico litera
His dotibus ornatus, primo Ferra
Pro-Legatus, dein a Clemente
Commissarius Apostolicus dicitur,
ingruente bello Parmam & Placen
Urbes contra concursantes Gall
æque ac Austriacorum acies Pont
muniret præsidio: Hoc munus
commissum summa dexteritate e
vit, ac crebro cum Parmen
habita consultatione non mo
bethæ Farnesiæ, postmodum
Reginæ gratiam & favorem sib
liavit, sed etiam summo Pontif
premum in has ditiones dominium
nino sartum servavit, & a subdit
stiles violentias amolitus est. Ind
rariam reversus, quo proxim
tempestas suæ Provinciæ incubu
graviore obruebatur cura, ut bell
rantium Principum copiis nunc tra
euntibus, nunc a clade revertentibus
jam annonam suppeditari petentib
hanc regionem a communi incendio
imminente ruina liberaret: Tande
operosa hac legatione solutus, Neap
lin Nuntius Apostolicus decern
titulo Archiepiscopi Rhodiensis dest
tus: Ast nec hic a molestiis a
quippe Neapolitani Proceres illum
quam Nuntium venerari detrectaba
nisi in suæ Legationis literis Carolus III.
plen

pleno titulo *Catholicus Hiſpaniarum Rex* nominaretur: compoſita hac controverſia mox nova oriebatur contentio, eoquod Cardinalis Grimaldus Neapolis Pro-Rex ſummi Pontificis jura, auctoritatemque intemperantius labefactaret, & Gallicæ factioni addictos, etiam violata immunitate Eccleſiaſtica, acerbius inſectaretur. Attamen Alexander temporis neceſſitati parere coactus, inter tot adverſitatum procellas animi ſui quietem, & ſacræ Sedis honorem mira dexteritate illæſum ſervavit. Poſtea Venetorum Reipublicæ Nuntius item Pontificius renuntiatur. Ibi ſtrenuus Jurium Eccleſiaſticorum Aſſertor, fidusque Catholicæ Religionis Adminiſter pecuniarum ſubſidia, quæ Clemens XI. paterna ſollicitudine ſuppeditavit, Venetæ Reipublicæ tradidit; eo enim tempore Turcarum Imperator immani bello Univerſam Europam ſe devaſtaturum minitabatur. Paulopoſt Aldobrandinus ab eodem Pontifice tertia Legatione honoratus, ad Hiſpaniæ Regem Nuntius Apoſtolicus decernitur: unde Venetiis Romam delatus, perarduis negotiis ſibi a Papa demandatis, iter ſuum Madritum verſus aggreſſus eſt, multo honore in Hiſpana Aula exceptus: Eliſabetha enim Farneſia Parmenſis, nunc Hiſpaniæ Regina, haud

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

immemor veteris benevolentiæ, Novum Legatum singulari patrocinio & favore prosequebatur: Ipse etiam illum sæpissime familiari dignatur alloquio, in quo Aldobrandinus proprii sui commodi oblitus, unice Sedis negotia procurare intentus e Petente etiam Rege exactius rec quæ de Cardinalis Alberoni captivit & judicii actis in eum instruxit Romæ quam Genuæ comperit. Ceterum inter fausta fortunæ auspicia rum abfuit, quin infelix casus Aldobrandinum vivis eriperet; cum quadam die Mirandulæ Ducem procul a Madritensi Urbe in Villa cum præclara Nobilium corona iret, repente effusus super ripas tam rapido impetu excessit, ut bilibus potissimi fluctibus hauriretur & ipse Nuntius absdubio fuisset gurgite absorptus, nisi paulo ante cum Atrienſi Duce domum rediisset. Hoc periculum eluctatus, totum piis exercitationibus sacravit, nullique pepercit labori, ut Lusitanam Aulam cum Pontificia conciliaret: dein hujus sæculi trigesimo a Clemente Cardinalium Collegio adscriptus, Romam venit, postea Ferrariensis Provinciæ dictus Legatus a latere, pluribusque Patrum cœtibus annumeratus

Fe-

Ferrariam contendit, ubi etiam usque ad extremum obitus sui diem, qui erat decimus quartus Augusti, substitit; podagræ enim & calculi doloribus pene consumptus est, cum nondum expleviſſet annum ætatis sexagesimum septimum. Celebratur ab omnibus tanquam Vir justissimus, eximius æquitatis maximæ Cultor, & in rebus agendis dexteritate singulari præstantissimus. Corpus ejus sepultum quiescit Ferrariæ in Ecclesia ad S. Hieronymum Patrum Carmelitarum Discalceatorum, quorum specialis Fautor atque Adjutor exstitit.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XXXVII.

Francisci Pignatelli Cardinalis mors.

Postremus ex Cardinalibus, qui hoc anno Purpuram cum morte commutarunt, erat Franciscus Pignatellus. Hunc clarissima, & pervetusta Ducum Pignatellorum, præcipuis Principum cognationibus, præterea Pontificalibus Infulis ornata Domus edidit. Parentem habuit Julium Monteleonis Ducem, cujus Frater sub nomine Innocentii XII. ad supremi Apostolatus apicem evectus erat. Genitrix porro erat Beatrix Caraffa ex Ducibus

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

de Noia: Hunc ſanguinem cum vir-
tibus hauſerat Franciſcus, cumpri-
mis ingenuam indolem in ſpes magn
idoneam, avitæ Religionis amorem
& hæreſum odium, quod inſtitutis
utriusque Parentis alte imbibit, a
tem teneram literis, & linguarum
ritia egregie percoluit; atque, ut a
mum a ſæculi ſtrepitu alienum a
erat, nil ardentius in votis habu
quam abdicatis rebus omnibus in Sa-
cram Deo dicatorum Familiam mi-
tari. Præ ceteris ſelegit PP. Theat-
norum inſtitutum, ubi expleto tri-
cinii anno ſeſe ſolemni votorum pro-
ſione totum Deo ſacrabat: Poſtmo
in Philoſophiæ ac Theologiæ ſtud
tam felices fecit progreſſus, ut pro-
nis adhuc Magiſterii honore aucto
Sodalibus ſuis Lector utramque Fa-
cultatem per plures annos tradere
Attamen ſuave literarum otium inter-
rupit Hiſpani Regis favor: Carolus
enim ſecundus hunc Virum & ſangui-
nis claritate & proprio merito com-
mendatum ad Archiepiſcopatum Ta-
rentinum in Neapolis Regno nomina-
bat. Hac dignitate illuſtris primo
eo curas intendit, ut in populo mo-
rum probitatem, in Clero Eccleſiaſticæ
diſciplinæ vigorem reſtauraret, omni-
bus vero ipſus exemplo præluceret.

Eo

Eo fine ſæpius Diæceſin luſtravit, creSæc. XVIII.
bros ad populum ſermones habuit, & A. C. 1734.
ſaluberrimas leges condidit: Inter cetera, quæ pro Religionis ſalute provide moliebatur, erat ſtudium Clericos pariter in literis, & ſtatus ſui officiis rite inſtituendi: quapropter Seminarium pene a fundamentis inſtauravit, Palatium Archiepiſcopale ſuis ſumptibus erexit, Eccleſiam Civitatis Majorem ſacris ſupellectilibus exornavit, Sacellum in honorem Beatiſſimæ Virginis ex integro conſtruxit, pluraque alia beneficia in ſuam Eccleſiam, totamque Diæceſin munifice contulit: Evecto ad Pontificatum Innocentio XII. ejus Patruo nil propius eſſe ſperabatur, quam Franciſcum, tot meritis clarum Nepotem, Cardinalitia dignitate honoratum iri: Aſt hæc ipſa Sanguinis propinquitas Pontificem a cura Nepotum alieniſſimum permovit, ut Franciſcum non ad Purpuram, quam ejus merita a quocunque alio Pontifice exegiſſent, ſed ad laborem deſtinaret; quare paulo ante Patrui ſui obitum perarduam in Polonia Legationem obire juſſus, prædilectam Eccleſiam ſuam patriamque poſt ſeptennales curas Paſtorales deſerere cogebatur, accepto negotio, ut diuturnas Auguſti III. Regis ſimultates cum Sede Apoſtolica com-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

componere satageret. Igitur ad Sa-
matas delatus, comperta Pontifi-
Patrui sui morte, negotium sibi de-
mandatum ad Clementis XI. Succes-
ris votum perficere, strenue adlabo-
bat, præcipue vero vindicandæ su-
Sedis auctoritati, & propagandæ fi-
Catholicæ egregiam navabat operam.
Atque Zeli sui præ ceteris præclarum
exstat monumentum, dum eo promo-
vente & maximopere adnitente Ruthe-
norum schisma in Polonia abolitum
fuit. Hi enim ejus precibus, monitis
& gravi rationum pondere expugnat
iterum in sinum Romanæ Ecclesiæ re-
currerunt, & ab eo benignissime ac-
cepti sunt. Ne vero ob cultura de-
fectum novellus hic ager denuo sub-
vesceret, Franciscus in Urbe Leopol-
tana Seminarium S. Congregationi de
Propaganda subjectum erexit, ut in
ipso Rutheni Religionis Catholicæ ve-
ritatem addiscerent, & deinceps Ro-
manæ Ecclesiæ, ejusque communioni
ac doctrinæ immoto studio adhærerent.
Tantam inde Vir iste existimationem
sibi comparabat apud Clementem XI.
ut mortuo Cardinale Cantelmio pro
Neapolis Archiepiscopus renuntiaretur,
& paulopost solus inter Cardinales a
Papa creandos primam Sedem obti-
neret: utque suam Pontifex benevo-
len-

lentiam luculentius eidem teſtaretur, Biretum, ac cetera Cardinalatus insignia per ipſum Nepotem ſuum Hannibalem Albanium ei ſubmiſit. Romam igitur revocatus Franciſcus, in itinere Cæſari Viennæ ſua dicabat obſequia, ac Laureti, ut in omnibus ſuis negotiis auxilium B. Virginis pro perfugio haberet, ſuæ pietatis monumentum obtulit imaginem Chriſti cruci affixi, quæ duodecim aureorum millium valorem æquabat. Cum Romam perveniſſet, ibi perſtitit integro ferme ſeptennio, aſſidue occupatus in rebus Eccleſiæ graviſſimis; nec tamen ibi ab æmulorum invidia tutus erat; cum enim Cæſaris partes potenter tueretur, & cum Imperatoris Legato tum Romæ agente arctior ei eſſet conſuetudo, Gallicus præcipue Orator tantum effecerat, ut Neapolin contendere prohibitus, Eccleſiam ſuam Generali Vicario regendam committere cogeretur. Brevi tamen patuit, quam neceſſaria fuiſſet ipſius Archiepiſcopi præſentia; Vicarius enim turpi ignavia neglectis Eccleſiæ juribus, Proregis, Procerumque favores aucupabatur, unde accidit, ut Gallorum militum petulantia eo procederet, ut civem quemdam, qui Gallum caſu trucidaverat, ex Eccleſia vi extraherent, aliumque eis reſi-

Sæc.XVIII. A.C.1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

reſiſtentem in Cæmeterio multis verberibus impune mulctarent. Re cognita Cardinalis huic Vicario aliu ſubrogavit, & gravibus oppido verbis ſummo Pontifici expoſuit, Ecclesiæ conſcientiæ ac Religionis honorem poſcere, ut læſa immunitas, atque juria Eccleſiæ illata pro viribus vindicaretur. His permotus Pontifex anthematis pœnam comminabatur, niſi Pro-Rex, ejusque Miniſtri læſæ parti ſatisfacerent: Cum vero hi morem gerere renuerent, Pontifex excommunicationis diploma jamjam confecerat, illius tamen executionem Pignatellus & Ottobonus præpediebant, reus ad ſacræ Sedis votum feliciter componebant. Paulopoſt Neapolis Regnum Cæſarem devoluto, Pignatellus Neapolin conceſſit, ubi prudentia & mansuetudine ſua priſtinam tranquillitatem reſtituit, Cæſareosque Administros ſibi mirifice devinxit, quin propterea quicquam Eccleſiæ libertatibus derogari pateretur: quapropter etiam illos, qui Eccleſiaſticum quemdam Escalonæ Ducis Secretarium captum Pro-Regis juſſu abſtraxerant, cenſuris involvit, eademque pœna quosdam Nobiles Magiſtratus & Jureconſultos, qui ſacræ Sedis jura editis libellis impugnabant, mulctavit, quamvis hac ſeveritate ſibi plurimi

plurimorum invidiam odiumque acce- Sæc. XVIII.
fiviſſet, qui illum apud Pro-Regem A. C. 1734.
Comitem de Daun accuſabant, quod Gallorum Fautor Eſcalonam, Cellamarium, & Biſcaccium Duces Gallicis partibus addictos, atque in arce captos viſum iviſſet: Aſt ſpretis hiſce criminationibus pari animi firmitate Eccleſiæ immunitatem tuebatur adverſus eundem Pro-Regem, cujus Miniſtri mulierem, quæ maritum ſuum veneno necaverat, ex Eccleſia vi abſtractam morti adjudicabant; mox enim Pignatellus cunctos hujus violentiæ reos diris devovit, tanta inde provocata Pro-Regis indignatione, ut hic cunctos Archiepiſcopi redditus intercipi, eique a teloniis exemptionem auferri juberet: Hac de re certior factus Pontifex, temporisque iniquitati cedendum ratus, hanc controverſiam amica transactione compoſuit. Paulopoſt Pignatellus Neapoli Romam venire jubebatur, ut ad ſedandas, quæ circa Nuntiaturam exortæ erant, contentiones ſuam quoque operam conferret: Sublatis igitur omnibus diffidiis Neapolin reverſus, cum Comite Gallaſio, qui Daunio in Pro-Regis dignitate ſucceſſerat, animo conjunctiſſimus vixit, quo demum mortuo Schrattenbachius Cardinalis Pro-Rex ſucceſſit, & quaſi uno corde,

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

corde, una manu cum Pignatello ru
ſacram & profanam adminiſtrat
Mortuo autem Clemente XI. Roma
ad S. Comitia contendit, non in
fauſto multorum augurio, eum in P
pam electum iri, eoquod propr
Malachiæ Armacani Archiepiſcop
Religione bona in illum alludere, q
busdam viſum eſſet, uti non ma
hanc in rem ſequens diſtichon co
cinnaverat.

Clemens deceſſit: vitis fugata
ſequetur.

Cur? quæris, quia de Re-
gione bona eſt.

Verum eventus hujus vaticinii
anitatem prodidit: Propior Pignatel
ſpes affulſerat in proximis comitiis
quibus Cardinalium non pauci in ejus
electionem conſenſere; aliis vero im
moderatum ejus Zelum carpentibus
electus eſt Benedictus XIII. a quo Pi
gnatellus privilegium obtinuerat,
cujus omnes Eccleſiæ antehac ſacro
Sedi ſubjectæ, deinceps Archiepiſco
pali jurisdictioni obnoxiæ eſſent: Reclu
mantibus tamen Proceribus, & im
penſius rogante Cæſare, hoc privile
gium effectu caruit. Demum Neapo
lin reverſus, denuo animum intendit,
ut res Dei pariter & Eccleſiæ, & Pa
tris & Paſtoris officia ſimul exequeretur
quæ

quam ſtudioſiſſime pauperum præpri- Sæc. XVIII.
mis inopiæ largis eleemoſynis ſubve- A. C. 1734.
nire conſtituit, Seminarium ampliavit, in mores Clericorum ſedulo inquiſivit: Collegium a fundamentis erexit pro infidelibus ad fidem Catholicam converſis: Monaſterium item ædificavit pro Mulieribus, quæ a perditæ vitæ labyrintho ad pœnitentiæ ſemitam reducuntur, denique in Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum magnifico ſumptu Sacellum extruxit in honorem B. Virginis ſine macula conceptæ. Inter alia præclare geſta præcipue animum intendit ad reformandos Cleri ſui mores, quo fine Diæceſanam habuit Synodum, in qua contra Eccleſiaſticorum vitia providis, ſeverioribusque ſtatutorum remediis inſurrexit. Attamen ex Clericis nonnulli vitæ ſuæ licentiam reprimi indignabantur, hinc quo major in Præſule eſſet reformationis ardor, eo majori in ipſum, ejusque Synodum exarſere odia; præprimis ergo adverſus ejus ſtatuta palam ad Cardinalem Althannium tum Neapolis Pro-Regem appellant, alii infames maximo numero libellos in vulgus ſpargunt, Cauſſidicos auro corrumpunt, ut decreta ipſis exoſa ſpecioſis rationum momentis valide impugnarent, & pro irritis habenda pronuntiarent. Nec his contenti,

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

rudem etiam populum ad seditionem & tumultum concitant. At dici non potest, quantum Cleri sui temeritas graviter offenderit Pignatellum, qui ut reprimeret, Pro-Regis opem implorabat; cujus etiam jussu ex iis petulantiores, qui in Urbe jamjam factionem conflaverant, custodiæ traditi sunt, & severissimis pœnis interdictum ne quis Clericorum oppositionem, aut appellationis literas publice affigere præsumeret: ipse vero Archiepiscopus Synodi suæ statuta typis edi curavit, cunctisque Parochis ac Confessariis interminata gravissima pœna, injunxit ut illorum executionem pro viribus urgerent. Initio res difficultate laborabat, postea tamen Præsulis constantia & constantia paucorum pertinaciam fregit. Ita sensim omnia in melius versa, brevique temporis spatio licuit optimo Pastori videre Clerum suum ad Ecclesiasticæ disciplinæ normam compositum, ejusque exemplo gregem suum, totumque ovile sincera pietate soboleseens. Unde Deo tantorum bonorum Auctori, ut grates referret debitas, simulque iram Dei quotidie minitantem placaret, publicas indixit supplicationes, quæ maxima cum solemnitate in tota Diœcesi instituæ sunt. Postquam igitur vigilantissimus hic Pa-

stor,

ſtor, amantiſſimus Pater, & ſtrenuus Religionis Sedisque Apoſtolicæ vindex per triginta omnino annos vaſtam ſuam Diæceſin immota ſollicitudine rexerat, Decanus factus ſacri Collegii, & pleuritidis morbo correptus die quinta Decembris tot laborum præmium beato fine in cælis (ut pie ſperatur) conſecutus eſt. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XXXVIII.

Quatuor Præſules Cardinalium Collegio a Clemente XII. Papa adſcripti.

Vacuas defunctorum Cardinalium ſedes jam die vigeſima quarta Martii Clemens Papa implevit; habito enim ſecreto, ut vocant, Conſiſtorio quatuor Præſules meritis præſtantiſſimos Purpuratorum Senatui adſcripſit. Hos inter primus erat Pompejus Aldrovandus Bononienſis Patriarcha Jeroſolymitanus, Urbis Romanæ Gubernator, & Vice-Camerarius, Presbyter Cardinalis tit. S. Euſebii. II. Seraphinus Cincius patria Romanus, Archiepiſcopus Beneventanus, S. R. Rotæ Auditor, Presbyter Cardinalis S. Agnetis extra mœnia. III. Petrus Maria Pierius Senenſis Ordinis Servorum B. M. Virginis Prior Generalis, Presbyter Cardinalis tit. S. Joannis ante Portam

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Latinam. IV. Jacobus de Landisfa-nis patria Florentinus, S. Congrega-tionis Concilii Secretarius, Cardinalis Diaconus tit. S. Mariæ in Portica.

§. XXXIX.

Decreta ac deciſiones Clementis XII. Papæ.

Hoc item anno Clemens XII. Pontifex Maximus occaſione dubiorum ſibi inde propoſitorum plures editit Conſtitutiones ad diſciplinæ Eccleſiaſticæ & Regularis conſervationem pertinentes. Et quidem primo Firmanus duo hæc movit dubia. I. Utrum fraternitates erectæ auctoritate ordinaria, & habentes propriam Eccleſiam teneantur ſolvere Cathedraticum. II. An ad illud ſolvendum adſtringantur etiam Sodalitates, quæ non habent propriam Eccleſiam, ſed ſimpliciter duntaxat Capellam in honorem Sanctorum, ſub quorum titulo ſunt erectæ. Igitur die vigeſima quarta Julii annuente Papa S. Congregatio Concilii reſpondit ad dubium primum affirmando, ad alterum negando. Die autem decimo quarto Januarii Pontifex declaravit, quod impoſterum Fratres Congregationis Clericorum Regularium, qui a Scholis piis nomen habent, ad poſſi-

possint epitogio, cum indecens esset, ut solo pallio induti incederent. Ejusdem vero Mensis die decima nona Monachis Congregationis Cassinensis Ord. S. Benedicti vetuit, ne ad Sedem Apostolicam recurrerent, priusquam immediatos Congregationis Superiores adiissent. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Præterea Pontifex die vigesima sexta Januarii speciales confirmavit Constitutiones, queis bonum Regimen Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci promoveretur. Eadem auctoritate die decimo septimo Februarii confirmatæ fuerunt Constitutiones pro Fratribus & Sororibus tertii Ordinis Servorum B. M. Virginis in Brasilia. Die autem octava Maij Pontifex Fratribus Missionariis Gallis Ord. Minorum S. Francisci Capuccinorum indulsit, ut Missam & officium de S. Ludovico Rege in Festo ejusdem sancti recitare valeant, visitantibus vero aliquam ex Ecclesiis prædictorum Fratrum in eadem festa die indulgentiam plenariam ac perpetuam die quarta Junii concessit. Septima autem ejusdem Mensis die confirmavit decretum, quo Provincia Poloniæ Carmelitarum Discalceatorum a Provincia Lithuaniæ fuit divisa.

Jam anno supra millesimum sexcentesimo decimo nono Paulus V. Pon-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

tifex ſtatuerat, ut omnes Cardinales die, quo Purpura decorantur, ſeptuaginta quinque & totidem poſt mortem per ſuos hæredes vel Procuratores ad Collegii Miniſtris ſolvere teneantur. Cum autem poſt Cardinalium obitum hujus ſummæ ſolutio non raro aliquibus redibus ſat difficulter vel omnino non obtineri potuerit, hinc Pontifex die decima ſeptima Auguſti præcepit, ut hæ pecuniæ a ſingulis Cardinalibus ex ſua ad hanc dignitatem promotione ex integro ſolvantur. Habebatur etiam die vigeſima Januarii ſecretum, quod cant, Conſiſtorium, in quo Pontifex in locum Cardinalis Borgiæ Alfonſi de Mendoza in Patriarcham Indiarum renuntiavit: quoniam vero in Indiis Occidentalibus nulla eſt Patriarchalis Eccleſia, nec ullum hujusmodi Eccleſiæ Capitulum, proin Patriarcha non poteſt ad titulum ſui Patriarchatus Epiſcopalem Conſecrationem ſuſcipere, nec Pallium petere, neque ullam poteſtatem in Indiarum aut Hiſpaniarum regionibus exercere, niſi ei quædam Eccleſia in partibus infidelium ſita conferatur in titulum, cujus deinde ſacram conſecrationem in ſecundum Epiſcopum recipere poſſit, hinc Pontifex præfatum Mendozam ſimul Phanenſi Eccleſiæ præfecit.

§. XL

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

§. XL.

Principes atque Illuſtres tam Eccleſiaſtici quam Laici hoc anno denati.

Præter Purpuratos, quorum fata mox recenſuimus, etiam ex aliis Eccleſiaſtica dignitate claris non pauci hoc anno in prædam mortis ceſſere: & quidem I. die decima ſeptima Januarii Erneſtus Fridericus Baro de Twickel Botrenſis Epiſcopus, Præpoſitus ac Urbis Gubernator Hildeſienſis ex catharro pleuritico annos natus quinquaginta duos obiit. Præſul erat rei Chriſtianæ & orthodoxæ longe ſtudioſiſſimus, quam adverſus Proteſtantium machinationes Hildeſii, uti ſupra memoravimus ſtrenue propugnavit, qui etiam ob eminentes (ita legitur in ejus funebri oratione) planeque admirandas „naturæ animique dotes ac virtutes „magno *ac irreprehenſibili*, quem Apo„ſtolus Paulus I. ad Tim. c. 3. de„ſcribit, Præſule dignas aut mori de„buiſſet nunquam, vel ad tam breve „tempus ſuper candelabrum Eccleſiæ „non collocari. Poſtquam enim primam „juventutem conſentaneis nobili animo „artibus & ſcientiis ad æqualium ad„mirationem probe excoluiſſet, in ea-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„que teneræ illius pietatis ſuccum, qua
„venientibus deinde annis in tam no
„res omnigenarum virtutum flores
„fructus ad publicam totius Patriæ u
„modo ſalutem, ſed & ædificatione
„excrevit, profunde combibiſſet:
„mæ in Perilluſtri illo totoque
„celeberrimo Nobilitatis Germa
„Athenæo ea non inculpatæ modo
„numerisque omnibus abſolutæ inte
„tatis ſed & prudentiæ gra
„Conſilii fundamenta poſuit, u
„ximi Sapientiſſimique Pontifi
„mentis XI. fel. rec. animum
„peret modo, ſed & permo
„ut ex Urbe diſcedenti dilectu
„haud multo poſt nominatum
„Romanæ Eccleſiæ Cardinalem
„lerno in Germaniam gravi
„in cauſſa Religionis Catholicæ
„tiorum cauſſa deducendum
„teret cum ſancti favoris
„dicto: *ſibi factum iri, quod*
„*obſequium impenderet.* Ornatus
„binis in Eccleſia Cathedrali
„ſienſi & Monaſterienſi Canonicatibus
„bono publico qua conſiliis, qua
„feliciter graviſſimis negotiis &
„ditionibus, qua obitis arduis
„nibus cæpit inclareſcere. Cathedra-
„lium Eccleſiarum commiſſa
„ita jubente Celſiſſimo Principe Fra-
„cisco

„ciſco Arnoldo, annuentibusque pluri- Sæc. XVIII.
„bus Illuſtriſſimis Capitulis in duobus A.C. 1734.
„meditatæ vel effectæ Pacis Imperium
„inter nobiliſſima Regna Ultrajecti,
„Badenæ, Raſtadii congreſſibus adeo
„fortiter & feliciter tutatus eſt, ut grato
„ubique præconio & applauſu redux
„exciperetur. In aulis poſtmodum
„maximorum Regum, ac Principum,
„ut Magnæ Britanniæ, Potentiſſimi
„Regis Bruſſiæ, Sereniſſimorum Ele-
„ctorum Colonienſis & Bavariæ aliis-
„que maxima integritate, ac relicto
„ubique conſummatæ prudentiæ teſti-
„monio jam Miniſter, alias legationem
„obiens, verſatus; eam tractandarum
„cum dignitate rerum dexteritatem ac-
„quiſivit, ut non intimis modo depu-
„taretur conſiliis, ſed & Infula a Se-
„reniſſimo & Potentiſſimo præſertim
„Magnæ Britanniæ Rege Georgio I.
„publico elogio dignus deſignaretur.
„Ut vero eam ex voto Sereniſſimi Ele-
„ctoris Colonienſis Joſephi Clementis
„in partibus in diſtrictu Botrenſi cum
„munere per Diæceſin Hildeſienſem
„Suffraganei Roma dignus digne aſſe-
„cutus fuit, Epiſcopali mox cæpit vir-
„tute in omnibus vitæ ſuæ actionibus
„effulgere, luſtrando & expurgando
„Diæceſin vitiorum errorumque Zi-
„zaniis, concionando ad rudem ple-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„beculam, oppressorum caussas au-
„diendo ipse, agendo & promovendo,
„visitando infirmos media non rara
„nocte per obsitas pædore casas, &
„fætentia egenorum ergastula unice
„duntaxat famulo comitatus & tali
„ut boni operis lucem populari ad-
„eriperet. Ejus generis aliaque quam
„plurima virtutum exempla tot insigni-
„bus naturæ, scientiæ, & gratiæ præ-
„rogativis conjuncta illustrissimam Hil-
„desiense Capitulum facile induxerunt,
„ut unanimi suffragio Anno 1727. suum
„eligerent Præpositum; cui nobilissimo
„per Germaniam dignitati Serenissimus
„& Clementissimus Elector Noster Con-
„silii Intimi ac Regiminis Præsidis mu-
„nus (quale jam ante Cameræ gesserat)
„& supremam Excellentissimi Proprin-
„cipis dignitatem egregiis tanti viri me-
„ritis, & qua non spe? permotus,
„unire clementissime voluit. Illud an-
„tem tam incorrupta fide, justitia, vi-
„gilantia, industria, constantia, den-
„teritate, ac in Serenissimum suum
„Principem devotissima observantia
„maximo & evidenti totius Diœcesis
„bono sic semper gessit, ut, dum stat
„hæc Ecclesia & Patria, in animo om-
„nium victura sit navata utilissime bono
„publico opera, & regnatura felix sem-
„per & nova Ernesti Friderici Proprin-
cipis

„cipis memoria. Ecclesiæ subinde „Cathedralis & commissæ Præposituræ „jura contra injustas molitiones in ma- „ximis Europæ Aulis & Tribunalibus: „ut Viennensi, Borussica, Wolfenbu- „tana prudentissimis remonstrationibus „qua ore coram, qua calamo factis (velut „impressa toti orbi testantur & testa- „buntur volumina) adeo fortiter vin- „dicavit ac restituit, ut vel hoc solo „æternam sui adeptus sit ac mereatur „memoriam & obligationem, dicique „non immerito possit consummasse in „brevi expensis maximis summe ardua „& fere desperata pro Cathedralis Ec- „clesiæ utilitate & gloria litis difficil- „limæ negotia, & *consummatum in brevi „expleſſe tempora multa.* Unum autem „est tacendum minime; quod in Aula „Borussica caussam suam agens, non „modo Procerum omnium sed ipsius „Serenissimi ac Potentissimi Regis pe- „regrino ac inusitato Virtutis suæ, con- „genitæque affabilitatis & gratiæ cum „gravitate mixtæ splendore animum „sic occuparit, ut non æstimarit tan- „tum sed & amarit, & amare se palam „plurimis Regiis favoribus testaretur „tam dignum Præsulem. Sed profana „hæc sunt, majora longe & cælestia „dona in optimi Deoque grati ac inti- „me conjuncti Antistitis Nostri animo, „tan

Sæc. XVIII A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„tantaque copia & perfectione eluce-
„bant, ut integer liber, ne dicam,
„exilis pagina cum dignitate recen-
„sendis non sufficiat. Ea erat il-
„bata per omnem vitam, quam tum-
„intulit castimonia; inviolata consci-
„tiæ puritas, minimarum etiam la-
„cularum fuga; quo fine ubi potest
„quotidianam exomologesin veluti ce-
„tissimum contra peccata præsidium,
„ad augendam (ut dictitabat ipse)
„sacramentalem gratiam difficultate
„tot & tanta inter negotia haud levi,
„adhibebat; adeo ut illam cæ-
„frequenter pluvio, frigido aut turbido,
„scribendo, agendo, consulendo ac-
„pido lassatus via satis molesta ante-
„quam omitteret: ac sacram deinde
„Hostiam bene longa ac religiosissima
„præparatione indies ad aram Deo fre-
„litaret. Assiduum orationis atque infi-
„mæ cum Deo conjunctionis studium
„fovit, solitus siquidem erat oratio-
„mentali, officioque Canonico longa
„alias in laudem Beatissimæ Virginis,
„quas usui suo ipse conceperat & con-
„cinnarat preces librique spiritualis
„lectionem per tempus haud breve pu-
„tidie conjungere; rerum spiritualium
„fervor, quem triduanis aut quatri-
„duanis S. Ignatii piis exercitationibus
„quotannis de novo exacuebat; ea vero
„eo

Sæc. XVIII. A.C. 1734.

„eo ordine, ſtudio, ac accuratione „obibat, ut a religioſo tirone plus ali- „quid non exſpectes: conſtans, mini- „meque fucata in ſummis honoribus „non humilitas modo, ſeu juſta erga „Deum ſuperioresque demiſſio; ſed in- „fima ſui infra omnes depreſſio; & he- „roica inimicorum dilectio, adverſus „quos oblivione, laudibus ac benefi- „ciis illatam vindicare injuriam gaudio „ſibi ducebat & honori; paſſionum ſive „pravarum animi appetitionum jugis „& perfecta edomatio; aſſidua inno- „centis animi interior, & exterior ſui „per difficillima pœnitentiæ opera mor- „tificatio, quæ tanto amplius corpus „non omnino firmum affligebant, tanto „ſollicitus illa abſcondebat, & occul- „tabat; rigida in victu & potu abſti- „nentia verius quam temperantia, qua „in appoſitis principali apparatu exqui- „ſitiſſimis epulis, quæ convivis pro „dignitate honoris & officii ſui altiori „motivo concilianda maxime & con- „ſervandæ animorum pacis perſæpe „apponebat, ſic utebatur, ut qua mi- „niſtrando aliis, qua cætum gravibus „colloquiis ſapientique rerum jucun- „diſſimarum, de Deo maxime rebus- „que Divinis narratione rapiendo, im- „paſtus ipſe & plurimum laſſus paſ- „ſim permaneret. Vinum aut bibebat „mo-

Sæc. XVIII. A. C. 1734

„modiciſſime, aut aqua adeo copiose
„dilutum adhibebat, ut virtutem po-
„nem, guſtum & colorem amitteret;
„læta ſui in adverſantium iniquis a-
„trectationibus victoria. Mira ar-
„Sanctiſſimum Sacramentum, Be-
„ſimam Virginem, Cælitesque om-
„præſertim S. Joſephum & S. Fran-
„ſcum Xaverium devotio, qua inte-
„ſus integras non raro horas, dum a-
„caſio ferebat, coram Christo Eucha-
„riſtico excubabat, animo, corpore,
„reverentiſſimoque ſemper ſitu à gen-
„immotus; bene longas in laudes
„Divæ Matris preces ſingulis diebus
„prævia ſelecti ad excitandam filiis
„fiduciam exempli cujuspiam ora-
„tione in Sacello domeſtico susce-
„gatis eo fine famulis omnibus hu-
„niſtris pietate ardens præibat; Sab-
„bathinis vero diebus ſpecialem adhor-
„tationem cum triplici ſæpiſſime, nu-
„ſemper (ut appellamus) corona pre-
„catoria adjungebat; eumque morem
„tam ſanctum ſibi & ſolennem habuit,
„ut ſive graviſſimis feſſus negotiis, a
„mitteret nunquam, vel ab itinere lon-
„redux ad Sacellum domeſticum con-
„precandi cauſſa protinus deſcenderet;
„feſtos vero Sanctorum dies in propriis
„ipſorum templis, ad quæ peculiare pe-
„des ibat, ſanctiſſimi celebratione
„Sa-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„Sacrificii Pontificali plurimum ritu „aliisque honoribus prosequebatur; „promptissimum semper ac indefessum „quibusque gratificandi studium, in „quorum obsequia non sibi sed aliis „vivens diurnis nocturnisque vigiliis, „quibus se ante tempus exhausit gau„dens consumebatur; compos sui in „negotiorum multitudine erga omnes „infimæ maxime sortis homines affa„bilitas; profusa in pauperes & egenos „liberalitas, in quos tum stato per heb„domades die non magnas modo pe„cuniæ summas elargiebatur, sed erat „ipsius curia oppressorum omnium, af„flictorum, & languentium tam indi„genarum, quam advenarum com„mune asylum & perfugium; in ob„eundo Pontificali munere seu cum „Pontifex ad Aram faceret, aut Sa„cros Ordines impertiret, magnificen„tia, decor, & facilitas. In promo„venda religione orthodoxa per hete„rodoxorum conversionem maxime in „subdita sibi nova Civitate Zelus, quo „animatus arduum aliquando iter in„tempesta maxime anni parte ad pri„mum summi Pontificis nutum diffi„cultatibus omnibus major suscepit; „infracta in corporis doloribus toleran„tia, & adversus infervientes plus„quam Paterna mansuetudo; adeo „se-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„severe doloris omnis vel animi jure
„etiam indignantis sensum supprimebat: in iis quæ ad salutem corporis
„vel animæ pertinebant, erga eos
„quibus oportebat, religiose humi
„obedientia, & quæ non virtus sed
„vero memoratas pluresque alias
„recenti omnium recordatione pos
„virtutes vere Episcopales, quas pe
„stringere omnes secundum meritum
„præsens pagina non finit, incompara
„dio exhibuit, dum mortis tristem
„fortis athleta ingressus est. Ut pri
„mum enim die Sabbathi, quæ erat
„nona Januarii; post emundatam
„culari confessione animam divi
„que, ut semper solebat, religiosissime
„Sacrum, ferali morbo ex catarro
„pleuritico & maligno tangi se sensit,
„amandatis illico terrenarum rerum
„opum, dignitatum curis mundi
„jor, spes omnes & desideria ad Deum
„suum & æterna toto corde applicuit
„de egressu animæ sancto unice sollici
„tus: unde uno eodemque die non ram
„bis vel ter Sacramento pœnitentiæ
„tius vitæ leviſſimas noxas expiabat.
„Confessario siquid forte adhuc gravaret
„animum? roganti jucundissime erat
„solatio audire; *nihil, nisi ut mei generis*
„*de totius vitæ peccatis denuo accusem, gra*
„*tiamque augeam Sacramentalem.* Sacra
„ficii

„tissimo Christi Corpore vero bis in ex- Sæc. XVIII.
„tremo morbo, qui ad dies novem A. C. 1734.
„duravit, per modum viatici ob erum-
„pens semper novum mortis periculum
„refectus est. Extrema demum Un-
„ctione, Confessione Sacramentali præ-
„via, ipso mortis die mane sub septi-
„mam (uti jam aliis diebus frequenter
„petierat) animo præsentissimo, sin-
„gulas unctionum formulas pio ipse
„voto claudens, precantemque Sacer-
„dotem verbis & affectibus sequens
„præmunitus fuit. Reliquum deinde
„diem perfectæ in Deum charitatis,
„resignationis, oblationis aliarumque
„maxime Theologicarum virtutum acti-
„bus, inter continuos Christi Crucifixi
„amplexus & affatus sine intermissio-
„ne consumpsit, adeo ut etiam indor-
„miscens ab iis non remitteret: ex-
„trema præsertim mortis hora, in qua
„præeuntem Sacerdotem vel fractis
„vocibus, vel certe pio labiorum motu
„ad ultimum usque anhelitum secutus
„est, dum sanctam demum animam in
„manus Creatoris sui placidissime sine
„notabili convulsione exhalaret: obiit-
„que, ut spes firma est, sancte, qui
„sancte vixerat.„

Eidem digniſſimo huic Præſuli Ab-
bas & Conventus Ringelheimenſis Ord:
S. Benedicti parentabat ſequenti elo-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

gio: „Mortuus est juxta germanicum
„Illustrissimi Prænominis etymon,
„ter ludicras mundi vanitates profe
„*serius Ernestus*, & cum his etiam
„ederunt pacem, usquequaque
„*cus Fridericus*. Mortuus est, quo
„que suspexit Clerus universus,
„prehensibilem, sobrium, prudent
„ornatum, pudicum, hospitalem,
„eo non vinolentum, ut *pia interp*
„pulas fraude utens, aquis omnis
„vini colorem præferentibus potius
„quam vino ipso delectaretur. Ver
„etiam Botrensis, quia velut *Botr*
„*Cypri dilectus* in torculari variarum
„versitatum, molestiarum &
„tatum calcatus, dulcissimum
„stianæ patientiæ & mansuetudinis
„cum edidit: Mortuus est Præpos
„Canonicus Capitularis, secundum
„nones Canonice semper vivens.
„que merito accensendus Præpositis
„de quibus Doctor gentium, *qui loqu*
„*sunt vobis verbum Dei*. Nihil quippe
„solemnius, quam domesticis suis quo
„tidie, cæteris vero pro opportunitate
„verba salutis ministrare. Mortuus
„*Consiliarius*, a prudentia, dexteritate
„& integritate laudatissimus ac vi
„*unus de mille* Eccl. 6. Mortuus est Suf
„*fraganeus*; & *Vicarius in Spiritualibus*
„*Suffragantibus* interim & *Vicariam*
„mate

„morte operam præſtantibus, quæ per „vitam copioſe exercuit, operibus ſpi- „ritualibus. Mortuus eſt *Proprinceps*, „qui ubique ea, quæ digna ſunt Prin- „cipe, cogitavit. Iſa. 32. exinde Prin- „cipibus quibusque acceptiſſimus. Mor- „tuus eſt *Præſes*, qui velut alter *Ama- „rias*, id eſt Agnus Domini, in his „quæ ad Deum pertinent, præſedit. „2. Paral. 19. Hinc Eccleſiæ jura acer- „rime vindicans inde pauperum & or- „phanorum cauſſas ſtudioſiſſime pro- „movit. Mortuus eſt *Officialis* ex- „actiſſime ſemper implens, quæ ſuo „officio congruebant. 2. Paral. 30. Mor- „tuus eſt, qui per vitam ſemper appa- „ruit *Eques* in veſte candida 2. Machab. 2. „in veſte videlicet innocentiæ, quam „quotidiana Confeſſione ac Celebra- „tione, Oratione mentali ac vocali, „librorum ſpiritualium lectione, ac vo- „luntaria etiam per aſperum cilicium „in morbo ipſo fatali deprehenſum cor- „poris afflictione illibatam ſervare per- „petuo allaboravit: optimus inſimul „*Commmendator* utpote juſtitiam Dei per „omnia *Commendans*. Rom. 3. Mortuus „eſt denique *Dominus Civitatis* Novæ „Hildeſienſis non habens hic manen- „tem *Civitatem*, ſed futuram aſſidue „inquirens. Hebr. 13. Ad quam *Civi- „tatem Novam Jeruſalem*, licet aiteſatum

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

„Dominum a Christo Eucharistico, Bea-
„tissima Virgine Matre, ac S. Joseph
„erga quos singularem in vita devot
„nem prætulit, propter exemplar
„vitæ merita jam deductum pie cr
„fidamus; quia tamen asserente S. Lau
„Papa, dum per varias actiones
„hujus sollicitudo distenditur, nec
„est de mundano pulvere etiam re
„giosa corda sordescere; hinc DD. ma
„primis Confratrum (in quorum ad-
„bum sub Reverendissimo & Illustris-
„simo Sacr. Cong. Bursf. Præsi Co-
„lestino a Geismar Anno 1714. in Ca
„pitulo annali ad S. Martinum Colon
„celebrato referri meruit), ac omn
„aliorum Fidelium precibus ac bon
„ficiis dilectam sæpe fati Domin ma-
„mam quantocyus expurgandam re-
„pense commendamus, ad repensa
„das ejusmodi charitatis vices pro-
„tissimi.„

Abbas & Conventus.

RINGELHEIMENSIS

II. Alexius Antonius Princeps de Nassovio-Sigensis, Lovaniensis Canonicus & Cancellarius Universitatis Abbas Bonzonvillanus, Episcopus Trapezopolitanus, qui Sexagenarius Mense Martio fatis functus est. Præter hunc

die decima nona Auguſti deceſſit. III. Dionyſius de Delphino Aquileienſis Patriarcha anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo primo, ejus Nepos Daniel Delphinus huic ſucceſſit. IV. Marcus Gradenigo, antea Veronenſis Epiſcopus & Venetorum Patriarcha, die decima quarta Novembris annos natus ſeptuaginta duos vivis ereptus eſt. V. Obiit Menſe Novembri Hannovræ Schorrerus Helenopolitanus Epiſcopus, qui anno priori a ſummo Pontifice Menſe Januario nominatus erat Vicarius Apoſtolicus pro Catholicis Septentrionalibus. VI. Chriſtianus Caſimirus Comes de Thurn & Valſaſina Quinqueeccleſienſis Epiſcopus, qui a Belgradienſi Epiſcopatu Anno 1732. Menſe Octobri ad hanc Eccleſiam vocatus, die vigeſima ſexta Decembris mortalitatem exuit. VII. Antonius Franciſcus de Blicerswick Carolocienſis Abbas, Biſantinus Archiepiſcopus Menſe Novembri naturæ debitum ſolvit, poſtquam unico biennio ſuam Eccleſiam rexerat. Succeſſorem habuit Franciſcum Renatum de la Gueriniere Abbatem Grammontanum. VIII. Joannes Baptiſta de Verthamon Sorbonæ Doctor, atque Apamienſis Epiſcopus, qui Conſtitutioni pertinaciter reſtitit, & ætatis anno octogeſimo nono obiit. Præter

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

hos eodem anno deceſſere Giuſtinianius Torcellenſis, ſuccedente Vincentio Diedo, necnon Rondinius Aſſiſienſis Epiſcopi, Joannes Szarbeck Leopoliſinus Archiepiſcopus, Alexander Frehn Primislavienſis & Pignatellus Iacenſis Epiſcopus, cui ſucceſſit Joſeph Ruffo. His adjungimus Cornelium Aloyſium Comitem de Strattmann Eccleſiæ Cathedralis Vratislavienſis Præpoſitum, qui die nona Septembris anno ætatis ſexageſimo octavo occubuit.

Ex Acatholicis obiere I. Elias Sydal Gloceſtrienſis Pſeudo-Epiſcopus die undecima Januarii II. Richardus Wills Viacommienſis Menſe Augusti. III. Joannes Wangh Carleolenſis die nona Novembris. Inter hos locus dicitur Iſacco Eſſendio Muftio, vel ſupremo Turcarum Epiſcopo, qui die prima ejusdem Menſis periit. Ex Principibus vero deceſſerunt. I. Maria Margaretha Friderici Auguſti III. Poloniæ Regis ac Saxoniæ Electoris Filia, quæ die trigeſima prima Januarii nondum expleto ſeptimo ætatis anno morte ſublata fuit. II. Ferdinandus Philippus Orſini Dux de Gravina, Benedicti XIII. Nepos, qui, ut ſupra retulimus, a Gravinienſi Epiſcopo excommunicatus, cum anno priori periculoſe decumberet, a ſummo Pontifice a cenſuris ſolvi per-

demiſſe

demisse petiit, obtinuitque, ac die quarta Januarii Neapoli huic contentioni & vitæ finem imposuit. III. Christianus Udalricus Wirtenbergo - Oelsensis Dux, qui Romæ die decima sexta Januarii Anno 1723. præsente Cardinale Cienfuegos ejurato Lutheri commento ad Catholicorum Sacra transiit, & vigesima septima ejusdem Mensis ab eodem Cardinale sacro chrismate unctus fuit, die autem undecima Februarii nonnisi quadraginta tres annos natus decessit. IV. Fridericus Guilielmus Nassovio - Siegensis Princeps Calvinianus, qui vigesimo octavo ætatis anno die secunda Martii Variolis oppressus occubuit. V. Sophia Hedwigis Sverinensis Ducissa a suo Marito repudiata, quæ tandem miseram vitam die prima Martii expleto quadragesimo quarto ætatis anno finiit. VI. Henrica Carolina Saxo - Merseburgensis Ducissa Vidua, quæ Delicii die octava Aprilis emenso quadragesimo primo ætatis anno rebus humanis valedixit. VII. Nicolaus de Neuville Dux Villaregius, generosus Bellidux, qui Parisiis die vigesima secunda Aprilis septuagesimum primum ætatis annum repentina morte clausit. VIII. Philippina Elisabetha Princeps de Beaujolois Philippi II. Aurelianensis

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734. Ducis Filia, quæ Carolo Hiſpaniæ ſanti in Sponſam deſtinata fatali in Franciam remiſſa fuit, ubi Pariſ die vigeſima prima Maij nonniſi vig annos nata ex variolis decellit. Georgius Albertus Friſiæ Orien Dux, qui Aurici die duodecima vitam, quam nonniſi ad quadrag mum quartum annum produxit, dropicus finiit. Præceſſerat eum Ma ria Chriſtina Felicitas Saxo-Eiſenac cenſis Duciſſa vidua quæ die tertia eo dem Menſis anno ætatis quadrageſim ſecundo vivis ſublata eſt. X. Jacobus Henricus de Lotharingia Princeps Lixim, qui Philipopoli globo tract eodem Menſe nonniſi triginta ſex nos natus vitæ terminum aſſecutus. XI. Chriſtianus Ludovicus Boruſſiæ Princeps, qui Halberſtadienſis Præpo ſitus die tertia Septembris prope Ber rolinum annos natus quinquaginta ſe ptem obiit. XII. Eodem Menſe ex tinctæ ſunt Carolina Maximiliana Prin ceps de Dietrichſtein ſexagenaria, & Eliſabetha Cavendiſch Vidua Duciſſa de Albemarle & Montagu annos nata nonaginta ſex. XIII. Menſem Novem brem vitæ ſuæ exitialem habuere Eu genius Joannes Sabaudiæ Princeps, maximæ ſpei juvenis, qui ad generoſam Patrui ſui Eugenii imitationem præ-

præclara fortitudinis ſpecimina edidit, ſed Manheimii ardenti febre correptus vigeſimo ætatis anno morti ſuccubuit. Carolus Joſephus Princeps de Lobkowiz trimulus puer; Ludovica de Quernoualle Duciſſa de Portsmuth, quæ ex Anglia Pariſios delata, ibidem die decima quarta Novembris annos nata octoginta ſex mortem oppetiit ſepulta in Eccleſia PP.Carmelitarum; ſequentis autem Menſis die vigeſima prima anno ætatis quinquageſimo quarto e vita migravit Philippus Princeps de Lobkowiz Sagani Dux, Maria vero Remigia Vidua Duciſſa de Oſſuna die prima Decembris plusquam quinquennaria ſupremum vitæ diem egit, quam pari fato quarta poſt die ſequebatur Carolina Roſpiglioſia Princeps Farneſia Ghigia. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XLI.

Binæ Univerſitates recens erectæ.

Hoc item anno celeberrimus Princeps & Abbas Fuldenſis Adolphus de Dolberg natus Wormatienſis Camerarius, Imperatricis Archi-Cancellarius, Abbatum Primas per Germaniam & Galliam, qui anno hujus ſæculi vigeſimo ſexto die octava Aprilis in Abba-

Sæc. XVIII. A. C. 1734

tem electus erat, suum literarum scientias promovendi studium luculento testimonio comprobatum reddidit, dum in sua Metropoli Universitatem erexit, eamque multis privilegiis auctam die decima nona Augusti cum ingenti pompa per consuetas solemnitates inauguravit: Eadem quoque die in Facultate Theologica quatuor, in Juridica duo, & in Medica unus ex Academicis ad Doctoratus lauream promoti, & centum septendecim in Philosophiæ, & Theologiæ Magistros ac Baccalaureos publice in Aula Academica a Rectore magnifico & Cancellario P. Joseph Gierhlio creati sunt. Hi pro more enodabant ex Ep. Hebr. 2. v. 16. de quo Problema scripturisticum: *An convenientius fuisset, si Verbum assumpsisset naturam angelicam, quam quod de facto assumpserit humanam?* Ad eundem quoque annum revocantur auspicia Universitatis Gottinganæ præstantissimis Doctoribus fœcundæ, quam Georgius II. Angliæ Rex & Elector Hannoveranus instituit, ab ejus nomine Georgio-Augusta dictam, in qua circa Festum S. Michaelis Auditoria Academica fuere aperta: solemnia autem inaugurationis primum anno supra millesimum septingentesimo trigesimo septimo die decima septima Septembris celebrata fuere.

Ele-

Electoris vices agente Hannoverano Consiliario intimo de Münchhausen: Hanc Universitatem Carolus VI. Imperator ampliori adhuc, quam erat illud Caroli V. privilegio dotavit. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XLII.

Scriptorum Religione Catholicorum opera & decessus.

Quorumdam ex Scriptoribus Catholicis, qui hoc anno obiere, opera recensere juvat; occurrit autem primo Claudius de Vic Benedictinus ex Congregatione S. Mauri, qui in Procuratorem Generalem electus, cum iter Romam aggrederetur, die vigesima tertia Januarii Reipublicæ literariæ ereptus est. Scripsit unacum P. Josepho Vaiseto ejusdem Instituti Viro Historiam Occitanæ Provinciæ; vitam quoque Mabillonii a Ruinartio scriptam latine reddidit, auxitque, plurimum quoque contulit ad Historiam literariam Franciæ. II. Erasmus Gattola seu a Cajeta itidem Benedictinus Cassinensis, Vir omni eruditionis genere excultus, & a singulari humanitate commendatus. Hic manum, seque totum in literarium Mabillonii usum impendit, ipsusque Historiam Montis Cassini edidit. Obiit ibidem die

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

die prima Maij annos natus septuagin duos. III. Carolus Meichelbeck p riter Benedictinus in Bavaria Ben dictoburanus, qui artem diplomatic Germaniæ plurimum illustravit; publ quoque juris fecit Historiam Pass & translationis S. Anastasiæ, libel contra Josephum Dominicum San rum olim Abbatem postea Apostat quem a Lutheri castris ad Ecclesia & Monasterium reduxit, ac denique jubente & curante Joanne Francisc Frisingensi Episcopo celebrem edid bravit Historiam Frisingensem prop Chronicon Benedictoburanum, descr ptionem Jubilæi Frisingensis, & m citationes Philosophicas ac Theolo cas. Decessit die secunda April an no ætatis sexagesimo quinto. Dominicus Reverende Sorbonæ Doctor, ac Eques Ord. S. Mariæ de monte Ca melo, qui posteris reliquit Physicam veterum contra Cartesium, epistolam de primis Diis, seu de Regibus Ægyp pti, chronologiam primorum tempo rum a diluvio, & Historiam Comitis Bethlem Janos. V. Raphael Bluteau Clericus Regularis Theatinorum, qui majoris molis voluminibus edidit Vo cabularium Lusitanum & Latinum, cum exemplis meliorum Scriptorum Lusitanorum & Latinorum. Obiit Ulyssi

sipone

sipone die decima tertia Februarii. Sæc. XVIII.
VI. Placidus ex Ord. FF. Eremitarum A. C. 1734.
S. Augustini Regis Galliæ Geographus, qui in eadem hac scientia plures composuit tractatus, inter quos præcipue commendatur descriptio Padi & Danubii fluminum: Decessit Parisiis trigesima Novembris die annos natus octoginta sex. VII. Thomas Faucet de Lagny, qui die undecima Aprilis mortuus edidit tractatum de quadratura circuli, novam methodum pro extractione radicum, nova elementa Arithmatices & Algebræ &c.

§. XLIII.

Scriptores Acatholici mortui, eorum lucubrationes.

Ex Scriptoribus diversæ Religionis hoc anno obiere. I. Franciscus Wokenius Lutheranus, qui die decima octava Februarii mortuus posteris reliquit meditationes privatas theologico - criticas, pietatem criticam in hypallagas biblicas & contra Synchefes biblicas, annotationes exegeticas in Prophetiam Haggæi, stromata apostolica, epitomen Theologiæ ex epistola D. Pauli ad Titum, elementa Ethices, observationes critico - Biblicas, textum V. T. ab enallagis liberatum, Christianis-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

nismum primævum, selecta sacra, de editione Pentateuchi hebræo-Samaritani, Commentationem in Cantica enallagas e N. T. exterminatas, commentaria in Estheræ librum, harmoniam V. & N. T. introductionem theologiam moralem symbolicam, dissertationes varias, & alia quamplurima. II. Arnold Sahme itidem Lutheranus Præco, qui scripsit tredecim disputationes, de mercatorum necessitate & utilitate, de comitibus Principis, de imaginibus Principum, de academiis erigendis, de ritu deputationis in quibusdam Academiis non sueto &c. III. Joannes Andreas Lutheranus, qui edidit Historiam numismatum de nummis ob victorias a Turcis reportatas, trifolium dissertationum epistolarum de vero Christianismo, de Theologis Saxonicis in Aula Drésden, Dissertationes de lacrimis veterum, de magno Christophoro, de luna Turcica deficiente, de Baptismo Joannis, de Eucharistia moribundis olim mortuis olim data, de fide carbonaria, de die cinerum, & alia nonnulla. IV. Henricus Engelcken Lutheranus, qui varias disputationes publici juris fecit, & controversias Bellarmini refellere aggressus est, sed morte praeventus opus suum perficere haud po-

tuit.

tuit. V. Albertus Joachimus de Krakewitz, qui crebras cum Edzardio, Rechenbergio, & Dippelio contentiones habuit, & varia contra eos oppuſcula edidit: præter hæc autem elucubravit plurimas diſputationes de Chriſti oſtio, de Theologia dæmonum, de converſione gentilium, de ultimo Paſchate, de mortuorum reſurrectione, de Paulo poſt converſionem adhuc Phariſæo, de ſemine mulieris, de bonis operibus &c. VI. Joannes Gottlieb Olearius, qui relictam a Patre ſuo Bibliothecam Scriptorum Eccleſiaſticorum edidit, & de ſuo addidit diſputationes de Julio Cæſare Vanino, de variis atheos convincendi methodis, de renuntiatione feriarum, de utilitate & neceſſitate rei literariæ in Jurisprudentia &c. VII. Joannes Conradus Dippel Fanaticorum Princeps, qui Gieſſæ tot ſceleribus contaminatam geſſit vitam, ut nonniſi propudioſa fuga publicam pœnam evitaret, inde Franckenſteinium, ubi natus erat, reverſus edidit ſcriptum antipietiſticum, orthodoxiam orthodoxorum, & axioma veteris Adami detectum & diſcuſſum contra Hanneckenium. In his libellis plures detegebantur Pietiſtarum errores; nunquam vero Dippelius crabrones adverſus ſe magis concitabat, quam

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

dum

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

dum sectam Lutheranam aperta fronte impugnavit, & sub nomine Christiani *Democriti* suum *Papismum protestantium vapulantem*, & Anno 1728. suam *demonstrationem Evangelicam de Doctrina & satisfactione Christi* in publicam lucem protrudit; cum enim in his libris ligionem Lutheranam, Prædicantes libros symbolicos &c. ludibrio ac bilis exploderet, & Lutheranam imputationem meritorum Christi, aliaque hujus sectæ doctrinas defideret, ipsum quoque Lutherum redarguerit, quod in epistola ad Hebr. c. 11. v. 1 verbum ὑπόστασις per Verbum [illegible] zur Vorsicht nequiter interpretatus sit, sanctam Scripturam circa satisfactionem Christi ad rudium captum, non autem juxta veritatem loqui assereret, plurimaque alia Lutheranis principiis contraria doceret, tunc vero contra ipsum Edmannus Neumeister, Petrus Hansen, Wagnerus, & Schwenzelius, qui se Christophorum Wolgemuth nominant, aliique calamos suos atra bile tinctos acuerunt, quos tamen Dippelius mordaci dente repressit. Horum vero impulsu Giessa emigrare coactus, Berolinum aufugit, ubi etiam alchymiæ fraudibus plurimos decepit, ac propterea custodiæ datus, ægre Francofordium ad Mænum, inde Amstellodamum attigit

ubi tamen scandalosis suis colloquiis, & præsertim edito libello: cui titulus: *alea belli muselmannici*, tantam Batavorum invidiam sibi accersebat, ut rursus Altonam versus fuga elabi cogeretur: cum vero Hamburgum contenderet, a Magistratu ad Daniæ Regis petitionem Altonam reductus est, ubi instructis judicii actis dignitate Consiliarii Danici exutus est, & omnibus ejus scriptis publice per carnificem combustis, vinculis onustus Hafniam & inde ad Insulam Bornholniam abductus fuit, perpetuo carcere mulctandus. Tandem vero deprecante Daniæ Regina post septennem captivitatem, Holmiam, petente ipso Sueciæ Rege, contendit, incassum Prædicantibus Suecis Regi supplicantibus, ne huic Religionis irrisori aditum in Regnum concederet; unde, quamvis ibi Regis & Procerum gratiam aucupatus fuisset, Prædicantium tamen importunitate factum, ut promulgato Imperii decreto Urbe eodem adhuc anno excedere juberetur, ejus vero scripta Regio edicto supprimerentur. Inde ergo in Germaniam reversus, huc illuc incerto pede circumferebatur: Frequens, mendax tamen fama spargebat, hunc Lutherani Cleri exterminatorem Angelum tandem periisse, quo com- Sæc.XVIII. A.C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

perto Dippelius die vigesima Maij anno hujus sæculi trigesimo tertio de sua *morte tot votis exoptata* relationem edidit, in qua questus, falso in vulgus disseminari, quod ante obitum suos errores revocarit, & ob tot animorum perniciem & ob impendens supplicium in desperationem actus potius nunquam coram toto Imperio contulit exoptarit, & tota Protestantium Ecclesia Deo grates rependerit quam maximas, quod tandem ab hoc flagello liberata fuerit &c. Ipse vero palam declarabat, *sibi ex æternitatis Regno nuntiatum fuisse, se non moriturum, nisi omnes Christianorum sectæ sectarum suæ insaniam, & orthodoxam rabiem abjecta, solam Deo acceptam veram Religionem agnoverint, eamque amplexati* [illegible]. Eapropter cunctos hortabatur, ut [illegible] rumori de ejus morte, per integrum hoc sæculum nullam fidem haberent, eoquod certo sciret, se ante annum Christi millesimum octingentesimum octavum non moriturum. Quantum vero hic fanaticus homo semetipsum & alios suis deliriis deceperit, inde patuit, quod proximi anni die vigesima quinta Aprilis Witgensteinii mortuus in lecto fuerit inventus, postquam fatua ipsius anima per integros sexaginta duos annos in corporis sui carcere detenta fuerat.

Ce-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Ceterum præter libros jam ſupra relatos Dippelius inſuper edidit libellum, cui titulus: *Vinum & oleum in plagam papismi Proteſtantium infuſum*, inſuper ſcripſit colloquium inter Eleutherium & Nicodemum, progreſſum & finem Orthodoxiæ & Heterodoxiæ, accuſatum & in judicio veritatis damnatum Confeſſarium, Chriſtianorum Statum in terris, Confeſſionem ſinceram dogmatum in ejus libris explanatorum, tres epiſtolas ad Commodum Brüscken, verum Chriſtianorum Baptismum fluminis, ſpecimen Academicæ Theologiæ, Manuductionem ad amiſſum lumen & jus, Paſtorem unum & unum ovile, ſcutum veritatis contra Krakewitzium, Caſtigatorium Facultatis Halenſis, fatum fatuum, Pellucidum ſpeculum Sectarum, apologiam tractatus de vera demonſtratione Evangelica, & aliam fidei ſuæ confeſſionem, in qua propugnabat, S. Scripturam proprie non eſſe Verbum Dei, meritorum imputationem Lutheranam eſſe peſſimam & abſurdiſſimam hæreſin, fidem ſalvificam duntaxat conſiſtere in abnegatione omnium voluptatum & creaturarum, eamque eſſe fidei juſtitiam, per Baptismum hominem non regenerari, in Cæna non dari unionem Sacramentalem, confeſſionem & abſo-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

lutionem Lutheranam nil esse nisi lu-
dicrum jocum & dolum Prædicantium,
Sacrum ministerium duntaxat pene
probos esse &c. Edidit etiam contra
Christophilum Wohlgemuth detestat
depravationes, & contra Hanseni
& Wagnerum scripsit libellum hor-
tulo: *Lutherana orthodoxia ad nosum
gerem a quibusdam Leibnizianis Ar-
tectis erectum confugiens*: necnon Vindicias
contra thrasonica Hanseni absurdæ:
summam præcipuarum veritatum in
Democriti scriptis contentarum, Chri-
stianum Democritum tanquam verum
Protestantem, Democritum redivi-
contra Henricum Schüllerum, & lite-
rarias novellas contra Hamburgensem
novellarum Scriptorem. Porro in his no-
vellis suis Dippelius queritur, se vocari
opinionum nundinatorem, cum pro-
pugnet sua dogmata esse Imperii Reli-
gionem, Hallenses Theologos esse hy-
pocritas, ignavos, infideles & fungos,
postea carpit librum Bossueti de varia-
tionibus, nilque utilius fore contendit,
quam si singulis mensibus fidei varia-
tiones fierent, scribit denique, concor-
diæ librum a Viris cæcis, & ne seipsis
nec Deum agnoscentibus fuisse com-
positum, quamlibet religionem esse
merum nihilum, & totam rem Chri-
stianam consistere in amore Dei &
pro-

proximi, modernos Religionum nundinatores jure exclamare, *ſancte Cicero*, *ſancte Seneca*, *ora pro nobis*, Religioſam pacem duntaxat ad externam quietem collimare. Gieſſenſes Studioſos eſſe Lurcones orthodoxos, reformationem Lutheranam eſſe ſectam & merum figmentum &c. Hæc pluraque alia omnino abſona, & indecora effutiit Dippelius, & tamen, quod ſane mirum eſt, ex ipſis Lutheranis Præconibus, qui ipſum defenderent, habuit. Sæc. XVIII. A.C. 1734.

§. XLIV.

Lutheranorum motus ob diſſolutum matrimonium inter Catholicum & Calvinianam initum.

Jam dudum Spirenſes Lutherani hujus Diæceſis Henrico Hartardto Epiſcopo graves inferebant moleſtias; cum enim Hic eo tempore, quo Coadjutor eligebatur, paucos ex Catholicis ſeligeret, ex quibus, prout cuilibet Imperii Principi etiam in alieno territorio habere conceſſum, cohortem prætoriam conflabat, Lutheranus Magiſtratus apud Cæſareo-Aulicum Conſilium rem tam potenter urgebat, ut duntaxat quosdam Equites meritorios ad ſuum obſequium habere, Epiſcopo concederetur: de cetero autem Ma-

Sæc. XVIII. A.C. 1734.

giſtratus & Syndicus Epiſcopo de
tam venerationem exhiberent, &
ore nec calamo eundem offende
Nondum tamen acquieverant Lu
rani, ſed omnino decerni petebant
Epiſcopus præſidiarium hunc mu
ex Urbe abduceret. Verum Elect
latino & Haſſiæ Landgravio, qui
in cauſſa Deputati, ſeu ut vocant C
miſſarii a Cæſare erant nominati, a
junctum, ut inſuperhabita Magiſtra
oppoſitione declararent, quod Epiſco
pus viginti armatos conſuetam mi
larem veſtem indutos, cum al
tare præſeferrent, nec ullum
militarem exercerent, pro
quio in Urbe retinere poſſet;
compoſita Spirenſes Lutherani
adhuc negotium Epiſcopo face
Res ita contigit, habebatur pro
more in hebdomada, uti vocatur
gationum conſueta ſupplicatio,
Lutherani, ut interturbarent,
matienſem Urbis portam claude
& rurſus violato Epiſcopalis Pal
jure in Epiſcopi contemptum ex
fata ejus cohorte duos in carceres
jecere, pluresque alias violentias
tulerunt. Eapropter Epiſcopi Pro
rator de hac impudentia gravi
ſtus, ſupplicabat, ut in eos, qui
fatam ſupplicationem contra
We

Sæc.XVIII. A. C. 1734.

Weſtphalicam turbaſſent, & Epiſcopi jura violaſſent, promeritis pœnis animadverteretur, & læſæ parti condigna præſtaretur ſatisfactio: Ut vero Lutherani a ſe Cæſaris indignationem amolirentur, plurima falſa, ac Epiſcopi juribus adverſa, & pro arbitrio excogitata ſimulque, præter fas exaggerata exponebant, injurias vero a ſe illatas variis obtentibus excuſare nitebantur: quapropter idem Procurator porrecto libello rogabat, ut Lutherani *ob falſiſſima a ſe narrata* demum *promerita animadverſione* plecterentur: Ejus precibus annuit Imperator, qui Epiſcopo injunxit, ut in violentias a Lutheranis perpetratas inquiri, reosque caſtigari, & Cæſareis mandatis exacte obediri curaret, Magiſtratus vero ni ad omnes *Commiſſionis*, ceterasque expenſas condemnari velit, non alia via, quam Cæſarei mandati executione uteretur, & controverſiam hucusque Epiſcopo motam pacifica compoſitione tolleret.

Abolita hac lite brevi nova moleſtia afficiebatur Henrici Succeſſor Hugo Damianus Comes de Schönborn Cardinalis & Spirenſis Epiſcopus. Illius occaſio erat hæc: Jam anno hujus ſæculi decimo ſeptimo Nicolaus Rhebold Oberhuſanus Civis Religione Catho-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

licus cum Susanna Simonis Weste-
manni civis Filia Calviniana matrimo-
nium inire constituerat; eo fine illa
TabernæMontanæCuria proclamationes
ut ajunt, literas petebat, quæ tamen
ei, eoquod Sponso eidem affinis ut
Materteræ suæ Filia esset, denegatæ
fuerunt, quamvis illas postmodum
Regis Sueciæ Senatu anno sequenti
obtinuisset. Eodem autem anno Patres
Capuccini & postea P. Vincentius Nico-
laum de nullitate sui Matrimonii obso-
cebant, & novissime eorumdem Fra-
trum Superiores quovis anno apud
Suecicum Regimen & Spirensem Epi-
scopum de dissolvendo hoc matrimonio
agebant: Re comperta ipse Catholicus
Episcopus Spirensis Gerlingamensis
Capituli Decano die decima quinta
Martii præcepit, ut Nicolaum ad de-
ferendam hanc fæminam urgeret, se-
cus Sacramentorum usu & sepultura
Sacra privandum, de cetero si ipsa i-
dem Catholicam sit amplexura, dispen-
sationem a Papa procurari posse, sin-
qua matrimonium ab Episcopo decla-
ratum iri ut nullum, proles tanquam
illegitimas, & Maritum utpote funi-
carium absdubio graviter plectendum:
Acceptis his literis jubebatur Nicolaus
in Episcopali Curia comparere, qui ta-
men initio morem gerere tergiversabatur

tur, Suſanna vero prætenſum ſuum connubium diſſolvi verita, a Prædicantibus ſuis opem quærebat; nec incaſſum; quippe Germanus Barbelrotenſis Paſtor die prima Aprilis totam rei ſeriem Bipontino, ut vocant Conſiſtorio perſcripſit, exponens, hos conjuges tribus prolibus jamjam fæcundatos a PP. Capuccinis jam ante undecim, & nuperrime quarto abhinc anno graviter moleſtatos, & a ſuprema Curia ad monaſterium venire juſſos fuiſſe, cum autem uxor ob nivis copiam comparere non poſſet, P. Superiorem ex mandato Steinfeldenſis Decani Catholici, illam Oberhuſii acceſſiſſe, eique intimaſſe, quod ipſorum matrimonium eſſet nullum, & maritum, ni hanc mulierem dimitteret, Sacramentorum uſu privandum, proleſque pro illegitimis habendas, ſi vero Religionem Catholicam amplecti vellet, hujus matrimonii vitium diſpenſatione Apoſtolica ſanari poſſe. His expoſitis Paſtor a Conſiſtorio petebat, ut de mixtæ Religionis connubiis quicquam decernere, Catholico Clero a Cæſarea *Sequeſtrationis*, ut vocant, Commiſſione, vel a Principis Senatu prohiberetur. Adjutrices etiam manus adhibebat Sprengerus Tabernarum Paſtor, qui die ſexta ejus-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

dem Menſis pariter ſuis literis ad Co-
ſſtorium datis expoſuit, ni ſubito re-
medium opponeretur, timendum eſſ
ne graviſſima mala inde orirentur, pre-
cipue cum in hiſce locis quamplurim
ejusmodi matrimonia fuiſſent inita
horum poſtulata Conſiſtorium die
cima ſexta Aprilis ad Cæſareos Com
miſſarios perſcripſit, matrimonium
ter affines in gradu ſecundo contractum
tam jure Canonico, quam patriis legi-
bus nullum quidem eſſe, locum ta-
men eſſe diſpenſationi, hanc jam ultra
quindecim annos fuiſſe obtentam, et
Proteſtantium autem Doctorum
tentia certum eſſe, ejusmodi nup
Religionis matrimonia diſſolvi non
idque patere ex Bilderbeckio, nam
nim referre, quod cum Pontifex Ca
ſtiano Ludovico Megapolitano Duci
ſolutis primis ad ſecundas nuptias
eundi gratiam feciſſet, ejus prae
Conjux reclamaſſet, eoquod Pontifex
in caſu, ubi utraque conjugatorum
pars Catholica non eſt, ita diſpenſandi
facultas non competeret. Ex frivolis
hiſce argumentis Conſiſtorium petebat,
ut Commiſſarii hos aliosque ejusmodi
Conjuges contra Clerum Catholicum
tueri velit. Attamen Commiſſarii hu-
jus cauſſæ diſcuſſionem Cardinali Epi-
ſcopo Spirenſi reliquerunt, qui etiam
di-

die decima octava præfato Decano Steinfeldensi præcepit, ut hoc Matrimonium, eoquod Nicolaus prætensam uxorem suam dimittere renueret, tanquam nullum publice declararet, & implorato etiam brachio sæculari curaret, ne hi amplius una cohabitare permitterentur. Cum autem Commissarius Germani Prædicantis querelas ac rationes Catholico Parocho P. Marco Weiller communicasset, hic die sexta Junii illas datis ad eos literis, confutabat. Et quidem ad primam, scilicet hos Conjuges accedente Suecici Regiminis consensu fuisse copulatos respondit, hanc dispensationem sub- & obreptitie fuisse obtentam, eoquod nulla facta fuisset mentio de Religione Catholica ipsius Nicolai, quoad Catholicos autem in secundo affinitatis gradu a solo Papa dispensari posse. Ad secundam, nempe primum ante quatuor annos hoc dubium a PP. Capuccinis fuisse motum, ostendit Parochus, jam a primo & quovis sequenti anno hos Patres apud Suecicum Regimen & Episcopum sese huic connubio opposuisse. De periculo autem malorum inde timendorum respondit Parochus, præter Rheboldi matrimonium Catholici cum Acatholica nullum aliud in secundo gradu in tota hac ditione

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

tione fuisse contractum, proin &c. Ad tertiam autem, scilicet inter Affines apud Protestantes validam esse Consistorii dispensationem, reposuit Parochus, inde non sequi, eam etiam validam esse inter Catholicos, sed requiri dispensationem Pontificiam. Denique cum Præco ex suæ sectæ Doctoribus probare intenderet, ni utraque pars sit Catholica, Pontificis dispensationi locum non esse, responsum fuit, ex exemplo Ducis Megapolitani potius evinci, quod insuperhabita Protestantium oppositione Catholici in veteri juris sui possessione & libertatibus immoti prestiterint, idque certo probari ex illa Bipontino, qui Anno 1723. contulit.

Porro cum Nicolaus suam conjugem nec dimittere nec illa Catholicam fidem amplecti vellet, Decanus die decima quarta Junii publice e suggesto ejus matrimonium nullum, & proles inde natas esse spurias denuntiabat, de quo Sprenger Præco mox Bipontinum Consistorium die sequenti certius reddidit, quod etiam die decima nona Junii datis ad Commissarios literis remedium quantocius opponi petiit. Hi vero Catholico Tabernarum Prætori negotium dedere, ut rem ad juris præscriptum ponderaret, ac desuper ad Commissionem referret, quo facto Commis-

Sæc.XVIII. A. C. 1734.

Commissarii Lutherano Consistorio rescripsere, omnium judicio hoc matrimonium esse omnino irritum, communicatis autem omnibus hac in re actibus Lutherani nil aliud, quod responderent, habebant, nisi allatas rationes valere apud Catholicos, non item apud Protestantes in eorum ditionibus, quæ nulli extero Episcopo in Ecclesiasticis subjectæ essent, juxta Protestantium principia Principes ob superioritatem territorialem habere jus circa sacra, eandemque potestatem, quam Pontifex ac Episcopi in Catholicorum Regnis exerceret: valere itaque dispensationem a Suecico Regimine Rheboldo concessam, etsi ipsum esse Catholicum ignorarit, Spirensi autem Episcopo juxta Artic. V. § 48. nec jus Diæcesanum & jurisdictionem Ecclesiasticam, proin nec matrimonia mixtæ Religionis dissolvendi potestatem competere (*) nec obstare, quod disso-

(*) Catholici per Baptismum januam Ecclesiæ ingressi, omnibus Ecclesiæ legibus subjiciuntur, & sicut juxta Protestantium principia Princeps territorialis in Ecclesiasticis jus habet in Protestantes subditos, ita Pontifex & Episcopus habeat jus in Catholicos sibi quoad Ecclesiastica subjectos, apud hos

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

dissolutio matrimonii cum ejusmodi impedimento a Christiano Ludovico Megalitano Duce contracti a Pontifice facta, & a Cæsare confirmata fuerit, sufficere enim, quod Corpus Evangelicorum reclamarit, & multæ inde seditiosæ fusiones ortæ fuissent, & Protestantis Religionis abjuratio per ejusmodi dissolutiones intenderetur. Verum ea frivolæ erant hæ rationes, ut Palatinus Bipontinum Consilium eis deferre potuisset, quocirca præfatum illicitum matrimonium omnino dissolutum fuit. Nec tamen propterea Bipontini Prædicantes cessabant, suas querelas decima septima Septembris primo ad Corpus Evangelicorum deferentes, hac dissolutione maximum rei Calvinianæ præjudicium, atque pernicioſas dissensiones, inferri, & simultaneum Catholicæ Religionis exer-

---

hos autem sine legitima dispensatione matrimonium Catholici in gradu secundo affinitatis contractum non valet, ita Pontifex & Episcopus illud dissolvere possunt, & Catholicus contrahens sese a prætensa sua conjuge separare tenetur, Protestantica enim dispensatio efficere non potest, ut impedimentum ab Ecclesia Statutum vel non sit impedimentum, vel Catholicus eo irretitus in foro saltem interno ab eo liber fiat.

exercitium armata vi in Sacello Nider-Betsbachenſi invehi &c. Horum Prædicantium querelis Ratisbonenſes Principum Proteſtantium Legati faciles præbebant aures, datisque die decima quinta Decembris ad Cæſarem literis exponebant, Bipontinos Catholicos immerito apud Cæſaream ſuam Majeſtatem, quod a Proteſtantibus dire ac continuo vexarentur, queſtos eſſe; hos *enim* e contrario Calviniſtis identidem multas afferre moleſtias, & quidem eos mortuo Metenſi Epiſcopo in Urbe campanas, illas quoque, quæ ad Calviniſtas privative ſpectarent, pulſaſſe, in feſto Corporis Chriſti proceſſiones Meiſenheimi, & Wolfferwillæ habuiſſe, ibidemque necnon Betſchbachii armata manu ſimultaneum Religionis Catholicæ exercitium invexiſſe, & matrimonium Rheboldi ceu nullum, irritumque declaraſſe &c. cum autem Imperator Cæſareis Commiſſariis, qui jam tum ob ſucceſſionis controverſiam Biponti agebant, hujus rei diſcuſſionem ac deciſionem commiſiſſet, rurſus Proteſtantes reclamabant, exponentes, Religionis gravamina ad judiciale forum, & Cæſareo-Aulici Concilii deciſionem non eſſe devolvenda, ſed nil aptius eſſe, quam *localem Commiſſionem* ex Imperii Statibus, & delegatis utrius-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

riusque Religionis hominibus consi-
tam: Attamen rejectis eorum postu-
latis pro nullitate præfati matrimonii
decisum est.

Vide supra pag. 57.

§. XLV.

Hildesheimensis controversia tan
decisa.

Vide supra Tom. 72. pag. 590.

Jam supra sæpius memoravimus, quan
inhumana rabie Lutherani Hildes-
hienses in Catholicos desævierint, dum
Benedictini ex Monasterio S. Gorgonii
consuetam supplicationem per loca
jurisdictioni subjecta deducebant. Ab
tegrum ferme septennium hæc mal
tenuit, & quamvis tam Imperat
quam ejus Senatus Cæsareo-Lib
cruenti hujus tumultus Auctore
pote pacis publicæ, ac Religionis Ca
tholicæ perturbatores promeritis pœ
nis esse plectendos decrevisset, dum
tamen sententiæ executionem Lute
rani identidem interpositis Protest
tium deprecationibus, solitisque ef
giis eludebant: tandem vero, æqu
sima hac caussa læsæ partis restaura
tionem deposcente, Imperator Elector
Moguntino & Guelpherbitano Duc
quibus hujus caussæ discussionem com
miserat, injunxit, ut Catholicis plena
satisfieri curarent. Ad horum igitur
reb

